

80740/80



U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

CABADES

INSTRUCTION

THEOLOGICAL

Tom IV


BX1750

.C23

1784-90

v.4

c.1



1080044715




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INSTITVTIONES THEOLOGICAE
IN VSVM TYRONVM

ADORNATAE

A F. AVGVSTINO CABADÉS MAGI

REGII ORDINIS B. MARIAE V. DE MERCEDE,

Redemptionis Captiuorum, in Valentina Academia Sacrae

Theologiae Doctore, Professore, ac Censore.

46592

TOMVS IV.



SVPERIORVM PERMISSV.

VALENTIAE : IN OFFICINA BENEDICTI MONFORT.

M. DCC. XC.



Vix . . . reperietur aliquid tam omnibus ingeniis consentaneum et quadrans, ut neminem habeat repugnantem. »Omnis namque, ut Hilarii verbis utar, humani eloquii sermo contradictioni obnoxius fuit semper; non solum quia in alio capite et mente alia propemodum sententia est, sed quia dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque fit sensus animorum.»

Cl. Melchior Canus lib. XII. cap. X.

Si quid melius quisquam afferre poterit, nobis volentibus et gratulantibus facturus est.

Idem in Relect. de Poenit. Part. IV.

INDEX

INSTITUTIONVM THEOLOGICARVM. PARS ALTERA

De Deo quia rerum est principium et finis.

LIBER XI.

De Incarnatione Verbi Diuini, praecipuo humanae salutis medio.

- CAP. I. **D**iuini Reparatoris aduentus aduersus Iuueos potissimum adseritur. Pag. 2.
- CAP. II. Quae Hebraei aduersus dicta obiciunt, exploduntur. 6.
- CAP. III. Messiae Diuinitatem humanitatemque vindicat. 15.
- CAP. IV. Qui fuerint Diuinitatis Christi praecipui hostes declaratur. Eorum momenta refelluntur. 17.
- CAP. V. De perfectione humanae Christi naturae agit. Hilarii Pictauiensis doctrinam a suspensione liberat. 23.
- CAP. VI. Multiplex erga veritatem carnis Christi error describitur. Tum et erga humanae animae assumptionem. Hilarii criminatores designantur. Omnium argumenta dissoluntur. 26.
- CAP. VII. Humanae naturae cum Diuinitate unionem in Persona factam fuisse firmissime tuetur. Beatam Mariam Virginem Dei param vocandam euincit. 37.
- CAP. VIII. Haeresis Nestoriana historiam offert. In quo potissimum sita fuerit, declarat. Ephesinum Concilium, in quo Nestorius cum sua haeresi damnatus est, memorat. Nestoriana sophismata dissoluit. 40.
- CAP. IX. S. Cyrilli Anathematismi ab haeresi nota vindicantur. De Fide Ioannis Antiocheni et Orientalium iudicium fertur. 51.
- CAP. X. Nullam ex duarum naturarum unionem confusionem oriari propugnat. 56.
- CAP. XI. Eutychnianae haeresis synopsim exhibet. De iterata eiusdem cum suo Auctore damnatione loquitur: praesertim in Calcedonensi Concilio. Eutychnianorum argumentis occurrat. 58.
- CAP. XII. De duplici Christi voluntate, duplici etiam operatione agit. 58.
- CAP. XIII. Monothelitarum haeresis speciem exhibet. Quae in eius subsidium proferuntur argumenta eneruantur. 71.
- CAP. XIV. Quidnam in causa fuerit ut Verbum Diuinum carnem sum-



meret discutitur. Quoniam pacto hominum redemptio sit peracta a de-claratur. Pretium exhibitae a Christo solutionis constituitur. 83.

CAP. xv. Socinianorum errore detecto, eorundem sophismata solvuntur. Argumenta etiam Scotistarum enervantur. 83.

CAP. xvi. De ipsa Christi satisfac-

tione denuo agitur: quam ad universos homines pertinere eum-citur. Vbi et de praeparatione auxiliorum ad salutem sufficientium. 99.

CAP. xvii. Haereticorum errore detecto, variae Catholicorum sententiae producuntur: cavilla item illorum, horumque argumenta solvuntur. 109.

LIBER XII.

De Incarnationis consecratilis; seu de humanae Chr isti naturae praecipuis ornamentis.

CAP. I. De multiplicitate Scientiae Christi animam exornante. 126.

CAP. II. Haereticorum Christo scientiam denegantium error describitur. Eorundem argumenta solvuntur. Hingonis Victorini falsa opinio obiter notatur. 129.

CAP. III. De Christi sanctitate, impeccantia, libertate ac merito. 134.

CAP. IV. Falsa quorundam haereticorum opinio prius relata, argumenta diluit, quae adversus memoratas Christi perfectiones pugnant. 137.

CAP. V. Mediatoris officium, Sacerdotis dignitatem, atque potestatem regiam Christi vindicat. 145.

CAP. VI. Haereticorum ex adverso positae opiniones indicantur, atque eorundem argumenta dissolvuntur. 148.

CAP. VII. Idiomaticum communicatione exposita, regulae in eiusdem usum traduntur. 155.

CAP. VIII. Errore duplici obiter notato, quae adversus Idiomaticum communicationem, et ex ea ductum consecrarium opponi possunt, argumenta solvit. 160.

LIBER XIII.

In quo de Ecclesiae Sacramentis generatim agitur.

CAP. I. Sacramentorum novae Legis numerus, dignitas, et, adstruuntur. 164.

CAP. II. Varios haereticorum errores profert, et. 168.

CAP. III. De Sacramentorum insti-

tutione, et. 177.

CAP. IV. Quae ex opposito stare videntur, solvuntur, et. 181.

CAP. V. De forma Sacramentorum quaestio instituitur, et. 187.

CAP. VI. Novatorum commenta profert

fert et refellit, et. 191.

CAP. VII. De Sacramentorum Ministris, et. 195.

CAP. VIII. Haereticorum errores refert, et. 198.

CAP. IX. De necessaria in Sacramentis conficiendis ministrantium intentione. 204.

CAP. X. Protestantium error refertur, eorumque momenta di-

luuntur, et. 211.

CAP. XI. De Sacramentorum subiecto, et. 226.

CAP. XII. Contraria argumenta enervantur. 229.

CAP. XIII. Sacramentorum novae Legis efficaciam propugnat. 234.

CAP. XIV. Sectariorum erroribus memoratis, eorundem solvit argumenta. 238.

LIBER XIV.

In quo de Baptismo, Confirmatione, et Poenitentia pertractatur.

CAP. I. Baptismatis institutio atque obligatio demonstratur. 247.

CAP. II. Expenduntur quae contra superiora placita opponi solent. 250.

CAP. III. Essentiales Baptismi partes designat, et. 255.

CAP. IV. Haereticorum omnis aetatis errores panduntur, et. 260.

CAP. V. Aquae usum, aut ablundi modum, in Baptismatis administratione designat. 271.

CAP. VI. Quibus iure competat Baptismum administrare, et. 274.

CAP. VII. Quotupliciter adversus constitutam Ecclesiae Fidem erga Baptismi ministros erratum sit declaratur, et. 279.

CAP. VIII. De Baptismatis subiecto agit, et de Cathumenu nonnulla tradit. 291.

CAP. IX. Qui fuerint Haeretici Poenitentiam negantes refertur, et. 294.

CAP. X. Baptismatis necessitas constituitur, et. 303.

CAP. XI. Multiplex Haereticorum error refertur, et. 309.

CAP. XII. Quod de Confirmationis Sacramento pertractare incipit, et. 316.

CAP. XIII. Haereticorum de Confirmationis essentia errores recensentur, et. 320.

CAP. XIV. Confirmationis essentialem materiam ex manuum impositione et Chrismate integrari tradit. 325.

CAP. XV. Erroribus Haereticorum, variis etiam Catholicorum sententis propositis, horum argumentis respondetur. 330.

CAP. XVI. De Graecorum Latinarumque forma in Confirmationis administratione. 337.

CAP. XVII. Quid Haeretici de Confirmationis forma censerint profertur, et. 339.

CAP. XVIII. De Ministro, Subiecto, et

- atque effect. Confirmat. 344.
- CAP. XIX. Recensitis erroribus, argum. summam occurritur. 349.
- CAP. XX. In quo de Sacram. Poenitentiae primo instituitur quaestio, cet. 360.
- CAP. XXI. Errores his veritatibus oppositi quam breuissime memorantur, cet. 363.
- CAP. XXII. Quanam sint essentielles Sacramenti Poenitentiae partes declaratur. 369.
- CAP. XXIII. Quae aduersus stabilitas propositiones facere videntur, discutuntur. 371.
- CAP. XXIV. De prima Poenitentiae parte, quae Contritio est, singularim agitur, cet. 377.
- CAP. XXV. Quam varie ab Haereticis erratum sit refertur, cet. 384.
- CAP. XXVI. De secunda Poenitentiae parte, Sacramentali videlicet Confessione, cet. 396.
- CAP. XXVII. Designantur Haeretici, qui Sacramentalem Confessionem oppugnant; eorumque argumenta solvuntur. 398.
- CAP. XXVIII. Cuiam facienda Sacramentalis Confessio sit inquiritur, cet. 409.
- CAP. XXIX. Quodnam Haeticorum circa Poenitentiae Ministrum Dogma fuerit. 412.
- CAP. XXX. Postremam Sacramenti Poenitentiae partem, nempe Satisfactionem, expendit. 416.
- CAP. XXXI. Haeticorum errores prodit, cet. 420.

LIBER XV.

Reliqua nouae Legis Sacramenta, Eucharistiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, atque Matrimonium complectens.

- CAP. I. In Eucharistiae Sacramenti auctorem inquitur: Institutionis tempus designat. 425.
- CAP. II. Opinionibus in contrarium relatis, earumque rationibus dilutis, amplius sententia nostra firmatur. 427.
- CAP. III. Dissertit de materia Eucharistiae: de azymo insuper pane ac fermentato.
- CAP. IV. Haeticorum erroribus relatis, Graecorum item falsa opinione, omnium argutis occurritur. 436.
- CAP. V. Verba, quibus velut forma consecratur Eucharistia, exhibet. 444.
- CAP. VI. Haeticorum Graecorumque Schismaticorum errores notantur, cet. 446.
- CAP. VII. Realis Christi in Sacramento Eucharistiae praesentia adseritur, cet. 453.
- CAP. VIII. Errores indicantur, qui stabilita Dogmata oppugnant; eorumque quatuor summae. 456.
- CAP. IX. Eucharistiae Sacramenti Minister ac necessitas constituntur.

- 468.
- CAP. X. Haeticorum errores summam exhibet: argumentationes dissoluit. 474.
- CAP. XI. De Eucharistia ut Sacramentum est agitur. 481.
- CAP. XII. Nouatorum erroribus detectis, eorum argumentis fit satis. 485.
- CAP. XIII. Quod de Extremae Vnctionis Sacramento agit, eiusque institutionem vindicat. 493.
- CAP. XIV. Haeticorum errata primo profert, cet. 497.
- CAP. XV. Essentiales Sacramenti Extremae Vnctionis partes designat. 501.
- CAP. XVI. Erroribus atque opinionibus memoratis, argumenta soluit. 505.
- CAP. XVII. De Ministro atque Subiecto Vnctionis Extremae. 509.
- CAP. XVIII. Firmata nuper Dogmata, et haesum relatione, et argumentorum solutione demum constabuntur. 512.
- CAP. XIX. In quo de Sacra Ordinatione et ecclesiastica Hierarchia loqui adgredimur, cet. 516.
- CAP. XX. Nouatorum error notatur, atque ipsorum aduersus primam veritatem impetus franguntur, cet. 518.
- CAP. XXI. De Sacramentum Ordinationum numero. 522.
- CAP. XXII. Argumenta contra iugentia diluit. 526.
- CAP. XXIII. Episcopatus essentiam atque Episcoporum dignitatem considerat. 533.
- CAP. XXIV. Arianus error proferitur, eiusque momenta enervantur, cet. 537.
- CAP. XXV. Ministrum, Subiectum, atque effectus Sacrae Ordinationis determinat. 545.
- CAP. XXVI. Errores ac opiniones indigitantur, cet. 551.
- CAP. XXVII. In quo Matrimonialis contractus institutio atque essentia traduntur. 564.
- CAP. XXVIII. Argumenta a quae dictis obistere videntur, expenduntur, cet. 569.
- CAP. XXIX. De Matrimonio ad Sacram. dignitatem eucto. 576.
- CAP. XXX. Haeticorum errorem prodit, argumentaque dispellit. 578.
- CAP. XXXI. Huius Sacramenti materiam, formam, atque Ministrum designat. 581.
- CAP. XXXII. Theologorum ex opposito sententiarum argumentis occurrit. 584.
- CAP. XXXIII. In quo contractus matrimonialis unitas et indissolubilitas firmantur. 591.
- CAP. XXXIV. Errores contradicentes indigitantur, cet. 594.
- CAP. XXXV. De Matrimonii impedimentis, cet. 599.
- CAP. XXXVI. Solutis aduersariorum argumentis, numerum, diuersitatem, atque essentiam, cet. 601.

LIBER XVI.

Qui de Hominis ultimo fine , seu aeterna Beatitudine est.

- | | |
|---|---|
| <p>CAP. I. Quisnam ultimus Hominis finis sit, quaenam illius Beatitudo, declaratur. 608.</p> <p>CAP. II. Quae in contrarium facere videntur, solvuntur, cet. 610.</p> <p>CAP. III. De tempore, quo Iustorum animabus visio beatifica confertur, cet. 615.</p> <p>CAP. IV. Memorantur haereses firmatis Dogmatibus contrariae, cet. 618.</p> | <p>CAP. V. Quid sit illa Dei visio Beatis promissa, cet. 627.</p> <p>CAP. VI. Errores varii recensentur, variisque argumentis occurrunt. 631.</p> <p>CAP. VII. De Beatificae Visionis perpetuitate et inaequalitate. 640.</p> <p>CAP. VIII. Haereticorum errores refert: Scholae item opiniones in contrarium: omnium argumentis occurrit. 643.</p> |
|---|---|

Quae irreperunt errata, Lector prudens emendabit.



INSTITVTION. THEOLOGICAR.

PARS ALTERA

DE DEO QVIA RERVM EST PRINCIPIVM

ET FINIS.

LIBER XI.

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI,
praecipuo humanae salutis medio.

QVum de medijs hominem in beatitudinem ducentibus nuper absolutis libris disputauerimus; de Christo, per quem solum habemus accessum ad Patrem, seu de Divini Verbi Incarnatione, agere modo adgredimur; praecipuo scilicet humanae salutis medio; in quo quidem Mysterio perscrutando, etsi non nudam nos ac simplicem Fidei professionem tradere velimus, omnem prorsus ab eo disputandi subtilitatem arcuentes; curabimus tamen vel maxime vt Christianae Fidei ductu humana ratio dirigatur: atque sic instructi cum multiplici hostium genere pugnantes, eorum arma machinasque deturbare posse speramus.

Tvm. IIIL. A mus.

LIBER XVI.

Qui de Hominis ultimo fine , seu aeterna Beatitudine est.

- | | |
|---|---|
| CAP. I. Quisnam ultimus Ho-
minis finis sit, quae-
namque illius Beatitudo, decla-
ratur. 608. | CAP. V. Quid sit illa Dei visio
Beatis promissa, cet. 627. |
| CAP. II. Quae in contrarium facere
videntur, solvuntur, cet. 610. | CAP. VI. Errores varii recensentur,
variisque argumentis oc-
curritur. 631. |
| CAP. III. De tempore, quo Iusto-
rum animabus visio beatifica
confertur, cet. 615. | CAP. VII. De Beatificae Visionis per-
petuitate et inaequalitate. 640. |
| CAP. IV. Memorantur haereses fir-
matis Dogmatibus contrariae,
cet. 618. | CAP. VIII. Haereticorum errores re-
fert: Scholae item opiniones in
contrarium: omnium argumen-
tis occurrit. 643. |

Quae irreperunt errata, Lector prudens emendabit.



INSTITVTION. THEOLOGICAR.

PARS ALTERA

DE DEO QVIA RERVM EST PRINCIPIVM

ET FINIS.

LIBER XI.

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI,
praecipuo humanae salutis medio.

QVum de medijs hominem in beatitudinem ducentibus nu-
per absolutis libris disputauerimus; de Christo, per quem
solum habemus accessum ad Patrem, seu de Divini Ver-
bi Incarnatione, agere modo adgredimur; praecipuo scilicet
humanae salutis medio; in quo quidem Mysterio
perscrutando, etsi non nudam nos ac simplicem Fidei professionem
tradere velimus, omnem prorsus ab eo disputandi subtilitatem ar-
centes; curabimus tamen vel maxime vt Christianae Fidei ductu hu-
mana ratio dirigatur: atque sic instructi cum multiplici hostium ge-
nere pugnantes, eorum arma machinasque deturbare posse spera-
mus.

Tvm. IIIL

A

mus.

mus. Sunt vero illi in duas classes distributi, vt optime Fulgentius animaduertebat; (*) » quorum alii hoc Mysterium omnino non credunt; alii, » non sicut est credunt. « Ad primos itaque veniamus.

CAPVT I.

Diuini Reparatoris aduentus aduersus Iudaeos potissimum adseritur.

Venit iam pridem Messias a Deo Prophetarum ore promissus: hicque est Iesus Nazareus.

Priorem propositionis partem Prophetarum Oracula demonstrant: ex quibus celebriora tria selegimus. Habetur primum Genesios cap. xlviii. v. 10., vbi Iacob morti proximus filios suos benedicens, sic Iudam adlocutus est: » non auferetur sceptrum de Iuda, et Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. « His enim verbis praenuntiauit non recessurum Principem ex Iuda, atque Iudaicam nationem pleno dominio esse fruturam, quoadvsque veniret Messias, seu desideratus cunctis gentibus: ac defecisse a Iuda sceptrum ac ducem ab annis bene multis, nempe a Regno Herodis Ascalonitae cernimus: imo experiri Iudaeos dura seruitute depressos quod Osseas cap. iii. praedixerat: scilicet futuros ipsos diebus multis sine Rege, et sine Principe: ab eo igitur tempore aduenit Messias.

Itaque Iudaeorum potestas quasi per gradus imminuta est, tandemque exincta. Adueniens quippe in Iudaeam Pompeius cum exercitu Romanorum, tamen Hircano regnum prae Aristobulo adseruerit, capta tamen Hierosolyma tributum populo Iudaico imposuit, et Templum contaminauit. Posthaec, Hircano et Antigono extinctis, designatus est Iudaeorum Rex a Senatu Romano Herodes, quo regnante natus est Christus Dominus, atque ablatum Iudaeis sceptrum, vt tener verior Theologorum sententia. Etenim Herodem alienigenam fuisse constans veteribus omnibus, quum Christianis, tum Iudaeis est. Idumaeum illum dicit Antigonus e familia Machabaeorum, qui cum ipso de regno contendit. Quod et testatur Iosephus: (1) praeterea docens, auum illum habuisse Antipam Ascalonitam, seu

(*) Lib. 1. ad Trasimundum cap. 4. (1) Lib. xii. Antiq. cap. 2. et lib. 1. de Bell. Iud. cap. 5.

seu Philisthaeum, patrem vero Antipatrum Idumaeum: vnde merito et Ascalonita, et Idumaeus ille audit: quod si Iudaeus quandoque etiam dicitur, Religione eiusmodi dicitur, non ortu: Hircanus siquidem, Idumaeis subactis, eos Iudaeos et dici, et fieri suscepra Circumcisione voluit. Accedit, Herodem post regnum adeptum supremum Iudaeorum Senatum extinxisse, vno excepto Samea, quod sane factum describit Iosephus. (2)

Iudaeorum tamen libertatem amplius depressit Augustus Caesar, Herode defuncto, et Archelao eius filio in exilium misso: Iudaeam siquidem in Imperii Romani prouinciam redegit, eique procuratorem designauit, in quem ius gladii transtulit, vt testatur Iosephus: (3) adeo vt Iudaei non amplius sui iuris, sed Romanorum fuerint. At exiisse adhuc apud Iudaeos aliquam potestatis pristinae partem ex eo colligitur, quod Scripturis attestantibus Pilatus ipsos alloquens dixerit: » accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicare, « quod Apostolos in carcerem coniecerint, quod Saulus potestatem Christianos insequendi, ac iunctos in Hierusalem ducendi, a Sacerdote Principe datam habuerit. Verum extincrum penitus regnum illud, alias imminutum, in alienigenam translatum, ac sensim depressum, quadraginta annis post Christi Seruatoris mortem fuit: quando nempe Romani Imperatores Vespesiani, et Titus funditus urbem Hierusalem, eiusdemque Templum subuerterunt. Completum igitur eo saltem tempore Iacobaeum Oraculum fuisse, frustra que Messiam expectari exploratum est.

Secundum Oraculum, quo tempus aduentus Messiae designatur, habetur Danielis cap. viii. vv. 24. et seqq. his verbis expressum: » septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et » super urbem sanctam tuam, vt consummetur praetuaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur instituta sempiterna, et impleatur visio, et propheta, et vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, et animaduertere, ab exitu sermionis vt iterum aedificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem hebdomades sexaginta duae erunt, et rursus aedificabitur platea, et muri in angustia temporum; et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, et non erit eius populus, qui eum negaturus est; et ciuitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis eius vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Confirma-

A 2

» bit

(2) Lib. xiiii. Antiq. cap. 9. (3) Lib. xi. de Bell. Iud. cap. 11.

abit autem pactum multis hebdomada vna, et in dimidio hebdomadis deficiet hostia, et sacrificium, et erit in Templo abominatio desolationis, et vsque ad consummationem et finem persecerabit desolatio.

Quo quidem vaticinio quam aperte Iudaeorum reuincatur perfidia hoc pacto valet cuius: non alium adductis verbis Daniel designauit quam Messiam, Christum nomine bis prolato; tempus insuper ab eodem definitum pro Messiae aduentu elapsum iam dudum est: aduenit ergo iam pridem Messias. Nam quod adinet ad primum, equis ille est, qui venturus promittitur? Scilicet, qui vngendus erat Sanctus Sanctorum, sanctitas sanctitatum, confirmaturus pactum Dei cum hominibus, inducturus iustitiam sempiternam; quae finem peccato imponere debebat; qui tandem characteres omnes ab aliis Prophetis sparsim enumeratis in se vno haberet: huic vero esse Messiam, vel ipsa Rabbinoꝝ confessio testatur, quorum testimonia legere est in Raymundo Martini. (4)

Praeterisse autem definitum a Daniele spatium certissimum est quaecumque fuerit hebdomadarum ab eodem designatarum ratio, quodcumque pariter earundem initium. Nam chronologorum tricis implicari Tirones nostros nolumus. Vel enim hebdomadae illae pro spatio septem dierum sumuntur, quemadmodum et nos accipimus, et acceptas legimus Leuit. xxii. vv. 15. et 16., vel pro spatio septem annorum, quo sensa dicitur Leuit. xxv. v. 8. numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, cet. Insuper vndecimque exordium hebdomadae illae sumserint ab edicto scilicet a Cyro dato, de quo i. Esdrae cap. 1., vel ab eo, quod Darius euulgauit, vt legimus cap. 6., vel tandem ab illo, quod ab Artaxerxe Longimano emanasse dicitur cap. 7. profecto expletae iam a multis saeculis hebdomades illae sunt.

Tertium Oraculum sumtum est ex cap. ii. Aggaei, vbi haec leguntur: adhuc vnum modicum est, et ego commonebo coelium, et terram, et mare, et aridam, et mouebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimae plusquam primae, dicit Dominus exercituum, et in loco isto dabo pacem. u His promissis Zorobabelem, reliquosque Iudaeos

Ba-

(4) In Pugione Fidei p. 11. cap. 3.

Babylone reduces ad Templum reedificandum accendit Propheeta; quibus quidem Messiam breui venturum promitti, sic demonstratur: Messias certe erat, qui a Iudaeis expectabatur; desiderabaturque a cunctis gentibus; cuius praeterea foret Templum, quod aedificabatur; qui futurus esset dominator, nouique Testamenti ac foederis Angelus; quique aduentu suo commoturus erat coelum, et terram, atque secundum Templum, etsi viliis structurae in oculis Iudaeorum, qui primum viderant, gloria longe maiori esset implendus: at Templum illud ab Aggaeo adeo commendatum, funditus euersum fuit a Tito in excidio Hierosolymitano: venit ergo ante excidium illud Messias.

Neque enim alium significare Iudaei poterunt praeter Iesum Christum Dominum ac Seruatorem, cui memorata valeant attribui. Ipse solus fuit, qui coelum aduentu suo commouit, quum misus est Gabriel Angelus; facta multitudo coelestis exercitus in eius natiuitate; stella Magos ad praesepe perduxit, vox Patris audita est in eius baptismo; Spiritus Sanctus tamquam ventus vehemens, ac igneae linguae in Discipulos effudit; et Solem natiuo suo lumine moriens spoliavit: ipse solus fuit, qui terram commouit innumeris miraculis, Delfici oraculi, aliorumque silentio, nonique Cicerone; (5) Idolorum deiectione, vt ex Dione liquet; (6) atque horrendo terraemotu, qui in eius contigit Passione, de quo Plinius. (7) Ipse solus, qui commouit mare, quum per terraemotum generalem tempore Passionis, tum per suum imperium, quo sedatae procellae, et vndae pedibus calcatae sunt: ipse solus nouum condidit Testamentum, pacem dedit, quam Angeli ipso nascente praedicauerunt: ipse venit ad Templum quidem a Zorobabele constructum; quod praesentia suae maiestatis sic illustravit, vt nec aurum, quo circumiectum fuerat Templum Salomonis, nec arca foederis, neque alia praecllentissima antiqui Templi ornamenta digna sint, vt in pretio habeantur. Itaque et ex hoc Aggaei vaticinio aperte colligitur aduenisse iam pridem Messiam promissum.

Iam vero Messiam, quem allata Prophetarum Oracula aduenisse ostendunt, ipsum esse Iesum Nazarenum, quod secunda propositionis parte constitutum fuit, principio ex his quae dicebamur apertissime euincitur: aduenit enim Iesus Nazarenus, dum scriptum ablatum fuit de Tribu Iuda, dum Templum a Zorobabele aedificatum staret, dum hebdomades Danielis suum iam ad finem vergerent, dum

tria

(5) Lib. xi. de Diuinit. (6) Lib. xi. cap. 48. (7) Lib. xxxvii.

ritia priora regna destructa per quartum erant, atque istud per regnum ipsius Nazareni consumendum; si igitur verus Messias ille est, in quo omnia haec fuere completa, Iesus Nazarenus ille est.

Cui quidem argumentationi robur accedit ex consensu Evangeliorum cum libris Prophetarum, atque ex Messiae et Iesu Nazareni caracteribus. Nam primo Messiam matrem habiturum virginem praedixerant Isaias cap. vii. verbis illis: »ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.« Christus autem natus de Virgine est iuxta illud Angeli ad Ioseph: »quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.« Matth. i. Secundo: Messias ex Dauidis posteritate nasciturum, in Psalm. lxxxviii. vv. 4. et 5. praedictum est. Legimus eodem: »disposui testamentum electis meis, in raui Dauid seruo meo: vsque in aeternum praeparabo semen tuum.« Et Iesus filius Dauidis dicitur Matth. i. Tertio: Messiae adsignatur Bethleem pro patria: »sic enim scriptum est per Prophetam (inquitur) »Principes Sacerdotum Matth. xi.) et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiit Dux, qui regat populum meum Israel.« Atque Christus Bethleem natus est, Euangelistis attestantibus. Postremo: omnia quae de Messiae incunabulis Isaias ix. de eiusdem nomine Isaias xlviii. praedicatione Isaias lxi. multiplici passione, atque occisione Psalm. xxi. et xl. potissimum, necnon Zachar. xiii. et Isaias lxi. leguntur, et leguntur pariter de Christo Matth. i. Luc. ii. et in Euangelio passim: seu potius impleta omnia in Iesu Nazareno fuisse Iudaei ipsi, nisi caecitatis vitio laborarent, perspicere: Messias ergo ore Prophetarum promissus Iesus Nazarenus est.

CAPVT II.

Quae Hebraei aduersus dicta obijciunt exploduntur.

Ex Oraculis modo adductis Iudaeorum retundi perfidiam, satis, vt arbitror, cuique notum est. Sequitur autem ipsos aduersus nos arguentes audire, atque eorum varia commenta labefactare. Haec itaque contra Iacobaeum vaticinium opponunt. Primum: Iacobi prophetia, non Messiam, sed Mosem Israelis liberatorem spectat, vel Ieroboam in Sylo Regem creatum, vel Nabuchodonosorem, vel Cyrum ab Isaiâ Christum vocatum; vel ipsum Dauidem, vel Salomo-

monem: nam verba illa »donec veniat Sylo« cuilibet horum conuenire videntur, quum a Deo missi fuerint: non ergo Messiae aduentus ex ea apte cuiucitur.

Secundum: Vox illa *scenet*, qua in hebraeo exprimitur sceptrum, idem ac virga sonat; adeo vt sensus sit, non desinent apud Iudaeos calamitates, donec veniat qui mittendus est. Igitur non aduenit adhuc ipsorum liberator.

Tertium: Difficile admodum captum est, quomodo sceptrum in Tribu Iuda permanserit ab excidio Templi Ierosolymitani sub Nabuchodonosore ad vsque Christi aduentum; scilicet per sexcentos circiter annos. Iudaei siquidem captiui apud Babylonios exire per annos septuaginta: soluta autem captiuitate, nullum apud Iudaeos fuisse Regem testatur Ieremias cap. xxxi. v. 24. sic Iechoniam alloquens: »audi sermonem Domini; haec dicit Dominus: scribe virum hunc sterilem . . . nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, et potestatem habeat ultra in Iuda.«

Insuper a diebus Machabaeorum, vsque ad Christum, nempe per annos ducentos, Sacerdotes de Tribu Leui praefuerunt genti Iudaeorum: ergo sceptrum defecerat in Iuda pluribus ante Christi aduentum annis.

Quartum: Particula *donec* non semper rei cessationem, sed quandoque in Scripturis continuationem designat. Sic Gen. viii. v. 7. de coruo dicitur, »non reuertebatur donec siccarentur aquae super terram:« scilicet aquis etiam siccatis numquam coruus in arcam reuersus fuit: non ergo ex illa particula colligitur cessasse sceptrum in gente hebraica. Haec aduersus primum Oraculum obijciunt.

Secundum autem his argumentis oppugnare solent. Primum: Ex Danielis propheta non potest colligi tempus aduentus Messiae, nisi certo numerentur anni ab Angelo praenotati: at hi certo numerari non possunt: vt enim numerarentur opus sane erat scire praecipuis vndenam illorum exordium foret ducendum; quod catholicis ipsis fatentibus, sciti certo non valet: hinc variae scholae opinioniones, aliis exordium illud perentibus ab edicto Cyri, aliis ab anno secundo Darii Histaspis, ab Artaxerxis Longimani anno septimo, vel vigesimo aliis: quin et ab eius filio Dario Notho nonnullis: ergo.

Secundum: Adeo obscura, atque implicata eiusmodi propheta est, vt quisque ad suos sensus illam trahere valeat. Principio quidem septuaginta hebdomades numerat, haud tamen designat cuius

illae sint generis; an seculorum, aut iubilaeorum; an dierum, vel annorum. Deinde, sic illas in tres diuidit partes, vt quae praedixerat non nisi in vltima hebdomada complenda ex aequo videantur. Tandem, quum mille anni coram Deo tanquam dies vna sint; quid non per hebdomadam vnā intelligere liceat? Nihil igitur ex hac propheta concludi potest.

Contra Aggaei Vaticinium haec producunt. Primum: Secundū Templi gloria ea fuit, quod ad Titum vsque durauerit, plus nempe quam primum Templum durauerat; quod ornatu, muneribus, et diuitiis primum superauerit; quod eo extante tranquillior pax habita sit: ergo non ex eo Messiae aduentus comprobatur.

Secundum: intelligendum vaticinium est de tertio Templo, quod nempe Herodes construere cogitauit Iosepho attestante; (1) non de secundo a Zorobabele extracto: ergo.

Tertium: Ad Templum ab Aggaeo praenuntiatum, venit quoque Alexander Macedonum rex: et hunc ergo Messiam dicere poterimus.

Sed respondetur ad singula, ipso quo obiecta sunt ordine. Ad primum itaque ex his, quae contra Iacobi Oraculum pugnant dicendum, nimis absurda illud continere: nam verba Oraculi; »non auferetur sceptrum de Iuda, et Dux de femore eius,« apertissime testantur futuram Regum, seu Ducum seriem in Tribu Iuda, antequam veniret, qui mittendus erat. At sceptrum nondum Tribu illam ingressum erat, quando Moses et Dauid venerunt: Dauid enim primus in ea regnauit, et primus Salomon illi successit, qui plures successores habuit. Insuper Nabuchodonosor, et Cyrus non nisi inexpectissime dici poterunt gentium expectatio, et qui mittendus dicitur per Prophetam, quum gentium terror illi fuerint. Ieroam denique electus est in Sicheim, vt legimus in Reg. cap. 13. non in Sylo. Nullum itaque horum Iacobi verba spectant.

Secundum sic soluitur: Iacob prospera, ac fausta Tribu Iudae praedicit, cuiusmodi non sunt certe calamitates, et castigationes: fieri autem, et haec leuiore, et minus diuturnae in hac Tribu, quam in aliis Tribubus: his enim apud Assyrios captiuis, floruit illa sub Ezechia, et Iosia; inquam captiuitatis Babylonicae excussit, aliis in sua captiuitate remanentibus, atque sub Machabaeis contra plures Reges illa praesualuit, et celebre sibi nomen comparauit.

Et

(1) Lib. xv. Antiquit. cap. 11.

Et quidem vocem illam *sceptrum*, non virgam significare, sed dominationem, seu principatum, praeter lectionem Septuaginta Interpreterum, testatur Targum Onkeli, vbi dicitur: »non auferetur habens principatum a domo Iuda.«

Tertium duplici haec via valet explodi. Prima: Iudaeorum regnum in Babylonica captiuitate solum fuisse intermissum, quemadmodum praedixerat Ieremias cap. 29.: atque in interregno illo resedisse penes eorum Principes supremam potestatem, seu ius virae, et necis, ex Susannae historia Dan. xiii. Quin et Euilmerodachum Babylonis Regem e carcere eduxisse Iochim Regem Iuda, posuisseque Tronum eius super Tronum Regum qui erant cum eo in Babylone, legitur cap. xxv. lib. iii. Reg.

Secunda via est, sceptrum remansisse in Tribu Iuda, etiam si libenter concedatur defecisse illud in familia Dauid, ex Ieremiae testimonio. Sed neque ablatum illud statim a familia Dauid fuit post captiuitatem: nam i. Paral. cap. 3. legitur, Ieremiam genuisse Salaticlem, huncque Zorobabelem, qui fuit Dux populi ex Babylone redeuntis. Quin tamen inde sequatur Ieremiam verum non prophetasse: non enim habuit Iechonias filios regia dignitate fulgentes, et ique super solium Dauid sederent; quum nec Zorobabel, nec vllus deinceps ex familia Dauid regia dignitate potitus sit vsque ad Christum Dominum. Delatus praeterea post Zorobabelem principatus Iudaeorum est ad summos Sacerdotes, qui de Tribu Leui erant.

Nec obest huic doctrinae, quod Iacob dicat »non auferetur sceptrum de Iuda, et Dux de femore eius,« quod Summis Pontificibus conuenire nequit; qui non de Tribu Iuda, sed de Tribu Leui erant; quique praeterea non a sola Tribu Iuda, sed ab aliis etiam eligebantur: vnde sceptrum nendum in Tribu Iuda, sed et in reliquis Tribubus perseuerasse dicendum foret. Non inquam haec obsunt. Primum siquidem nonnulli soluere pergunt adserentes, Summos Pontifices per lineam maternam ex Iuda originem duxisse, quae tamen opinio nobis non placet. Malumus itaque dicere cum aliis, Pontifices Summos non fuisse quidem duces primarios de femore Iuda; fuisse vero duces secundarios, atque nomine illius Tribus rempublicam administrantes.

Sed nec pro secundo soluendo probamus illorum sententiam, qui temere Iacobi Prophetiam ad omnes omnino Tribus pertinere sentiunt; quum contrarium ex Scripturis hauriamus. Dicimus ergo post

Tom. IIII.

B

Ba-

Babylonicam captiuitatem Tribum Iuda nomen, et auctoritatem alii Tribubus dedisse. Ipsa enim sola dimissa est libera cum facultate utendi suis legibus, vt constat ex verbis Artaxerxis ad Esdras, quae legitur cap. vii. lib. i. Iosephus autem scribit (2) non mediocrem Sacerdotum et Leuitarum turbam, omnesque praeterea Beniamitas Tribu Iudae sese adiunxisse. Verum ex sola Tribu Iuda rempublicam coaluisse certo nihilominus affirmare possumus: Leuitae enim rebus sacris ex officio mancipabantur, et Beniamitae adeo pauci erant, vt vix vno loco haberentur, vt constat ex lib. iv. Reg. cap. 17. Quae et ex Beniamitis, aliisque Tribubus trans Eufratem transportatis, ad Iudaeos transierunt, imperium cum ipsis haud sunt pariti.

Quartum argumentum sic facile enucleatur: Particulam *donec* in Iacobi Vaticinio necessario pro rei cessatione esse accipiendum, quemadmodum eam accepere antiquiores Hebraeorum, et praecipue Chaldaeorum Paraphrasum Auctores, quemadmodum et cum samis Iosephus, a Natali Alexandro relatus. (3) Fatemur quidem quandoque in Scripturis sumi vocem illam pro rei continuatione; sed tamen raro: ast vsitate scripturarum more sumitur ea pro cessatione; adeo vt significet temporis terminum, quo elapso euenit quod ante illud tempus remouetur; vt Gen. iii. v. 19. »in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumus est.« Item cap. xix. v. 22. »non potero tacere quidquam, donec ingrediatis illuc.«

Ersi enim particula *donec* in Iacobaeo vaticinio nihil affirmaret, aut denegaret, seu non enuntiarer quid de sceptro Iudae futurum esset post Messiae aduentum; declarat tamen illud perpetuo in domo Iuda permansurum vsque ad Messiae aduentum, quumque reuera fuerit ablatum, Messias proculdubio aduenit. Quemadmodum ex loco illo Genesios »coruus non reuertebatur, donec siccarent aquae:« ersi non colligatur ipsum ad arcam rediisse aquis iam exsiccatas, colligitur tamen absdubio numquam coruum in arcam introisse antequam exsiccarent aquae.

In soluendo autem primo argumento Daniellis Prophetiam contradicente longior ero, quam quod patiuntur nostri muneris fines. Tangit enim illud grauissimas in Sacrorum Bibliorum interpretatione, et intelligentia difficultates; quae si breuiter expedirentur, obscure sa-

(2) Lib. 11. Antiq. cap. 10.

(3) Tom. 1. Hist. vet. Testam. disert. xii. propos. 2.

ne expedirentur. Principio itaque dicendum: Quod licet non posset colligi ex illa Prophetia tempus aduentus Messiae ante eiusdem Oraculi euentum; potuit certe post euentum sequutum. Nempse Iudaei ex illa colligere debuerant Messiam intra septuaginta hebdomadas, seu intra annos 490. venturum; verum an eo anno, qui fuit decimusquintus Imperii Tiberii Caesaris declarandus esset, praescire non poterunt, quum ex Oraculo non constaret quisnam annus primo loco numerandus esset in hebdomadarum supputatione; quamquam peruulgata apud Iudaeos esset fama, quando Christus aduenit adimpletas esse illas hebdomadas. Ast peractis in Christo omnibus, quae in Messiae aduentu Daniel futura praedixerat, nullum superesse potest dubium, quin hebdomades adsignatae in illo fuerint impletae.

Cuius quidem responsionis veritas argumento, vt dicitur, a simili aduersus Iudaeos communiter. Praedixerat Ieremias Iudaeos post annos septuaginta e Babylonae in patriam redituros. Quo sane Vaticinio nix sperabant illi suam captiuitatem non esse diuturnam, sed tamen prauidere non poterunt quo anno finem illa esset habitura; quoniam Propheta non designauerat praefinitum tempus ex quo numerari anni illi debebant; sed soluta per Cyrum captiuitate, seu Ieremiae Vaticinio expleto, securus illi septuaginta annorum exordium inuestigant; atque ex euentu Vaticinii veritatem potissimum probant. Et licet exordium annorum certo figure non possint, neque in suis conueniant supputationibus, non ideo nutabit Vaticinium; sed potius ex euentu fas est iudicare qui in supputando ad veritatem accedant, qui vero aberrant. Aberrare autem eos, qui initium sumunt ab anno vndecimo Regis Sedeciae, quo Templum excisum est, verisimilius inde adpatet; quoniam ab eo anno ad vsque solutam captiuitatem, quae anno primo Cyri coacta, non nisi triginta fluxere anni, vt habetur in Esd. cap. 3. v. 1.

Hinc ad Daniellis Vaticinium denno ventientes non magis illius veritatem obscurat varia supputandi annos ratio, quam Vaticinii Ieremiae; imo ex eius euentu erroris arguuntur, qui hebdomadas inchoant ab edicto Cyri, vel Darii, quum nullus horum facultatem fecerit reedificandi Ciuitatem, sed vixit Templum; neque platea, et muri constructi denno fuerint, nisi Artaxerxe Longimano id Iudaeis concedente, anno, vt tenet verisimilior sententia, vigesimo regni sui. Nolumus tamen haec in infinitum protrahere; quae Chronologos in varias abire coegerit sententias; adeo vt conciliari milime

valcant. Hoc vnum certum supra posuimus, reuinci enuntiato Daniellis Oraculo Iudaeos, quaecumque sit annorum supputandi ratio, seu chronotaxis.

Ad secundum dicendum: Hebdomadas haud aliter ab Angelo quam visitata apud Iudaeos acceptione numerari potuisse. Duplex autem illa ex Scripturis habetur: dierum vna, annorum altera. Primam expressam legimus Leuit. xxii. his verbis: »numerabis . . . »septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae, idest quinquaginta dies. « Secundam exhibent haec verba Leuit. xxv.: »numerabis tibi septem hebdomadas annorum, idest septies septem, quae simul faciunt annos quadraginta nouem. « Quum vero in spatio adeo breui, vnus circiter anni cum dimidio, nulla insignis mutatio in Iudaeorum regno contigerit, haud poterunt dierum hebdomadae in Daniellis Prophetia intelligi; sed de annorum hebdomadibus Angelum fuisse loquutum, certo certius videtur. Diuisit autem illas in tres partes, vt distingueret posterioris hebdomadae annos, atque quid in vnaquaque euenturum esset, designaret, vt ex ipso sermonis contextu liquet. Ex quo insuper colligitur excidium post omnes hebdomadas secuturum, non intra earum spatium euenturum, quod in argumento minus vere supponi nouimus.

Quae demum contra Aggaei vaticinium opponunt argumenta, vix digna sunt vt a nobis refutentur. Nam quod ad primum adtinet quis animo concipere queat gloriam illam magnam, qua Templum erat implendum, in eo positam fuisse, quod Templi moles annis ferme decem plusquam domus prior steterit; nempe ex eorum enumeratione 420? Sed nec verosimile est posteriorem domum illustriorem priore domo fuisse ob opulentiam, sacramque suppellectilem; non enim in ea fuere domus primae ornamenta splendidiora; sed neque in ea exiit arca foederis, et ignis perpetuus. Quae vero pax Templo illo stante adsignari poterit, nisi eam agnoscamus, quam Christus in mundum intulit? Forsan pacem dicemus abominationem desolationis a Daniele praedictam? Vel sram pacem agnosceat poterimus in aduerso bellorum exitu, in excidio, in clade; in captiuitate?

Secundi solutio expeditior est: Domum ab Herode structam, a fundamentis etiam*, eandem fuisse cum secunda a Zorobabele erecta. Eam siquidem per partes innoauit, adeo vt persisterit Sanctum San-

Sanctorum. Fatentur id Iudaei ipsi in Talmud, (4) atque in hac sententia sunt Grotius (5) et Scaliger. (6) Non itaque probatur nobis recentiorum quorundam opinio adserens Herodem domum a Zorobabele aedificatam ornasse tantum. Non enim hac via facile euerit posset Iosephi testimonium scribentis cogitasse Herodem de nouo construendo Templo; (7) quod quidem testimonium admissa a nobis sententia facillime eneuatur.

Tertium nonnisi ineptissime obicitur: Quid enim ineptius profertur vnquam potuit, quam homini vanissimo ea tribuere, quae Messiae propria sunt? An conuenire Alexandro, aut alteri Regum potuere quae de Christo dicta per Prophetas fuerant? Scilicet, esse illum desiderium omnium gentium, magnam Dei gloriam, Angelum testamenti, dominatorem, cct.?

APPENDIX.

Quod si aduersus Gentiles etiam Incarnationem in Iesu Nazareno fuisse peractam demonstrandum sit, non iam Scripturarum Oraculis, quarum illi auctoritatem relictunt, vtendum erit. Nec insuper humana ratiocinatione huius Mysteriorum altitudinem, argumentis, vt aiunt, positiuo, demonstrare poterimus. Praeteregitur enim illud naturae rationem, quam supra naturam omnimode sit. Qua ergo via Gentiles reuinci poterunt? Ea scilicet, quam Augustinus docuit (8) dicens, fidem nostram propugnant ipse rerum ab initio gestarum ordo, ipsa temporum connexio, ea quae in Christi ortu, vita, factis, dictis, morte, ceteris completa sunt; quae insuper facta ab Apostolis in Euangelii propagationem scimus, aliaque his affinia. Hinc nostri Theologi argumenta illa sumpsere, quae longe lateque prosecuti sunt. Nos vero potiora vrgebimus, quo Verbum Dei factum fuisse carnem esse euidenter credibile euincamus, sub hac forma: Mysteriorum illud est euidenter credibile, quod religio euidenter vera credendum docet tamquam totius suae doctrinae fundamentum; vt vel Gentiles ipsi norunt, atque fatentur. At religio christiana euidenter vera est, doceretque praecipuis credendum Mysteriorum Incarnationis fuisse in Christo peractum: igitur euidenter credibile hoc est.

Minoris propositionis primam partem, quam solam perneant Gen-

(4) Cap. ult. de Sined.

(7) Lib. xv. Antiq. cap. 11.

(5) Lib. vi. de emend. temp.

(8) Epist. 137. ad Volus.

(6) Lib. v. de verit. Relig. Christ.

Gentiles, haec potissimum euincunt. Primum: ea Religio vera profecto est, ad quam stabiliendam et propagandam innumera edita sunt miracula: eiusmodi est Religio christiana: vera ergo illa est. Non enim potest miraculum fieri in erroris confirmationem, quam certum omnino sit, et miraculum esse opus Dei, et Deum testimonium falsum dicere non posse. Ast quaenam edita sunt miracula in christianae Religionis confirmationem? Profecto plurima in Euangelis, et Apostolicis Actis potissimum memorata. Sant praecipua Lazari quadriuari e sepulcro suscitatio, et caeci a natiuitate illuminatio; quae quidem operatus fuit Christus ut se filium Dei manifestaret, Euangelistis adstantibus. Atque opera quae Christus fecit, et his maiora fecerunt post eius in coelos Ascensionem Apostoli, quibus omnimodam illae potestatem contulit: ut enim Augustinus adnotat, non legitur Christi umbram infirmos sanasse, quod de Petri umbra legimus.

Non fuisse autem facta opera eiusmodi daemonum ope, inde constat quod ad dissoluenda opera Diaboli facta sint, et inter ea, quae fecit Christus ecclesio ipsa daemonum inueniantur, quam daemon certe non faceret. Insuper et excedunt illa, ut plurimum, omnem creatam virtutem; uti resurrectio mortuorum, et quod ad modum spectat quo facta fuere, daemonis virtute fieri minime poterant. Facta siquidem sunt multa solo verbo, absque vlla virtutis naturalis adplicatione. Facta item sunt in instanti, quod daemon facere nequit. Verum nec fuisse illa sensuum ludificationes, et praestigiae ex eo constat, quod non statim euanuerint, sed ab omnibus, ipsis quoque Christi calumniatoribus atque inimicis, visa fuerint, visisque praeterea ab eisdem et Lazarus loquens, et epulans, et caecus illuminatus, benefactorem suum confitens.

Fortassis conficta illa a Discipulis credi poterunt? Sed cui bono haec confingerent? Non certe ob temporale commodum; patiebantur nempe pro Christo mala innumera. Nec ob meritum, et suae legis obseruationem, non enim est Religio aliqua, quae mendacium, falsumque testimonium non prohibeat; prohibet vero illa vel maxime christiana Religio.

Secunda minoris illius propositionis probatio sumitur ex mirabili christianae Religionis propagatione. Ut enim Augustinus scribit (9) «si per Apostolos Christi, ut eis crederetur, Resurrectionem at-

(9) Lib. xxii. de Ciuit. Dei cap. 5.

neque Ascensionem praedicantibus, etiam ista miracula facta esse non credunt (Gentiles) hoc nobis vnum grande miraculum sufficit, quod «ea terrarum orbis sine vllis miraculis credidit.» Vbi enim nihil est humanum, totum diuinum sit necessum est. At in Religionis christianae propagatione nihil humanum reperire est: totum ergo diuinum in ea fuit. Et quidem quis humanum dicit, quod homines illiterati, ineloquentes, obscuro, christianam Religionem per totum orbem aedificauerint, firmamque reddiderint, non armis, neque diuitiis, sed simplici verbo, quo Rhetorum ora constringere, Principes conuertere, atque Barbaris, Graecisque Imperare sunt consequuti?

Quis non diuinum prorsus censebit, quod Apostolis annuntiantibus mysteria omnem humanae mentis vim praetergredientia, a viris sapientissimis adoraretur Christus, ac genus humanum omne ad religionem sensibus, quin et carni, et sanguini reluctantem pertraheretur? Quis non stupendum credet, quod christiana Religio aduersus portas inferi perpetuo praeualuerit, terrentibus, et contradicentibus tot tantisque persecutoribus? Quod item persecutores ipsi nomen Christo dederint, quemadmodum Paullum, Iustinum, Claudium Tribunum, alios fecisse nouimus? Virgent haec argumenta Augustinus, (10) Chrysostomus, (11) Tertullianus, (12) et S. Thomas; (13) atque ad extremum vsque ducunt. Praeter haec tamen et alia plurima in medium proferri possent momenta pro christianae Religionis veritate omnimode firmanda. Videlicet illa quae ex ipsa sui auctoris sanctitate, ex doctrinae puritate, diurnitate, atque indefectibilitate; ex testimoniis non solum Virorum sanctitate, et Religione illustrium, sed et christianae Fidei hostium, demumque ex Oraculis, quae ab exordio mundi Iudaico populo Christum praenuntiarunt; de quibus supra loquuti sumus, Theologi nostri ducere consueuerunt. Sed ea persequi Appendicis ratio haud patitur.

CAPVT III.

Messiae diuinitatem humanitatemque vindicat.

Iesus Christus Deus simul et homo est.

Pincipio rem Scripturis agamus. Ioan. cap. 1. legimus: «In principio»

(10) Lib. laudato cap. 7.

(11) Cap. 1. Apolog.

(12) In orat. *Quod Christus sit Deus.*

(13) Lib. 1. cont. Gentes cap. 6.

»pio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum . . . Omnia per ipsum facta sunt . . . Et Verbum caro factum est, et habitauit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quam si vnigeniti a Patre plenum gratiae, et veritatis.« Et cap. vii. Christum a Iudaeis expostulatum: »inquingenta annos nondum habes, et Abraham vidisti?« Respondisse narratur: »amen, amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum.« Paulus quoque in Epist. i. ad Colossenses, de Christo scribit: »qui est imago Dei Inuisibilis, primogenitus omnis creaturae; quoniam in ipso condita sunt vniuersa« cet. Et in Epistola ad Romanos cap. i. Christum dicit factum ex semine Dauid secundum carnem, quum esset Dei filius.

Faciunt pro hoc dogmate amplius firmando cetera Scripturarum testimonia, quae Christo tribuunt omnipraesentiam, Ioann. xiv.; aeternitatem, Ioann. viii.; omniscientiam, et occultorum cognitionem, Ioann. xxi. et Apocal. ii.; omnipotentiam, ad Phillip. iii.; maiestatem, et gloriam diuinam, Ioann. v.; Redemptoris officium, Isaiae xli.; quae quidem puro homini conuenire minime valent. Sed limpidissimum, dissertissimumque sibi semper visum fuisse, quod legitur in libro Baruch cap. iii. ait Serrius: pari etiam vi ad praesens institutum praeditum ac potestate illud Isaiae cap. xlviii. et seqq. Consultatur ipse. (1)

Scripturarum auctoritati accedit totius Ecclesiae catholicae fides, quae hanc veritatem tanquam praecipuum christianae Religionis caput perpetuo professsa est. Nam quod generalia Comitia Nicaena an. 325. et Ephesina an. 431. sanctissime decreuerunt, iam pridem creditum in Ecclesia ante illorum celebrationem fuisse, luculentissime demonstratum est a nobilissimis Theologis Petauio, (2) Thomasino, (3) et Roberto Bullo. (4) Profecto, qui Ecclesiae historiam, vel a limine salutauerit, notum perspectumque illi erit pro Christi diuinitate aduersus Noëtiū adserenda pugnasse Ill. Ecclesiae saeculo Hippolytum Martyrem; Praxeam aduersus desertasse Tertullianum; Antiochenam Synodum anno 270. Sabellium damnasse: eundem confutasse Dionysium Alexandrinum, Eusebium, alios. Legatur Eusebius ipse.

(1) In lib. de Trin.

(2) In lib. de Incarnat.

(3) In opere quod inscripsit: De-

fensio Fidei Nicaenae.

(4) Lib. vii. Histor. Ecclesiast.

cap. 25.

ipse. (5) Quibus addi solent loca quaedam Martyris Ignatii, qui vixit saeculo ii, Polycarpi, Iustini Martyris, Irenaei, Clementis Alexandrini, Cypriani: vt tandem illud in aperto collocetur, nempe Christi diuinitatem ante Concilium Nicaenum creditam in Ecclesia fuisse; immo ex Traditione ab Apostolis ad nos vsque illam comprobati.

Alia argumenta addere facile fuerit: illa scilicet, quae ex ipsis Christi miraculis a noui Testamenti Scripturibus enarratis; ex illius Varietis ab Euangelistis relatis; ex promissis fidelissime imperiis; ex reliquis demum omnibus in Euangelio traditis, aptissime ducuntur, quaeque luculentissime praee aliis prosequutus est Nicolaus Augustinus Chignoli Ord. Praedic. Taurinensis Theologus. (6)

CAPVT IV.

Qui fuerint diuinitatis Christi praecipui hostes declaratur.
Eorum momenta refelluntur.

Primos fuisse Iudaeos, qui Christum merum hominem crediderint, nullo vero modo Deum, testis est Athanasius. (1) Sequi sunt exinde illi, qui sub Christiano vtrunque nomine et professione Iudaicam de Christo sententiam amplexi, in varias Haereses abierunt. Tredecim circiter apud Antiquos numerantur. Ex his primum ordine Carpocratem recensent Irenaeus, (2) aliique Patres, qui quidem inter cetera, Iesum ex Iosephi et Mariae coniugio ceterorum more progenitum adseruit. Carpocrati Cerinthum proxime subiciunt Irenaeus et Epiphanius: quem nihil a Carpocrate disensisse tradunt, nisi quod Iudaicos ritus Christianis admiscuit.

Cerinthi insuper aetate exorti fuerunt Nazaraei, vt Epiphanius refert. (3) Quos et ritus Iudaicos Christianis admiscuisse, et Iesum ab Iosepho genitum praedicasse Theodoretus adserit. (4) Sed Augustinus (5) et Epiphanius, (6) innuere videntur, demum illos confiteri esse Christum. Errorem Cerinthi hausit Ebon illius discipulus.
Tom. III. C

(5) Lib. vii. Hist. Eccl. cap. 25.

(6) In Tract. de Deo homine facto, Propp. 3. 4. 5. et 6.

(7) De Sen. Dio.

(1) Lib. 1. cap. 24.

(2) De Haer. cap. 7.

(3) Haer. 29.

(4) Lib. 11. contra Cel. cap. 2.

(5) Lib. de Haer. cap. 9.

(6) Haer. 29.

lus, qui superiorum omnium Haeresum venena collegit. His adnumerandi veniunt Helcesaci, qui sectae conditorem habuere Helxai quendam impostorem, quique ad Ossenorum factionem vnam ex Iudaicis adgregatus est, Epiphanio adtestante, (7) quam ipsam sectam Sampsaeorum nominatam esse scribit. Erant vero Helcesaei Iudaeos inter et Christianos mediū. Christum illi magnum Regem praedicabant, sed creaturam dicebant; qui ab initio procreatus identidem adpareret, et in varia se indueret corpora. Nimirum virtutem quandam esse coelestem, aiebant, quae Christus vocatur, cuius soror est Spiritus Sanctus. Quam fabulam ab Helxai acceperant in libro ab eodem conscripto; quem vt Propheticum et e Coelo lapsum mire illi venerati sunt.

Exiit deinde eiusdem sectae instaurator Artemon, seu Artemas quidam; cuius meminit Theodoretus, (8) meminit et Eusebius. (9) Eandem insaniam renouauit Theodorus quidam Coriarius, quem Victor Papa Excommunicationis sententia percussit. Huius Theodori discipulus fuit Theodorus alter argentarius; « qui et ipse, vt loquitur Tertullianus, (10) introduxit alteram sectam, et ipsum hominem Christum tantummodo dicit ex Spiritu Sancto, et ex Virgine pariter conceptum et natum: sed hunc inferiorem esse, quam Melchisedech. » Ab hoc Melchisedecianorum haeresis originem coepit. His accensus Beryllus Bostrae in Arabia Episcopus, cuius meminit Hieronymus. (11)

Sed Iudaeorum, Ebionitarumque potissimum instaurauit ac haeresim nobilitauit Paulus Samosatensis, a patria sic nominatus, ab Episcopali Sede Antiochenus. Hic Iudaicam impietatem in Christianorum dogma inuexit in gratiam Zenobiae coniugis Odenati Palmyrenorum reguli, vt Theodoretus scribit. (12) Adsecebat itaque Paulus Christum hominem esse merum, qui a Maria iam regnandi, quam viuendi sumisset exordium; quem tamen Deum nominabat; quantum non simul atque editus est Deum illum fuisse credidit; « sed » ex profectu virtutis Deum esse factum, « vt refert Athanasius. (13) Quam Haeresim vt opprimerent Praesules Catholici Antiochiam iterato conueniunt; quem enim agnouerunt Paulum ipsorum sedulitate

(7) Vbi supra.

(8) Haer. 19.

(9) Lib. 11. contra Haer. cap. 7.

(10) De Haer. cap. 55.

(11) Lib. de Serip. Eccl. cap. 7.

(12) Lib. 11. cap. 8.

(13) In lib. de Synod.

tem frustrasse in priori Concilio, vafre ac subdole Catholicum prae se dogma ferentem: iterum Concilium celebrant, atque de Haeresi conuictum, anathemate feriunt, et a Sede Antiochena deponunt.

Cum hac Paulli haeresi vnam eandemque fuisse et Sabellii haeresim, velut biceps monstrum, Veterum complures existimarunt. Marcellum deinde Ancyranum in eundem errorem lapsum fuisse testantur Veteres multi, iidemque grauissimi. Quem etiam errorem quum eius discipulus Photinus aprasset, plurimos, pro maxima qua pollebat dicendi facilitate disputandique facultate, post se traxit: ac tandem in Sirmiensi Arianorum Synodo deiectus, atque damnatus est. At Photini, vt et Paulli Samosateni, aliorumque haeresis eo ab Ebionitarum opinione distabat; quod isti Christum communi more genitum dicerent; illi vero de Virgine natum. Memoratur praeterea in Ecclesiastica Historia Euphratas Agripiensis, seu Coloniensis Episcopus, Photini haeresis sector. Memoratur quoque et Bonus quidam Episcopus, qui ad Phorini haeresim Heluidianam addidit. Hanc demum proximo saeculo xvi. excitarunt Laelius et Faustus Socini, a quibus Socinianorum secta longe lateque diffusa nomen habuit.

Pauca haec ex multis dicere debuimus, vt hostium diuinitatis Christi catalogum, breui licet calamo, texeremus. Ex quo qui Arium expunctum adnotauerit, animaduertat oportebit, haud putasse illum Christum nudum hominem esse, sed ex Deo qualicumque, et humana carne compositum; vt animaduertit doctissimus Petauus. (14) Id vnum nobis in praesentem reliquum est, vt illorum conatus vanos prorsus ac irritos ostendamus.

Haec itaque ex Scripturis obiciunt. Primum: Deus Christum venturum his verbis promisit Mosi Deuter. cap. xviii: « Propheciam » suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. « Non ergo Deus re ipsa fuit, si similis Mosi fuit.

Secundum: Christus a Deo se derelictum fatus est, de cruce exclamans: « Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? » Matth. xviii. Non ergo erat verus Deus.

Tertium: Act. ii. Christum factum a Deo Petrus testatur dicens: « certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum et » Christum fecit Deus hanc Iesum, quem vos crucifixistis. « Paullus etiam ad Hebr. iii. dicit: « considerate Apostolum, et Pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum. » Praecor

(14) Lib. 1. Theol. Dogm. de Incarn. cap. 5. num. 4. 5. & 6.

tor tandem Christi ait Ioann. 1: «post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.» At qui factus est, Deus non est, sed purus homo: ergo.

Quartum: Quum Iudaei Christum lapidare voluerint, eo quod Dei filium se faceret, eo solum sensu se Deum esse testatus est, quo sint illi qui per sanctitatem et auctoritatem Dei sunt. Dixit enim Ioan. x: «nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi Deo estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solui Scriptura: quem Pater sanctificauit, et misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemias, quia dixi Filium Dei sum? Cui consonum illud Lucae i. est: «Spiritus Sanctus superueniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nasceretur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.» Non ergo Filius naturalis fuit.

Quintum: Nunquam Christus distincte, aperte, conceptusque verbis se Filium Dei nominauit, etiam a Iudaeis prouocatus. Legimus enim Ioan. x: «circumcederunt ergo eum Iudaei, et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam;» et Matth. xvi: «tunc praecepit Discipulis suis, vt ne mini dicerent quia ipse esset Iesus Christus;» ibidem: Deus ergo verus ille non fuit.

Sextum: Apostolus i. ad Timoth. Christum mediatorum ab vno summo Deo distinguit illis verbis: «Vnus enim Deus; vnus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus.» Igitur Deus Christus non fuit. Alia plurima congerunt, quae a nobis adducta solutaque sunt, dum de Filii consubstantiali cum Patre natura in lib. de Trinitate egimus.

Ruunt autem mole sua, quae modo Iudaei, Ebionitae, Sociniani, ceteri, contra Christi diuinitatem pari perfidia opponebant. Et primum quidem ludicum plane, atque futile est. Similis enim Christus Mosi dicitur ea ipsa ratione, qua nobis omnibus ab Apostolo similis dicitur verbis illis Epist. ad Phillip. cap. ii: «in similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt homo.» At, digniorem illum Mose ex diuinae naturae conditione esse Paulus ipse declarat ad Hebr. cap. iii. scribens: «amplioris enim gloriae iste prae Moysi se dignus est habitus, quanto amplioris honorem habet domus, qui fabricauit illam.» Ex conditione itaque naturae assumtae tantum et Mosi, et nobis similis Christus dici poterit.

Secundum sic breuiter soluitur: Nempe in extrema vitae periodo

do diuinitatem Christum Dominum deseruisse foris, vt illi non esset ad defensionem contra Carnifices atque Torrores, quo acerbius pro nobis pateretur; sed non deseruisse intus quoad vniorem hypostaticam, vt Deus, Deique filius semper esset. Quidni autem si quoad vniorem ipsam hypostaticam in extrema illa periodo vitae deseruisse pateremur? Vel ex hoc etiam capite Iudaeorum causa caderet; consequeretur quippe inde humanitatem Christi toto antea vitae suae decursu ea vniore fuisse donatam, proindeque Deum verum Christum fuisse.

Tertium argumentum ex tribus testimoniis compactum, facile est eneuare. Quum enim Petrus post verba illa, «Deus fecit hunc Iesum,» illud addiderit, «quem vos crucifixistis;» intelligitur plane de Christo vt homine loquutum, non vt Deo. Eandem expositionem Pauli testimonio adhibemus: factum scilicet Iesum Apostolum, et Pontificem, ac fidelem fuisse, vt homo erat. Quae vero Praecursor protulit verba, «ante me factus est,» hoc certe sonant, «mihi antepositus est.» Hoc pacto exponuntur ab Augustino, (15) et Thoma. (16)

Quarto, quod Socinianorum modo Aquiles est, reponi ex communi Theologorum calculo potest: Christum ibi obieceram sibi a Iudaeis blasphemiae notam depulisse, non quidem sui comparatione cum Prophetis et Iustis facta, qui Dei dicti sunt, Deique filii per auctoritatem et missionem; seu quia ad ipsos sermo Dei factus est; sed argumento, quem Logici a minori ad maius vocare consueverunt; quasi diceret: Si illos Scriptura Deos appellat, ad quos sermo Dei factus est, Prophetas scilicet et Iustos veteris Testamenti; quanto magis citra blasphemiam Dei filius appellari potest ille, qui sermo Dei substantialis est; quem Pater sanctificauit, gignendo ex vtero ante Luciferum? Legatur Augustinus, cuius est expositio. (17)

Illud vero, quod ex verbis Angeli Lucae i. ducitur, argumentum in acquiuoco laborat. Nihil enim aliud angelica verba significant, quam Spiritus Sancti obumbrationem in causa fuisse cur homo ille ex Virgine natus, Dei filius vocetur, et sit: quatenus nempe ex ea obumbratione humana natura obtinuit vt Dei filio hypostaticae iungeretur. Minime vero significant absolute et sine vlla restrictione habuisse Christum ex sua temporali generatione, quod Filius Dei nominetur.

(15) Tract. lxxi. in Ioan.

(17) Tract. xlviii. in Ioan.

(16) In cap. i. Ioan. Lect. 3.

tur. Adpellant itaque verba illa, non supra Christi personam absolute, et secundum se expectatam; sed supra personam in humana natura subsistentem.

Pro quinto soluendo satis cuique erit Euangelium euoluere: ut scilicet videat quam clare atque distincte Christus se Dei Filium dixerit. Ut enim Ioan. cap. iv. legitur, quum Samaritana ipsi dixeret: »scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Quum ergo venisset ille, annuntiabit vobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.« Similiter, Summus Sacerdos Marci cap. xiv. interrogabat eum, et dixit ei: »Tu es Christus Filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi: »Ego sum.« Quin, in loco in obiectione adducto palam Christus professus est se Filium Dei esse: ait siquidem Euangelista: »respondit eis Iesus: Loquor vobis, et non creditis: nempe, quod quaeritis ex me loquor vobis, nec tamen creditis. Leguntur similia alibi passim. Praecipit tamen Apostolis, ne cui tunc dicerent ipsum esse Christum; non quod talem se non praebere ipse, palamque praedicaret; sed quia non Apostolorum, sed vnus tunc Christi missionis tempus esset.

Postremi, quod Paulli est, testimonii explicationem exhibet Augustinus scribens: (18) »vnde verus ille Mediator, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est Dei et hominum homo Christus Iesus; quum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo et vnus Deus est. Tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quam sumere; ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturae.« Opponit itaque Paullus Christum vni Deo, qua homo est: qua sola ratione, Mediatoris munere obire Augustinus ipse docet. (19)

(18) Lib. x. de Ciuit. Dei cap. 20. (19) Lib. x. Conf. cap. 4.

CAPVT V.

De perfectione humanae Christi naturae agit: Hilarii Pictauiensis doctrinam a suspitione liberat.

Assumpsit Dei Filius verum corpus ex Virginis carne formatum. Assumpsit quoque humanam animam, mente ac ratione praeditam.

In quorum priore dogmate adserendo nec dubia, nec errori obnoxia mens Hilarii fuit, sed constans pro-ris atque catholica.

Innumera ferme sunt in Scripturis Oracula pro prima adsertione firmata. Apertiora adducamus. In Epist. i. Ioan. cap. iv. dicitur: »omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo est.« Et in cap. i. Euangelii sui, ait: »et Verbum caro factum est.« Insuper Lucae cap. xxiv. haec Christi Domini verba legimus: »palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videris habere.« His affinia illa sunt quibus ex Abrahamae, Iacobi ac Dauidis semine Christus prognatus dicitur: illa etiam, quibus natum illum, passum, mortuum ac rediitum fuisse perhibetur: quibus tandem humanas adfectiones, tristitiam scilicet, pauorem, raedium, famem, lassitudinem persensisse; humores item, nempe lacrimas, saluam, habuisse liquet. Ex quibus liquido constat habuisse Christum corpus vere humanum, non phantasticum, non sidereum, nec ex coelesti materia compactum, sed nostro prorsus consubstantiale.

Sed Christum ex materna carne corpus suum traxisse testatur, insuper habemus in Epist. ad Galat. cap. iv. verbis illis: »missit Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.« Porriusimmo vero in cap. i. Matth. vbi dicitur: »de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.« Quam sane Christi genealogiam fuisse a Mattheo scriptam validissime Augustinus contra Faustum disputans tuetur. (1)

Ex his vero Scripturarum testimoniis complura argumenta ducunt, vrgentque aduersus Marcionem, ceterosque Phantasiastas Eccle-

(1) Lib. xxviii. cap. 2.

tur. Adpellant itaque verba illa, non supra Christi personam absolute, et secundum se expectatam; sed supra personam in humana natura subsistentem.

Pro quinto soluendo satis cuique erit Euangelium euoluere: ut scilicet videat quam clare atque distincte Christus se Dei Filium dixerit. Ut enim Ioan. cap. iv. legitur, quum Samaritana ipsi dixeret: »scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Quum ergo venisset ille, annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.« Similiter, Summus Sacerdos Marci cap. xiv. interrogabat eum, et dixit ei: »Tu es Christus Filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi: »Ego sum.« Quin, in loco in obiectione adducto palam Christus professus est se Filium Dei esse: ait siquidem Euangelista: »respondit eis Iesus: Loquor vobis, et non creditis:« nempe, quod quaeritis ex me loquor vobis, nec tamen creditis. Leguntur similia alibi passim. Praecipit tamen Apostolis, ne cui tunc dicerent ipsum esse Christum; non quod talem se non praebere ipse, palamque praedicaret; sed quia non Apostolorum, sed vnus tunc Christi missionis tempus esset.

Postremi, quod Paulli est, testimonii explicationem exhibet Augustinus scribens: (18) »vnde verus ille Mediator, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est Dei et hominum homo Christus Iesus; quum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo et vnus Deus est. Tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quam sumere; ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturae.« Opponit itaque Paullus Christum vni Deo, qua homo est: qua sola ratione, Mediatoris munere obire Augustinus ipse docet. (19)

(18) Lib. x. de Ciuit. Dei cap. 20. (19) Lib. x. Conf. cap. 4.

CAPVT V.

De perfectione humanae Christi naturae agit: Hilarii Pictauiensis doctrinam a suspitione liberat.

Assumpsit Dei Filius verum corpus ex Virginis carne formatum. Assumpsit quoque humanam animam, mente ac ratione praeditam.

In quorum priore dogmate adserendo nec dubia, nec errori obnoxia mens Hilarii fuit, sed constans prorsus atque catholica.

Innumera ferme sunt in Scripturis Oracula pro prima adsertione firmata. Apertiora adducamus. In Epist. i. Ioan. cap. iv. dicitur: »omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo est.« Et in cap. i. Euangelii sui, ait: »et Verbum caro factum est.« Insuper Lucae cap. xxiv. haec Christi Domini verba legimus: »palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videris habere.« His affinia illa sunt quibus ex Abrahamae, Iacobi ac Dauidis semine Christus prognatus dicitur: illa etiam, quibus natum illum, passum, mortuum ac rediitum fuisse perhibetur: quibus tandem humanas adfectiones, tristitiam scilicet, pauorem, raedium, famem, lassitudinem persensisse; humores item, nempe lacrimas, saluam, habuisse liquet. Ex quibus liquido constat habuisse Christum corpus vere humanum, non phantasticum, non sidereum, nec ex coelesti materia compactum, sed nostro prorsus consubstantiale.

Sed Christum ex materna carne corpus suum traxisse testatur, insuper habemus in Epist. ad Galat. cap. iv. verbis illis: »missit Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.« Porriusimmo vero in cap. i. Matth. vbi dicitur: »de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.« Quam sane Christi genealogiam fuisse a Mattheo scriptam validissime Augustinus contra Faustum disputans tuetur. (1)

Ex his vero Scripturarum testimoniis complura argumenta ducunt, vrgentque aduersus Marcionem, ceterosque Phantasiastas Eccle-

(1) Lib. xxviii. cap. 2.

clesiae Patres, et Scriptores. Tertullianus prae omnibus consulatur, quum in lib. de carne Christi cap. ix. et xv; tum contra Marcionem lib. iv. cap. 8. 42. et 43. Omnium tamen compendium exhibet S. Thomas de hac re ex instruito agens. (2) Quum enim hanc veritatem firmasset testimoniis ex Augustino, (3) et ex lib. de Ecclesiast. dogmatibus, (4) ductis, has insuper argumentationes addidit: »et huius ratio, inquit, potest triplex assignari. Quarum prima est ex ratione humanae naturae, ad quam pertinet verum corpus habere,«
 »cet. Secunda ratio sumi potest ex his, quae in Mysterio Incarnationis sunt acta. Si enim non fuit verum corpus eius, sed phantasticum; ergo non veram mortem sustinuit, nec aliquid eorum, quae Evangelistae de eo narrant, secundum veritatem gessit, sed solum secundum adparentiam quandam: et sic etiam sequeretur, quod non fuerit vera salus hominis subsequuta: oportet enim effectum causae proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personae adsumentis, quae quum sit veritas, non deicit ut in eius opere fictio esset,«
 »cet. Quae quidem argumenta probant nec deuisse Christi corpus esse coeleste, ut ipse Sanctus Doct. euincit. (5)

Secundam propositionem, maxime quod ad primam eius partem adinet, docent Scripturae. Habetur enim Matth. xxvi.: »tristis est anima mea usque ad mortem.«
 Ioan. xi.: »ego pono animam meam pro ouibus meis. Potestatem habeo ponendi animam meam.«
 Item et cap. xii.: »nunc anima mea turbata est.«
 Quae quidem testimonia si ad metaphoram referantur, euangelicae narrationis fides omnibus peribit: de vera igitur Christi anima accipienda sunt.

Scripturis accedit Patrum auctoritas. Theodoretus haec habet: (6) »si enim Verbum Deus animam non assumpsit, nec liberare eam, nec gloriam ei parare potuit.«
 Athanasius aduersus Apollinarium sic loquitur: (7) »quomodo tristis et animo turbatus, humanam non habuit animam? Tribuere enim talem sensum materiae insensibili absurdum, Deo immutabili adscribere blasphemum.«
 Augustinus, tum aliis in locis, tum praecipue in Epist. ad Dardanum, ait: »profecto quum dicis hominem perfectum totam illic naturam humanam vis intelligi; non est autem homo perfectus, si vel anima, vel animae ipsi mens humana defuerit.«

Suf-

- (2) III. Part. q. 5. art. 1.
 (3) Lib. LXXXIII. QQ. q. 13.
 (4) Cap. 11.

- (5) Art. 11.
 (6) De Haer. Fab.
 (7) Lib. 1.

Suffragantur theologicae rationes. Nam quum caro, et reliquae hominis partes per animam speciem sortiuntur; necesse est, quod anima recedente nec os, nec caro sit, nisi aequiuoce, ut Aristot. docuit. (8) In Christo ergo, in quo vera caro adfuit, et veram adfuisse animam oportet fateri. Deinde: »nonne anima praecipua hominis pars est? Non ergo Christus verus esset homo rationali anima destitutus.

Atque iisdem argumentis quibus animam Christo vindicamus, et ipsi humanam mentem atque intellectum adserimus, ut notum cuique est. Anima enim est, quae hominem perfectum constituit, quaeque turbatur, miratur, quae tandem veram humanam carnem profecit. At omnia haec, Scripturis, Patribus, ac Theologis attestantibus praestat anima a Filio Dei assumpta: praedita ergo mente et ratione illa fuit.

Tertiam propositionem in Hilarii defensionem stabilitam, sic breuiter demonstramus. Hilarius non dubitanter sed adsertiue docuit, Christum originem ducere ex Abrahae semine, et ex genere Dauidis, verbis illis expositionis Psal. lxx.: »ex Iuda et Moab originem sumens.«
 Et in Psal. lxxvii. scribens: »de Iuda frutice, Christum natum fuisse.«
 Similiter docuit sumsisse illud ex Virgine carnem, eamque nostrae consubstantialem; primum quidem in Psal. cxxiii. dicens: »naturae nostrae sibi ex Virgine corpus assumens.«
 Deinde lib. ix. de Trinitate, ubi ait: »corporis nostri natus homo.«
 Non ergo dubia, vel errori obnoxia, sed constans prorsus mens et doctrina Hilarii fuit.

COROLLARIUM.

Dogmatis autem priore propositione firmati consecratam agnoscimus illam Theologorum sententiam, quae tenet Christum reuera passum fuisse. Non eo quidem sensu, quod sic eius mens timore, aliiue affectibus ageretur, ut inde diuisa a rectitudine, vel perturbata esset; sed eo vniue, quod illius anima, aut corporis sensus praedictis affectibus mouerentur, quin tamen ratio perturbaretur. Quem duplicem sensum distinguens Sententiarum Magister, (9) passionem in primo intelligit, in secundo *propassionem*.

Et quidem nullam Christum habuisse reluctantem passionem, atque rationem peruertentem constat abunde ex eo, quod potestate et voluntate omnia pertulit: ut enim dicitur Isaias cap. lxxv.: »oblatus Tom. IIII.

(8) In iv. de Anima text. 9.

(9) Lib. III. Dist. xv.

D

est

est, quia ipse voluit. « Verum testantur id ipsum Patres. Nam scribit Hieronymus: (10) » vt veritatem probaret assumti hominis, vere contristatus est: « sed non passio eius vere dominatur animo; verum pro passio est. Contra vero Christum vere et naturaliter passum fuisse apertissime Scripturae tradunt, vbi legimus: » vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit: « Isaias lxxv. » Regem plera est malis anima mea; « Psal. lxxxvii. aliaque eiusmodi. Tradunt et Patres. Ait enim Ambrosius: (11) » vt homo ergo dubitat; vt homo turbatur eius virtus, non turbatur eius diuinitas; sed turbatur anima secundum humanae fragilitatis assumptionem. «

CAPVT VL

Multiplex erga veritatem carnis Christi error describitur. Tum et erga humanae animae assumptionem. Hilarii criminatores designantur. Omnium argumenta dissoluntur.

Haereticorum itaque, qui vt ludricam et fictam, ac specie tenuis adumbratam Incarnationem defenderent, veram Christi carnem negabant, agmen ducit Simon Magus, Philastro teste: (1) cuius portentosam haeresim in eo positam scribunt Irenaeus, (2) et Augustinus, (3) quod Deum se praedicaret, qui specie tenuis apparens, tres in se ipso personas expresserit: Christum vero nec venisse vnquam, nec quidquam a Iudaeis pertulisse. Eam probarunt Simonis discipuli Menander, Saturnianus, atque Basilides, quorum postremus ad Magistri ineptias non nihil addens, Christum phantasma esse docuit ac reuera nevtquam passum, sed pro illo Simonem Cyrenaeum, quem in suam commutauerat figuram, quum ei crux fuit a Iudaeis imposta.

Accessit sub idem tempus Valentinus, homo fanaticus, existimans vnum ex Alonibus Christum procreasse, huncque a coelo corpus detulisse, ac per Mariam Virginem, velut aquam per canalem transisse; nec ex eius vtero quidquam sumsisse, vt Epiphanius refert. (4) Valentini amentiam vt in ceteris, sic in pessime interpretanda Ver-

(10) In cap. xxvi. Matth.

(11) Lib. ii. de Fide cap. 3.

(1) De Haer. cap. 29.

(2) Lib. i. cap. 20.

(3) De Haer. cap. 4.

(4) Haer. xxxi.

Verbi Incarnatione, imitati sunt Secundus, quem eadem cum Valentinio tenuisse Epiphanius scribit: (5) tum Cassianus, Theodorus, Heraclion, Prolomaeus, Marcus, a Theodoro relati. (6) Exinde Cerdo, qui ex eodem Epiphanius. (7) Christum neque ex Virgine natum, neque veram carnem habuisse, nec vere mortuum et passum docebatur. Post hunc recensendus Marcion ipsius discipulus atque sectator, de quo multa Tertullianus. (8)

Omnium tamen pessimus censetur Manes seu Manichaeus. Turpissime commentus ille est, quod ad praesens attinet institutum, Christum non fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse: vt non mortem solum, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur; inquit Augustinus (9) sed et existimasse illum scribit Athanasius, (10) » carnem humanae similem attulisse de coelo » Christum. Subscripterunt Manetis dogmati Apelleiani, sic ab Apelle dicti; hoc solum diuersi a Manichaeis, quod carnem ex quatuor elementis confectam Christo attribuunt; vt adnotat Tertullianus. (11) Cui etiam errori affinis videtur quorundam opinio, qui Dei Filium antequam ex Virgine carnem sumeret, carnem aliter productam assumissee adserunt. Tandemque adscribendos Priscillianistas iudicant Leo Papa, (12) et Bracarensis Synodus i. (13) Cerdonis, Marcionis, Manichaeorumque impia dogmata sequentes. » Sed risu digniores sunt rustici hi haeretici, quam confutatione: reuera putauerim nunquam hos literatos fuisse Viros, nec Theologos, qui huiusmodi nugas sibi persuaserint, » vt verbis loquamur Antonii Genuensis. (14)

Subtilior sane fuit Atili et Apollinaris error, praecipuum Deo homini facto naturae partem implissime subtrahens. Nam Atrium primum fuisse, qui adseruerit Christum solam carnem sine anima suscepisse, Augustinus testis est. (15) Ceterum, qui minus praecipuus, minusque notus Atili, Arfanorumque fuit, factus est palmaris ac notissimus Apollinaris, eiusque gregalium error. Nec vno tamen in statu haeresis haec constitit; sed varios illam habuisse Augustinus etiam

D 2

te-

(5) Haer. xxxvii.

(6) Lib. i. de Haer. cap. 8.

(7) Haer. xli.

(8) De carne Christi cap. i. & 3.

& cont. Marc. cap. 9. et seqq.

(9) Lib. de Haer. cap. 46.

(10) De salut. Adu. Chr.

(11) Lib. de Praescript. cap. 3.

(12) Epist. 93. modo 155.

(13) Can. iv.

(14) Element. cho. Theolog. lib.

vi. cap. 7. ses. 2.

(15) Lib. i. de Haer.

restatur. (16) Principio itaque naturam hominis in Christo semiplenam putauit, hoc est, anima carentem, cuius vicem supplebat Verbum ipsum caro factum. Posthac, non totam funditus animam Christo de-fuisse dixit, sed partem illius duntaxat, nempe mentem; cuius ins-tar Verbum fuit illa sola rationalis animae relicta parte, qua viuimus, et sentimus.

Postremo in id vecors Apollinaris factio venit, vt carnem Christi nostrae dissimilem, nec de B. Virgine sumtam adsereret; atque partem ipsius Dei substantiae in carnem esse conuersam e coeloque delapsam diceret. Inde sub inferens diuinam ipsam naturam passibilem esse, ac reuera cruciatus et mortem esse perpassam. Adducunt no-uum hoc erroris potentum Epiphanius, (17) et Theodoretus (18) prae aliis.

Pure itaque meritoque Apollinaristarum haeresis non semel Sa-crarum Synodorum auctoritate damnata est. Primum quidem sine Auctoris nomine in Concilio Alexandrino, quod anno 362. celebra-tum est ab Athanasio, aliisque catholicis Episcopis. Deinde in Sy-nodo Romana anno 373. habita sub Damaso Papa, lata in Apollina-rem, eiusque discipulum Timotheum depositionis sententia. Insu-per et in Antiochena illa Synodo, quae incidit in annum Christi 378. Postremo damnata illa fuit in Synodo i. anno 382. celebrata, vt ex eiusdem Epistola Synodica constat, quam ad nos vsque Theo-doretus transmissit. (19)

In suspicionem autem vtriusque capitalis haeresis maxime illius, quae veram Christi carnem verumque corpus nostro consubstantia-le e medio tollere nititur, sunt qui Sanctum Hilariu[m] Pictauiensem ducant. Dubiam siquidem illius mentem fuisse in priori dogmate. E-rasmus inter alios dixit. Carnem quoque, qualemcumque ille in Chri-sto posuerit, non ex Virgine vtero procreatam credidisse. Errasse in-super illum indolentiam quandam in Christo probantem, omnem prorsus ab eo passionem, libere etiam susceptam, remouendo Clati-dianus cum aliis scripserunt. (20) Verum de his diximus multa. Ar-gumenta modo in medium adducamus, quibus et errores suos ho-mines haeretici munire pergunt, et suam criminationem Scriptores alii extollunt, in tres classes tributa.

Ar-

(16) In lib. de Haer. cap. 55.

(17) Haer. LXXVII.

(18) Dial. III.

(19) Lib. v. cap. 9.

(20) Apud PP. Benedictinos in Praef. ad Hilariu[m].

Arguunt itaque haeretici Phariisastae: Primo ex Scripturis Apostolus ii. ad Corinth. 5. ait: »etsi cognouimus secundum car-nem Christum; sed nunc iam non nouimus.« Item ad Roman. viii: »missit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati.« Et ad Philipp. ii: »in similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt »homo.«

Secundo arguunt: Scripturae ipsae non aliu[m] Christo tribuere cor-pus videtur, quam coeleste et aeternum, dicente Apostolo in i. ad Corinth. 15: »primus homo de terra terrenus; secundus homo de »coelo coelestis.«

Insuper Christus ipse negat se a Maria Virgine generatum: ne-que enim Matrem eam sed mulierem nominat, Ioan. ii. Matth. xii. et Lucae ii. Quinimo non ex ea, sed »in ea natum,« dicit Angelus Iosephum adloquens Matth. 1: »corpus ergo, si quod sumsit, non »ex ea procreatum accepit.«

Et quidem, quum Paullus in i. ad Corinth. carnem et sanguinem improbet, atque a coelorum regno excludat, verbis illis: »caro et »sanguis regnum Dei non possidebunt;« corpus, si quod Christo tri-buendum est, coeleste tribuendum erit, quod omnium est nobilissimum.

Postremo: hoc solum pacto natus Christus ex Deo et Spiritu Sancto erit; alias natus dici poterit, quemadmodum homines ceteris »ex sanguinibus, ex voluntate carnis, et ex voluntate viri,« quod Ioannis Euangelio contrariatur.

Tertio arguunt ex ratione: nam quod adparuerit interdum Chri-stus vt homo, haud euincit veram illum carnem habuisse: Angeli siquidem nullum verum corpus proprium saltem habentes; immo et ipse Dei Filius non semel in lege veteri adaptuere: quin si effecta corporibus similia per aëris circumstantis motionem spiritus possit praestare, vt nonnullis placet? Erat igitur forsam caro Christo adhae-rens, non propria, sed alterius. Et certe Basilidi, ac Mahumeto pla-cuit dicere non Christi corpus crucifixum fuisse, sed Simonem Cy-renaeum, aut Iudam Apostatam; Manichaeis vero fuisse crucifixum Diabolum.

Practerea: indignum Deo videtur humanam induere carnem, at-que filiorum Adae conditioni sese subicere; absurdum putare Dei Fillum vnigenitum Angelis inferiorem, deterioremque. Indignum vna et absurdum in Deo mutationem aliquam excogitare: quae tamen in carnis assumptione necesse est vt contingat.

Ac-

Aecedunt experimenta, quibus iamdudum Philosophis comper-
tum est corpus quodlibet natura sua extensum, solidum, et impe-
netrabile esse: quum ergo, quod in Christo corpus ponitur, in lu-
cem fuerit editum non fracto virginali vtero, ad vitam clauso mo-
numento redierit, ad Apostolos clausis Ianuis introierit, aliaque si-
milia praestiterit, vel fuit illud omnino apparens, vel saltem diuer-
sae a nostro naturae fuit.

Quae vero Ariani et Apollinaristae? Vtrosque imprimis praeci-
puum erroris sui fundamentum in illis verbis Ioan. 1: »Verbum ca-
ro factum est,« locasse, ait Angelicus Doctor; (21) ex quibus sic
argumentantur: nulla ibi mentio fit animae vel mentis humanae, sed
solum carnis: quam praeterea assumsisse Verbum, vt quum homini-
bus habitaret atque conuersaretur, innuit proximis verbis Ioannes, et
»habitauit in nobis:« sed ad hoc exequendum necessaria non videntur
animae humanae mentisque assumptio: nec aliunde necessaria
videretur pro morte subeunda, quae in corpus tantum vim habet; ne-
que vt descenderet ad inferos, quo diuinitas, vel persona descendit;
nec tandem vt miracula pararet, quae opera Omnipotentiae sunt:
non ergo animam mentemque humanam assumpsit, sed Verbum fuit,
quod animae munera ac facultates suppleuit.

Deinde arguunt Apollinaristae: possibile non erat perfectum ho-
minem Christum fieri: vbi enim perfectus homo est, ibi et pecca-
tum: at in Christo nullum peccatum fuit; alioquin et ea, quae in
nobis est pugna peccati ponenda foret; opusque ei fuisset illa apud
nos fieri solita purgatione: ergo. Rursus obiciunt vt mentem non as-
sumsisse probent: vbi rei praesentia est superuacua, eius imago cen-
setur: sed homo secundum mentem est ad imaginem Dei: quum ergo
in Christo Diuini Verbi praesentia fuerit, superuacua omnino mens
humana in eo fuisset. Similiter: Dei Verbum, vt apud Ioannem legi-
mus cap. 1. est: »lux illuminans omnem hominem venientem in
»hunc mundum:« superfluit itaque in Christo lux minor, cuiusmodi
mens est. Tandem: haud debuit Verbum mentem assumere, quae
nec caro nec actus carnis est; quum assumptio huiusmodi Incarna-
tio sit. Et haec pro secundo argumentorum ordine.

Tertium tenent Hilarii criminatores, quorum argutias sic propo-
nimus. Prima: Romanae carnis in Christo ille denegare censendus est,
qui ait Mariam Virginem non dedisse corpori Saluatoris originem;
Christi

(21) 1v. contra Gent. cap. 33.

Christi corpus ex elementis non constare; formatum illud carnali ge-
neratione non fuisse; omnia haec Hilarius scripsit. Nam de Trinitate
loquens: (22) »non enim ex se, inquit, corpori Mariae originem
»dedit.« Et (23) postea: »certe non suscepit quod edidit, sed ca-
»ro carnem sine elementorum nostrorum pudore prouexit.« Chri-
stum etiam vocauerat »habentem corpus spiritualis conceptionis.«
(24) Hilarius ergo veram in Christo carnem non admittit.

Secunda: Saltem ab errore defendi nequit Hilarius in his, quae
aduersus humanas Christi passiones docuit. Memorato enim in libro
de Trinitate (25) docuit primo quod »passus quidem est Dominus
»Iesus dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum mo-
»ritur: sed in corpus Domini irruens passio, nec non fuit passio, nec
»tamen naturam passionis exseruit, dum et poenali ministerio de-
»seuilit, et virtus corporis sine sensu poenae in se descuientis exce-
»pit.« Docuit ibidem naturam dolendi Christi corpus non habuisse:
omnemque doloris sensum eidem denegar; quemadmodum et tristi-
tiam vnquam in Christo fuisse atque denegauerat. (26) Consulantur
ipsius sententiae: Non ergo certa, sed vel maxime dubia, immo
et errori obnoxia Hilarii mens est.

Sed his argumentis hoc ordine locatis ordinate occurrere progre-
diamur. Primum itaque testimonium ex II. ad Corinth. a Phantasias-
tis sumtum, triplicem in S. Thoma habet expositionem: (27) quum
potissima haec nobis videretur: sensum scilicet Paulli verborum
hunc esse, aliquando nos Christum cognouimus secundum cogniti-
onem et affectum carnis; quum nimirum nobiscum esset corpora-
liter: sed nunc iam non nouimus eum cognitione, et effectu carnis,
sed spiritu per fidem; qui certe sensus haud contrariatur veritati
carnis Christi, sed potius eam firmat.

Secundi loci intelligentia ex ipsis verbis habetur: non enim so-
lum ait Paullus ad Romanos scribens, »in similitudinem carnis,« sed
addit peccati; quia Christus veram quidem carnem habuit, sed non
carnem peccati, sed similem carni peccati, scilicet passibilem, qua-
lis est facta caro hominis ex peccato. Vel vt Augustinus loquitur: (28)
»habuit carnem non peccaticam, sed tamen similitudinem geren-
»tem peccati.«

II-

(22) Lib. x. num. 16.

(26) Num. 10.

(23) Lib. x. num. 19.

(27) Lect. 1v. in Apost. locum.

(24) Lib. x. num. 35.

(28) Lib. contra Adim. cap. xxx.

(25) Num. 23.

Illud etiam Apostoli, »in similitudinem hominum factus,« cer-
absque verae et propriae humanitatis iniuria dicitur. Vsitata quippe
Scripturae phrasid est, vt id etiam simile aliquis nuncupetur, quod
naturam ac substantiam eiusdem cum illo rationis obinet. Sic dicitur
de Eua Gen. ii: »faciamus ei adiutorium simile sibi,« quum ta-
men Eua eiusdem cum Adamo naturae fuerit. Sic et cap. v. dicitur
Seth: »ad imaginem et similitudinem Adami factus; qui tamen non
»secus ac Adam homo erat verus. Porro subiungitur »et habitu in-
»uentus vt homo,« ad Scripturae phrasim alludendo, qua Christi
humanitas *indumentum*, et veluti Diuinitatis vestis quadam analogia
nuncupatur; quatenus sine Diuinitatis mutatione assumta illa fuit
sicut sine substantiae hominis mutatione eum vestis induit.

Sunt praeterea, qui habitum ac similitudinem pro ipsa naturae
humanae substantia accipiant cum Ambrosio: (29) qui factum Dei
Filium in similitudinem hominum ratione conceptionis scribant; quo-
niam probatur quidem filius Ioseph, sed per Spiritum Sanctum abs-
que virili semine generatus est: qui tandem ad vitae consuetudi-
nem et vulgarem de Christo existimationem, non ad carnis sub-
stantiam Pauli locum referant.

Quod secundo loco obieciunt diuini quoque soluendum est.
Ac primum quidem dicendo Apostolum ibi loquutum fuisse de
Resurrectione, in qua coelestis homo erit; quia licet corpus ipsum
futurum sit, dono tamen coelesti tale erit, vt coelo incolendo non
amissa natura, sed mutata qualitate conueniat: non ergo inde euin-
ctur Christi corpus coeleste fuisse, quoniam de illo post Resurrectio-
nem loquutus est. Tradit responsonem istam Augustinus. (30) Quod
si placet Apostoli verba de Christo ante Resurrectionem accipere, pla-
num cuique est quid sibi vellent illa: nempe Christum coelestem ho-
minem dici, aut propter diuinam naturam e coelo delapsam, aut
etiam propter humanam Spiritus Sancti coelesti virtute in Virginis
vtero formatam: neutiquam vero sic appellari, quia ex materia coe-
lesti corpus factum receperit.

Quid, quod Christus ipse Mariam, non Matrem quandoque no-
minauerit? Generalis responso habetur in Augustino his verbis ex-
pressa: (31) »quia exemplo suo docebat negandos esse terrenos pa-
»rentes propter Deum, opera enim diuina facienti terreni affectus

(29) Epist. XLVI. ad Sabinum. et lib. XI. contra Faustum cap. 3.
(30) Lib. XLIII. de Ciuit. Dei cap. 23 (31) De Fide contr. Manich. c. 23.

»obstrepere non debeant.« Sed falsum prorsus est, et euangelicae
narrationi contrarium nunquam Mariam nomine agnitam fuisse.
Scribit enim ipse Ioannes eodem cap. ii: »erat Mater Iesu ibi:
»dicit Mater Iesu ad eum: dicit Mater eius ministris.« Et cap. xix:
»stabat iuxta Crucem Iesu Mater eius: quum vidisset ergo Iesus Ma-
»trem.«

Angelum autem sic fuisse loquutum ad Iosephum, »quod in ea
»natum est,« perperam obieciunt ad probandum Christum ex Vir-
gine non esse procreatum; quum expressum hoc in Scripturis sit:
ait siquidem Paulus: »missit Deus Filium suum factum ex muliere.«
De cetero frivolum vel maxime est, quod ex Epist. i. Pauli ad Cor-
inth. erga carnis et sanguinis improbationem allegant: non enim pro
substantia ipsa caro et sanguis ibi accipiuntur, sed pro eorumdem
corruptione; quae quidem in Christo non fuit quantum ad culpam,
fuit tamen ad tempus quantum ad poenam, vt opus nostrae redemptio-
nis expleret, vt loquitur S. Thomas. (32) Carnem vero terrenam
assumens Dei Filius quam maxime sui ipsius gloriam commendauit:
ipse, »qui nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham:« id
est, non Angelorum naturam sed terrenum corpus.

Demum vere Christus ex Deo natus dicitur, tametsi terrenum
corpus assumeret; quia absque virili semine per Spiritum Sanctum
generatus est: nec oppositum ex allatis Ioannis Euangelistae verbis
arguitur. Negans enim ille ex carnis voluntate natum Christum, »ne
non negauit etiam ex substantia carnis? Intelligimus ergo ex concu-
bitu natalitatem Domini negatam, quod sapit voluntas viri et car-
nis; non ex vuluae participatione. Neque enim in vuluam Dei spi-
ritum descendere opus fuisset, si non de vulua carne participaturus
descendisset. Potuit enim extra eam fieri spiritalis caro, sim-
plicitus multo quam intra eam.

Ad tertium argumentum soluendum sic primam illius difficulta-
tem diluimus ex Augustino. (33) Tametsi potuisset Dei Filius ho-
minibus apparere quum eisdemque conuersari, quamuis veram car-
nem non assumsisset; non tamen voluit. Sed voluisse in terreno cor-
pore apparere certum ex eo perspicue est, quod ita fecerit: fecisse
vero non dubitamus Euangelio credentes. Angeli autem apparuer-
unt aërea et subtilia tantum corpora gestantes; vt ex eo colligitur,
quod cibo inuisibili vsi sunt, vt dicitur Tobiae xii.

Tom. III. E Ad

(32) 1111. contra Gentes c. 20. (33) Lib. XXIX. contra Faust. cap. 4.

Ad secundam dicimus: Etiam stante ea Philosophorum sententia, stare discrimen, quod opus est intercedat imaginariam visionem inter et veram; in eo scilicet situm, quod in illa corpus phantasticum ab illis unice videatur, in quibus radiorum flexionem imaginaria visio excitatur. Christus itaque, quem omnes conspexerunt ac tetigerunt, quem eadem membrorum extensione praeditum eademque corporis soliditate viderunt, in vero apparuisse corpore quis dubitet? Frustra autem finguntur crucifixi alii loco Christi: nam antequam Cyrenaeus tolleret eius crucem, iam illam Christus per urbem derulerat, postquam flagellatus ac spinis fuerat coronatus. Iudam vero non affixum cruci fuisse, sed se laqueo suspendisse Matth. xxvii. narratur. Diabolus tandem crucis signo fugatur perterritus, quoniam in cruce eum Christus vicit.

Tertiae difficultati haec reponimus: Haud fuisse indignum Deo induere humanam carnem, quam suis manibus plasmauerat absque ulla peccati labe. Non enim inquinari potuit toto licet homine assumpto, incommutabilis veritas. Sed neque absurdum in eo deprehenditur, quod Dei Filius paullo minus ab Angelis minoratus sit, ut dicitur Psal. viii: quia per hanc minoracionem ex carnis assumptione ortam exaltata mirifice humana natura fuit, non depressa diuina: proindeque nulla hinc Dei Filio contumelia. Praesertim, quum non necessitate cogente, sed voluntate amore atque humilitate impellentibus id factum fuerit. Neque tandem mutationem in Deo admittimus, quod sane absurdum indignumque Deo foret: scimus nempe ea tantum mutari, quae dum vniuntur, vel perfectionem aliquam, quam non habebant, recipiunt, vel non permanendo pereunt: quorum neutrum in Christo euenit.

Vltima ratiocinatio facilem in omni Philosophorum sententia habet solutionem. Tolli siquidem a Deo possunt, vel impediti, cum grauis tum soliditas et impenetrabilitas, immo et ipsa corporum localis extensio. Potest quoque Deus Omnipotentia sua corporum dimensionem extendere aut constringere. Sed de his Philosophi abunde.

Ad secundae classis argumenta venientes primum ex dictis solutum iam pridem est. Nam ostendimus multis adductis locis, in Scripturis animam spiritum totamque humanam naturam commemorari. Quod ergo Ioannes dicit, non sic intelligitur, haud quasi Verbum sit conuersum in carnem, haud solem carnem assumsit, haud animam sine mente; sed consueto Scripturae more pars pro toto, caro pro

pro toto homine ponitur: adeo ut dicitur sic: « Verbum caro factum est: » ac si diceretur: « Verbum homo factum est. » Ponitur enim similiter caro pro toto homine Gen. vi. Isaiæ xl. Lucae iii. aliisque in locis. Quin et anima quoque sic ponitur Exodi i. ubi dicitur: « Omnes animae eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, » cet. alias etiam causas, ob quas Ioannes carnem commemorauerit, addunt Tertullianus, (34) et Augustinus. (35) Venit autem Filius Dei in mundum ut habitaret in nobis; non ob hoc solum; sed insuper vt hominum genus redimeret, animam suam ponens, atque tentaretur per omnia in similitudine absque peccato: ad quae explenda animam rationalem adsumere opus habuit; immo et ad mortem ipsam perferendam: nam non nisi anima recedente, mortem corpus experiri; ac tandem et ipsius animae ratione ad inferos diuina persona descendit, resurrexitque, ut ratio cinabatur Athanasius. (36)

Secundum, quod Apollinaristae aiebant insulsum nimis est atque ex stulta positione fuit: quod enim rationalis anima peccato ac peccati pugnae subiaceat, non ex naturae necessitate, sed ex primi Parentis transgressione est; a quo labe haec illiusque funesta conseruata in animam per originem deriuantur. Potuit ergo Verbum Diuinum perfectus homo fieri, quin peccatum, quod extra naturam hominis est assumeret, ut ipsi naturae quae peccato erat saucia mederetur.

Illud tandem quod ex tribus conficiunt, ex praesentia scilicet rei; ex ratione verae lucis, cuiusmodi Verbum est, et ex eo quod sit totius vitae fons soluit optime S. Thomas: (37) cuius doctrinae compendium damus. « Vbi est, inquit, ipsa res per sui praesentiam, non requiritur eius imago, ad hoc quod suppleat locum rei... » sed tamen requiritur cum praesentia rei imago ipsius, ut perficiatur ex ipsa rei praesentia... Vnde ad perficiendam mentem humanam necessarium fuit, quod eam Verbum sibi vniuerit. « Lux maior euacuat lucem minorem alterius corporis illuminantis: non tamen euacuat sed perficit lumen corporis illuminati... Intellectus autem, seu mens hominis, est quasi lux illuminata a luce Diuini Verbi: et ideo per praesentiam Verbi non euacuat mens hominis sed magis perficitur. Licet potentia intellectus non sit alius cuius corporis actus; ipsa tamen essentia animae humanae, quae

E 2 est

(34) Aduers. Praxeam.
(35) Epist. cxx.

(36) Lib. i. adu. Apollinar.
(37) Ill. P. q. 5. art. 4. ad 1. 2. et 3.

est forma corporis, requiritur, quod sit nobilior, ad hoc quod habeat potentiam intelligendi, et ideo necesse est, ut corporis melius dispositum ei respondeat.

Sed sinamus Philosophos disputare, an praestare Deus in nobis absque anima possit vitae cuiusque officia, nosque absque mente intelligentes efficere: illud nobis certum, nec esse, nec intelligi posse hominem, qui non sit anima et mente praeditus: quumque apertissime ex Scripturis noui praesertim Testamenti constet, Christum verum fuisse hominem, de rectorie conficiens veram ei fuisse animam eamque humanam, sine qua verus homo nec esse, nec fingi potest.

Quae vero aduersus Hilarii orthodoxiam ipsius criminatores obiecebant, paucis modo soluenda veniunt. Primum quidem ambiguitatem verborum tollendo, distinctione haec addita: Scripsit Hilarius Mariam Virginem non dedisse corpori Saluatoris originem, id est, Christi corpus diuini fuisse operis, nec principium habuisse naturali virtute, esto: Non fuisse ex Virgine Spiritus Sancti virtute procreatum, nego. Scripsit Hilarius Christi corpus ex clementis non constare: hoc est, genitum illud fuisse absque elementorum pudore, mixturae seminis contagio, concedo: non fuisse ex corporalibus membris et carnis nostrae naturae compactum, nego. Scripsit formatum illud carnali generatione non fuisse, sed spirituali ratione virtutis qua conceptum fuit, concedo: ratione materiae ex qua in Virginis utero generatum est, nego. Et hoc pariter sensu negauit Hilarius in Christo originem hominis solamque hominis similitudinem posuisse: scilicet negauit originem uitae humanae conceptionis permixtam; non originem a virgine humanae conceptionis alienam.

Secundum pariter quam facile soluitur distinctio adhibita: docuit Hilarius passionem intruisse in corpus Domini, et. *Virtutis nomine ipsam diuinitatem intelligendo, concedo; corpus etiam designando, nego.* Bassum itaque Dominum fuisse, et in corpus eius intruisse passionem Hilarius dicit: sed hanc *virtutem*, id est, diuinitatis naturam absque dolore excipisse. Hanc esse verborum intelligentiam non aliunde potius quam ex aliis ipsius dictis planum fieri potest. Sic in cap. ix. Matth. n. 7. scribit: *fragilitatem corporis virtus assumpsit.*

Hinc ad secundam testimonium eruitur responsio. Docuit Hilarius naturam dolendi Christi corpus non habuisse, quatenus Diuinitas

tas, seu Verbum Diuinum passionem voluntarie suscepit. Naturam enim ibi pro sola diuinitate sumpsit, ut et in lib. x. de Trinit. n. 66. dicens: *quum infirmitas esset ex forma serui, et natura maneret ex forma Dei.*

Neque alia excogitanda est responsio pro tertio: nam quum illi concertatio esset cum haereticis, qui Christi diuinitatem inferioris a Deo Patre naturae dicebant, proindeque eam metu passionis trepidasse: consulto denegauit in Christo omnem doloris sensum in diuinitatem irruentem ac ipsum in vitam torquentem. At non denegauit sensum doloris corpus efficientem. Quo ipso sensu tristitiam a Christo remouit, ut vel ex ipso verborum contextu quis facile percipiat.

CAPVT VII.

Humanæ naturæ cum Diuinitate vnionem in persona factam fuisse, firmissime tuetur. Beatam Mariam Virginem Deiparam vocandam euincit.

Vna eademque Dei et hominis persona post naturarum coniunctionem in Christo fuit.

Proinde B. Virgo rectissime *Θεοτόκος*, id est, Deipara dicitur.

Primum dogma testatum saepissime in Scripturis legimus. Illud in primis subit animo tritum sed insigne testimonium Ioann. cap. i. *Verbum caro factum est, et habitauit in nobis.* Quum enim Verbum carnem fieri non sit in carnem mutari, vel quod proprium et naturale sibi est, amittere; sed alteram sibi quam arctissimo nexu copulare naturam, ut optime Leo Papa disserit: (1) consequens est vnum in duabus esse naturis et subsistere Christum; hoc est, vnam ex duabus naturis Personam consistere. Deinde, Apostolus ad Philip. n. 7. sic de Christo loquitur: *semetipsum exinanivit formam serui accipiens.* Quibus significat vnam personam Deum esse simul et hominem: quum et qui se exinanituit, Deum oporteat esse, qui in forma seu natura diuina prius fuerit; et idem non alia ratione

(1) Serm. 111. de Nativ.

semetipsum exinaniuit, quam se hominem vilem faciendo.

Postremo, Christum tanquam vnum eundemque adnumerat, adiungi tque Patri Paullus in 1. ad Corinth. 8. 6. scribens: » vnus Deus » Pater, ex quo omnia, et nos in illum; et vnus Dominus Iesus Christi- » stus, per quem omnia. « Et in 1. ad Thessal. 3. 11: » ipse autem » Deus, et Pater noster, et Dominus noster Iesus Christus. « Persona igitur Domini nostri Iesu Christi vna tantum est.

Accedit Patrum traditio, quorum suffragia si adducere hic vellemus, eorum catalogum conficere necessum foret. Nonnullos audiamus. Athanasius haec habet: (2) » sicut homo persona est vna, » et animal vnum e spiritu et carne conerctum: ita Christum in- » telligi debere vnum esse, et non personas duas. « Chrysostomus: (3) » vrsi enim, inquit, duplex in Christo natura; verumtamen in- » diuisibilis vno in vna filiationis persona. « Augustinus: (4) » vt » quemadmodum est vna persona quilibet homo, anima scilicet ra- » tionalis et caro; ita sit Christus vna persona, Verbum et homo. «

Ecclesiae Catholicae auctoritas, quae Scripturis ac Traditioni in- » nixa, eam professa est, atque profitendam fidelibus proposuit, con- » trarium errorem anathematizans. Sic in Synodo generali Ephesina Can. 2. et 4: in Chalcedonensi Act. 5: in definitione post recitatum Constantinopolitanum Symbolum: in Constantinopolitana II. Can. 4: in Lateranensi IV. cap. 1. de Fide Catholica: in Constantinopolitana III. Act. 4: ac tandem in Concilio Hispalensi II. cap. 13.

Postremo, theologicis rationibus ipsa veritas fulcitur. Harum prima est: Si duae personae in vno iunctae sunt Christo, vnus esse non potest proprie absoluteque Christus: neque vel nomen idem vtrique conuenire, nisi equiuoce: vel vna aliqua definitione comprehendi. Atqui Christus esse duos vel filios, inaudita detestandaque christianis auribus vox est; quae inde tamen necessario sequeretur: non ergo duae, sed vna tantum in Christo persona est.

Secunda ratio: Si Christo naturae duae, ita personae duae sunt nulla facta est hominis Deiue coniunctio; nisi forte qualis est quam duo corpora sibi met apponuntur, vt tantum locis iuncta sint, et nihil in alterum ex alterius qualitate perueniat; sed si ita diuinitas humanitati coniuncta est, nihil vnum ex vtriusque confectum est. Vnum intellige per se atque proprie: nam vnum ex accidenti esse

(2) In lib. de Incarnat.
(3) In Epist. ad Caesarium.

(4) In Enchir. cap. 36.

potest; velut acervus vnus ex lapidibus pluribus: Atqui Christus vnus est, et in eo tum hic homo Deus, tum hic Deus homo nominatur secundum subsistentem naturam: in vna igitur Persona copulantur in Christo naturae duae. Sumtae sunt hae rationes ex Boetio. (5)

Plurimae aliae possent ex Patribus confici, quibus personae vnae via et ratione a Theologo colligeretur. Sed legendi potissimum pro hoc argumenti genere sunt Anselmus, (6) et S. Thomas. (7)

Iam vero dogma aliud loco secundo stabilitum, quod primo vel maxime affine est, ex Scripturis Traditione atque Theologiae rationibus quoque euincitur. Ex Scripturis quidem; scribit enim Paullus ad Rom. 1. 3. de Filio Dei: » qui factus est ei ex semine David se- » cundum carnem. « Et ad Galat. IV. 4: » misit Deus Filium suum » factum ex muliere, factum sub lege: » ergo Maria Virgo concepit, genuit, enixa est Filium Dei vniuentum; atque his nominibus rectissima Dei Genitrix illa appellatur.

Ad traditionem vero quod adinet, Iustinus Martyr primus ex Veteribus in occursum venit dicens: (8) » Verbum ipsum forma- » tum esse, et hominem factum ex Virgine. « Sequuntur Ignatius Martyr, (9) Irenaeus, (10) Hippolytus, (11) Athanasius, (12) alii quos inter iure Cytillus Alexandrinus praecipue memorandus est, qui strenuissime pro Deiparae honore pugnavit, eamque Dei Genitricem dicendam esse contendit pluribus in locis; maxime in libro de recta fide.

Neque aliud Symbola omnia christianae fidei praesertim illa praedicant, quae ab Nicaena Synodo ac deinceps condita, et ab Ecclesia in auctoritatem assumpta sunt. Principio enim Nicaeni Symboli verba, quae Cyrillus expendit, (13) ostendunt vanissimum illud Nestorii esse, nusquam Concilium illud docuisse genitum ex Virgine Dei Filium. Quippe credere se profiterentur Partes secundum » vnum Deum Patrem Omnipotentem, omniumque factorem; in vnum » Dominum Iesum Christum Filium Dei genitum ex Patre, et voi- » genitum; hoc est, ex illius substantia genitum, non factum, per » quem

(5) Lib. de duab. natur. et vna ad Ephes. persona Chr.
(6) Lib. de Inc. Chr. cap. 5.
(7) iv. cont. Gen. cap. 34.
(8) In Apolog.
(9) In Epist. ad Rom. et in Epist. ad Ephes.
(10) In lib. III. adu. Haer. cap. 31.
(11) Apud Theo.
(12) In Epist. ad Epictetum.
(13) Lib. II. cont. Nest.

quem omnia facta sunt. Pergunt deinde, et istum ipsum Dei Filium ac Deum propter nos homines descendisse, incarnatum esse, hominemque esse factum adserunt. Sed post Ephesinam Synodum, damnatumque Nestorium, Synodi omnes in quibus de fide aliqui sancitum est, vocabulum Dei Genitricis magno studio frequentarunt: praesertim Synodi Chalcedonensis, et Lateranensis sub Martino Pontifice habitae: necnon et ex particularibus plurimae, maxime Carthaginensis iv. cap. 1.

Addendae hic sunt rationes ex dicris sequutae. Prima, omniumque simplicissima et efficacissima est, quod Beatissima Virgo Deum verum proprieque nominatum genuerit atque pepererit. Quam causam vsu frequentissimo Vereres celebrarunt.

Secunda ratio, quae ut et reliquae deinceps, ex illa priori proficiscitur, talis a Patribus adfertur: Christus, quem Nestorianorum etiam confessione illa genuit, vnus est idemque Dei primum, deinde hominis filius: nec in duos sectus, diuisusque filius: Ex quo certe sequitur, a quocumque ille genitus est, ab eo genitum esse Deum et hominem: hoc est, filium eundem virtusque nominis ac generis proprie dictum.

Tertia ratio apud Cyrillum, aliosque Patres frequentissima est: Caro illa, quam ab Sanctissima Matre genitam Nestorini aliique similes haeretici non negabant, Verbi proprium aliquid fuit, non alienum, non aduentitium seu extrinsecus adhaerens: unde consequitur, quum genita et concepta nataque est caro illa (quo quidem nomine tota ipsa hominis natura intelligitur) diuinum aliquid, et Dei proprium ac substantiuum genitum esse ac partu editum: adeo quae Deum ipsum, cuius iccirco Mater tam vere ac proprie Dei Genitrix vocari meretur, quam est proprium Dei, immo proprie Deus, illud quod est ex ea genitum.

CAPVT VIII.

Haeresis Nestoriana historiae offert. In qua potissimum sita fuerit, declarat. Ephesinum Concilium, in quo Nestorius cum sua haeresi damnatus est, memorat. Nestoriana sophismata dissoluit.

Impii ac nefandi erroris personae vnitatem in Christo oppugnantis,

architectus habetur Nestorius e Germanica Syriae oppidulo oriundus. Antiochiae liberalibus disciplinis mediocriter eruditus, monasticam vitam initio professus est in monasterio ad urbem eandem duorum stadiorum intervallo situm, ut indicant Eugorius, (1) et ex eo Nicephorus. (2) Ab hoc instituto ad clerum translatus, et Presbyter factus est; eique quod sermone promptus ac disertus esset, docendi populi munus iniunctum. In quo per magnam aetatis partem perseuerans, atque in id dicendi genus conciones suas accommodans, ut plausum fauoremque populi captaret auditorum utilitate neglecta, ad Sedem Constantinopolitanam euehil adsequutus, Chr. anno 428. Episcopus est ordinatus.

Vix autem sedem in C. P. Trono sixerat Nestorius, quum gratia tentandi eqquid noua, quam conceperat animo, probari in vulgus haeresis posset, partes illius palam proponendae cuidam ex assiculis mandauit, homini impuro, et ad quidvis audendum prono: quem Anastasium quemdam Presbyterum fuisse adfirmat Socrates; (3) eiusdemque conuellerat hanc vocem inter sacra sermonem ad populum de more facientis coram Nestorio ipso, testatur: «Deiparam Mariam nullus nominet. Nam Maria homo erat; impossibile est autem ut homo Deum pariat.» Sed et a Dorotheo Episcopo contra Deiparam fuisse antea declamatum Cyrillus in Epistolis refert. (4)

Ceterum illa vox simul atque audita est magnos in populo excitauit clamores: Nestorius vero adeo temeritate impietatemque illam non repressit, ut eidem suffragaretur; ipse tandem eadem frequenter praedicauit, impia quaedam et execranda contra Christi diuinitatem garriens, populo Constantinopolitano vniuerso, praeter paucos leues ac vanos homines ab ipsius communionem abstinens; necnon Monasteriis omnibus, et corum Archimandritis, ut Cyrillus testatur (5).

Posthac Nestorii homiliae passim dispersae, in Aegyptum perlatas sunt, ac pleros simplices in errorem, aut certe dubitationem impulerunt. Cui malo ut mederetur Cyrillus Alexandriae Praesul, Epistolam ad Aegyptios Monachos scripsit, illos contra pestilentem haeresim praemuniens. Ex huius quidem Cyrilli Epistolae nonnulla Constantinopolim exemplaria peruenerant, quorum lectione compla-

Tom. IIII.

F

tes

(1) Lib. i. cap. 7.

(4) Epist. vi.

(2) Lib. xiiii. cap. 36.

(5) Epist. ix. ad Papam Coelestinum.

(3) Lib. viii. cap. 32.

quem omnia facta sunt. Pergunt deinde, et istum ipsum Dei Filium ac Deum propter nos homines descendisse, incarnatum esse, hominemque esse factum adserunt. Sed post Ephesinam Synodum, damnatumque Nestorium, Synodi omnes in quibus de fide aliqui sancitum est, vocabulum Dei Genitricis magno studio frequentarunt: praesertim Synodi Chalcedonensis, et Lateranensis sub Martino Pontifice habitae: necnon et ex particularibus plurimae, maxime Carthaginensis iv. cap. 1.

Addendae hic sunt rationes ex dicris sequutae. Prima, omniumque simplicissima et efficacissima est, quod Beatissima Virgo Deum verum proprieque nominatum genuerit atque pepererit. Quam causam vsu frequentissimo Vereres celebrarunt.

Secunda ratio, quae vt et reliquae deinceps, ex illa priori proficiscitur, talis a Patribus adfertur: Christus, quem Nestorianorum etiam confessione illa genit, vnus est idemque Dei primum, deinde hominis filius: nec in duos sectus, diuisusque filius: Ex quo certe sequitur, a quocumque ille genitus est, ab eo genitum esse Deum et hominem: hoc est, filium eundem virtusque nominis ac generis proprie dictum.

Tertia ratio apud Cyrillum, aliosque Patres frequentissima est: Caro illa, quam ab Sanctissima Matre genitam Nestorinus aliique similes haeretici non negabant, Verbi proprium aliquid fuit, non alienum, non aduentitium seu extrinsecus adhaerens: vnde consequitur, quum genita et concepta nataque est caro illa (quo quidem nomine tota ipsa hominis natura intelligitur) diuinum aliquid, et Dei proprium ac substantiuum genitum esse ac partu editum: adeo quae Deum ipsum, cuius iccirco Mater tam vere ac proprie Dei Genitrix vocari meretur, quam est proprium Dei, immo proprie Deus, illud quod est ex ea genitum.

CAPVT VIII.

Haeresis Nestoriana historiae offert. In qua potissimum sita fuerit, declarat. Ephesinum Concilium, in quo Nestorius cum sua haeresi damnatus est, memorat. Nestoriana sophismata dissoluit.

Impii ac nefandi erroris personae vnitatem in Christo oppugnantis,

architectus habetur Nestorius e Germanica Syriae oppidulo oriundus. Antiochiae liberalibus disciplinis mediocriter eruditus, monasticam vitam initio professus est in monasterio ad urbem eandem duorum stadiorum intervallo situm, vt indicant Eugorius, (1) et ex eo Nicephorus. (2) Ab hoc instituto ad clerum translatus, et Presbyter factus est; eique quod sermone promptus ac disertus esset, docendi populi munus iniunctum. In quo per magnam aetatis partem perseuerans, atque in id dicendi genus conciones suas accommodans, vt plausum fauoremque populi captaret auditorum vtilitate neglecta, ad Sedem Constantinopolitanam euehil adsequutus, Chr. anno 428. Episcopus est ordinatus.

Vix autem sedem in C. P. Trono sixerat Nestorius, quum gratia tentandi eqquid noua, quam conceperat animo, probari in vulgus haeresis posset, partes illius palam proponendae cuidam ex assiculis mandauit, homini impuro, et ad quidvis audendum prono: quem Anastasium quemdam Presbyterum fuisse adfirmat Socrates; (3) eiusdemque conuolentem hanc vocem inter sacra sermonem ad populum de more facientis coram Nestorio ipso, testatur: «Deiparam Mariam nullus nominet. Nam Maria homo erat; impossibile est autem vt homo Deum pariat.» Sed et a Dorotheo Episcopo contra Deiparam fuisse antea declamatum Cyrillus in Epistolis refert. (4)

Ceterum illa vox simul atque audita est magnos in populo excitauit clamores: Nestorius vero adeo temeritate impietatemque illam non repressit, vt eidem suffragaretur; ipse tandem eadem frequenter praedicauit, impia quaedam et execranda contra Christi diuinitatem garriens, populo Constantinopolitano vniuerso, praeter paucos leues ac vanos homines ab ipsius communionem abstinens; necnon Monasteriis omnibus, et corum Archimandritis, vt Cyrillus testatur (5).

Posthac Nestorii homiliae passim dispersae, in Aegyptum perlatae sunt, ac pleros simplices in errorem, aut certe dubitationem impulerunt. Cui malo vt mederetur Cyrillus Alexandriae Praesul, Epistolam ad Aegyptios Monachos scripsit, illos contra pestilentem haeresim praemuniens. Ex huius quidem Cyrilli Epistolae nonnulla Constantinopolim exemplaria peruenerant, quorum lectione compla-

Tom. IIII.

F

tes

(1) Lib. i. cap. 7.

(4) Epist. vi.

(2) Lib. xiiii. cap. 36.

(5) Epist. ix. ad Papam Coelestinum.

(3) Lib. viii. cap. 32.

res in Fide Catholica confirmati sunt; Nestorio exscandescente, atque exultarato in Cyrillum animo, machinas eidem paranti, inaudita etiam per se suosque contra eum crimina calumniasque confingente, insuper ad Coelestinum Papam scribente. Quod quum audisset Cyrillus, litteras et ipse ad Romanum Pontificem misit, quas Possidonius Diaconus Coelestinus, qui iam Nestorianas acceperat, tradidit.

Itaque certior Coelestinus a Cyrillo factus de his, quae impie et haereticè a Nestorio dicta scriptaque circumferebantur, deque eisdem in eorumdem defensionem pertinacia, ob quam Cyrillo pluries hortanti rogantique obtemperare noluit, Synodum Romae habuit anno 430; in qua vices suas Cyrillo committens, praecipit ut nisi intra decem dies postquam admonitus fuisset, haeresim Nestorius ciuraret, et catholicam profiteretur fidem, ab Romanae Sedis et omnium Episcoporum communione reiectum illum tenentaret. Quod et ad Nestorium ipsum rescripsit; et Cleram C.P. ac populum, et Ioannem Antiochenum, ac Iuuenalem Hierosolymitanum de eo certiores reddidit. At tantum abfuit ut Nestorius acceptis Coelestini litteris, et Ioannis ipsius hortamentis respiceret, ut obfirmatus in haeresi nullatenus expugnari poterit.

Proinde congregata Alexandriae Synodo ex omni sua Dioecesi Aegyptiaca, tertiam Cyrillus ad Nestorium Epistolam dedit cum duodecim Capitulis seu Anathematismis illius haeresim ferientibus, eidem denuntiatis laram in ipsam a Romano Pontifice ratam fore sententiam, nisi illius subscriberet capitulis, suo errore abiurato. Sed hac lecta Epistola in furorē actus Nestorius est, ac duodecim et ipse capitula seu Anathematismos opposuit totidem Cyrillanis; nec verbis insane contentus, factis etiam insectari Ecclesiam adgressus est; Praefectorum abusus potentia: donec coacta Ephesina Synodo pro haeretico compertus, damnatusque fuit. Quod sane sit gestum nouimus.

Conuocatum igitur congregatumque Concilium Oecumenicum fuit Ephesum, atque die ipso sacro Pentecostes auspiciatum, anni Christi 431 Theodosio imperante, et Cyrillo praeside; septemque actionibus, seu sessionibus absolutum. In harum prima denuo citatus Nestorius, hoc per interuentos missis ab Synodo Episcopis responsum dedit, adfuturum eum, quum omnes aduenissent Episcopi. Scilicet designabat Episcopos Orientales, qui adhuc in itinere moraban-

bantur: atque hoc pacto iudicium detrectare studebat. Quod ut viderunt Patres, rem adgressi sunt: atque de communi sententia damnatus est Nestorius, tum ex auctoritate Canonum, tum ex praescripto et Epistola Coelestini Papae; et Episcopali dignitate ac omni gradu sacerdotali et consortio priuatus, Episcopis supra ducentos suffragantibus.

Tertio post damnatum Nestorium die Ephesum peruenit Ioannes Antiochenus cum aliis Episcopis, reiectique damnationem a Concilio factam, et Cyrilli capitula tamquam haeretica proscripta; in suspicionem propterea a pluribus ductus. Quem tamen excusari iure posse suo loco euincere speramus. Interea, quum Legati Romani Pontificis Ephesum venissent, sibi Synodalia Acta legi postulassent, ut et factum est, ab illis etiam subscripta sunt: scilicet a Philippo Presbytero, ab Arcadio et Projecto Episcopis. Demumque aliis sessionibus habitis, in quibus in Cyrilli et Memnonis defensionem, necnon aduersus Ioannem Antiochenum multa decreta sunt, absoluta Synodus est.

Haec autem erat Nestorianae haeresis summa ut ex eiusdem schiedis in Concilio Ephesino publice lectis, et a Cyrillo in suis scriptis alatis colligitur. Duas in Christo naturas sic a se mutuo separatas et distractas esse, ut quae singulis competere proprietates adpellationesque, non de vno praedicarentur aliquo, sed seorsim in alterutrum eaderent hominem, aut Deum. Quo circa Deum incarnatum, natum, aut passum esse dici, minime patiebatur; nec vicissim hunc hominem Dei filium, aut Deum, aut eiusmodi cetera, in quibus non naturae, sed personae ratio ducitur. Deum ergo negabant esse per se illum, qui in Virginis utero formatus est, ac de Spiritu Sancto creatus. (6) Christum deinde secundum carnem Deum nominari dicebat propter iunctionem cum Verbo: neque alio sensu, Deum ac filium dici, quam Deus dictus fuit Moses; etsi maior sit illius quam Moisis dignitas.

Hinc Incarnationis mysterium nihil aliud esse existimabat quam habitationem Dei in homine, vel in domicilio suo, vel in templo: Christumque propterea *Deiferum*, non verum Deum adpellabat, sed hominem cum Deo tanquam dignitatis aequalitate coniunctum: (7) quippe naturarum iunctionem siue vnionem non veram dicebat, sed

F 2

ex

(6) Nestorius in quater. 16. ex (7) Nestor. ibid. Concil. Ephes. part. 2. art. 1.

externam tantum : vel vnionem solius dignationis , quatenus homo assumptus , ac per se interim subsistens , in communionem maiestatis ac dignitatis adhibitus est a verbo. (8)

Quam insuper naturarum vnionem in Virginis vtero ita factam adserbat , vt ante formatus sit homo integer et perfectus ; deinde cum Deo fuerit copulatus , atque ex coniunctione hac homo nominari Deus coeperit. Quocirca Incarnationem reuera negabat , etsi verbo fateretur Nestorius , vt resatur Cyrillus. (9) Eadem calliditate duas in Christo negabat esse personas , quamuis reipsa duas omnino profiteretur : nec vnquam duos Christos vel filios verbo professus est , tametsi reuera sic sentiret , et ex illius principiis ac decretis necessario id consequeretur , quod etiam adseruere clam et per ambages accipitesque sententias conatus est. Quam eius versutiam Cyrillus detexit. (10)

Quibus omnibus quod erat connexum adstruxit homo impius ac versutus ; Beatam Virginem non esse Deiparam adpellandam , sed potius Christiparam , sine Hominiparam. Et in hac vocabuli definitione tota Nestoriani dogmatis prauitas , velut in compendium redacta , continetur. Ac Cyrillus scribit , (11) pene omne de vocabulo isto certamen fuisse conflatum. Sed nos dies deficeret si omnia ea persequeremur , quae de Nestorii imperitate ac fraudibus , variaque suae haeresis fortuna recensenda sese offerunt ex sacris Historicis. Quinimo , quae recensuimus instituti nostri fines praetorgrediuntur.

Ad dissoluenda igitur Nestorianorum cauillula , animum iam iam vertamus. Contra primam itaque propositionem haec obiciunt. I : Christus ipse Ioannis cap. viii. 29. dicit : » qui me misit mecum » est , et non reliquit me solum ; quia ego , quae placita sunt ei , facio semper : « ergo Deus erat cum Christo per adfectum , quatenus nempe eius voluntatem semper adimplebat.

II : Dixerat etiam Christus Ioan. ii. 19 : » soluite Templum hoc , » et in tribus diebus excitabo illud : « quae verba quasi exponens Euangelista , ait v. 21 : » ille autem dicebat de templo corporis sui. « Deus ergo habitabat in Christo , vt in templo ; proinde non fuit illi substantialiter vnitus. Simile quid argumentantur ex locis Scripturae , in quibus describitur Christi humanitas Tabernaculi comparatione ; vti

Psal.

(8) Ex Cyrillo lib. ii. cont. Nestorium.

(9) In Epist. ad Anath. v.

(10) In Epist. v. iii. ad Clerum C. P. iv.

(11) In Epist. ad Ioan. Antioch.

Psal. xi. necnon comparatione habitus , et vestimenti ; vti ad Philip. ii.

III : Multa de Christo in Euangelio dicuntur , quae sic Deo conueniunt , vt homini conuenire nequeant : vt quod ante Abraham , immo ante orbem , conditus sit : contra vero alia , quae sic conueniunt homini , vt Deo nequeant conuenire : vt quod a Deo derelictus fuerit , dum in cruce pendens exclamauit : » Deus meus , Deus meus , quare » me dereliquisti ? « Duas ergo Christo personas inesse oportebat , quarum ratione huiusmodi possent de Christo praedicari.

IV : Patrum nonnulli dixerunt Deum assumpsisse hominem , aut Deum cum homine fuisse vnitum. Ita Cyprianus , (12) Hilarius , (13) Augustinus , (14) aliique. Nonnulli etiam cum Basilio (15) Christum hominem Deiferum adpellarunt. Postremo adfirmarunt aliqui cum Ioanne Chrysostomo , (16) Deum et hominem duas esse personas : non igitur vna tantum in Christo post naturarum vnionem ponenda est.

Quinimo , quum Christus perfectus habeatur homo , propriam habeat subsistentiam necessum est : haec enim ad hominis perfectionem pertinet ; adeo vt natura ea carens , non sit vere proprieque substantia : ergo et habeat opus est propriam humanae personae rationem ; quum ex B. Beato nihil haec sit aliud , » quam rationalis naturae indiuidua substantia. «

Contra secundam autem propositionem sic cauillantur : B. Virgo diuinitatem non genuit , Christumque non concepit , vt in diuina natura subsistit , sed vt subsistit in humana : non ergo Dei Genitrix adpellanda est. Deinde : si homo per se proprieque dumtaxat est genitus , non autem Deus qua Deus est , non proprie Dei Genitrix est vocanda Maria ; quae etenim solum Deum genuit , quod homo ille , qui ex ea natus est , cum Deo coniunctus erat.

Praeterea : Mariam Dei Genitricem nominare , Deumque ex ea genitum adserere , proculdubio est diuinitatem ei tribuere Deamque illam facere. At hoc Deo iniurium foret : ergo.

Rursus : quoties Scriptura Sacra natiuitatem Christi vel mortem narrat , nusquam vocabulum Deus adhibet , sed Christus , aut Filius , aut Dominus ; quae nomina natuius ambabus communia sunt.

Sed

(12) Lib. de vanit. Idolor.

(15) In Serm. de Spiritu S. ad Amphiloc.

(13) Lib. ix. de Trin. cap. 7.

(14) Lib. ix. de Praedest. Sanct.

(16) Homil. 111. in Epist. ad Heb. cap. xv. aliisque in locis.

Sed nec Concilium Nicaenum vnquam dixit Deum ex Maria genitum, sed Dominum nostrum Iesum Christum: Non ergo Dei Genitrix adpellanda Maria est.

Accedit: quod qui Mariam Dei Genitricem nuncupant, Arianis, Eunomianis, et Apollinaristis fauent, qui vt Nestorius aiebat, (17) cupide vocabulum istud ascisciebant, vt commixtionem introducerunt, ac sublata naturarum diuisione nihil eorum, quae vilia sunt, ad humanitatem referretur: abscindendum igitur ab huiusmodi vocabulo est: maxime quum apud Patres nunquam ante Leonem Magnum occurrat; illudque Symbolo addere Chalcedonensis Synodi Patres noluerint.

Ad haec: ex vna substantia generari neutiquam potuere substantiae duae. Quum igitur duplex in Christo substantia sit, genita tantummodo ex Virgine hominis substantia fuit.

Postremo: peccat non erit vocanda etiam B. Anna Dei Auia, si eiusdem Filia Dei Genitrix adpellatur? At definitum est Romae in damnatione libri Ioannis Thomae a S. Cyrillo non esse sic nominandam Beatam Annam: neque ergo Dei Genitrix adpellanda Maria est.

Ad primum itaque argumentum, ex his quae cum priore propositione pugnant, dicendum: quod si verborum Christi sensum Nestorius intellexisset, oppositam ex illis illationem ducere fuisset coactus: scilicet, quod Pater cum Christo erat, nedum per gratiae communicationem, atque participationem, conjunctionemque adfectus sed per substantialem coniunctionem circumincessionemque, vt nostris Theologis loqui placuit. Quod ne gratis dictum videatur, expendendus summam erit totius capitis viii. contextus. Iudaeis siquidem ex Christo quaerentibus, »tu quis es?« dixit v. 15: »principium, qui »et loquor vobis.« Quod sane dicere non potuisset homo, qui per adfectum vnice Deus esset. Insuper vv. 42. et 58. addidit: »ego ex »Deo processi, et veni: antequam Abraham fieret, ego sum. Quae non nisi homini, cui diuinitas coniuncta substantialiter fuisset, conuenire valent.

Secundum sic soluitur: Deus inhabitauit humanitatem, non sicut hospes domum, sed sicut anima corpus; haec est, quemadmodum anima corpus inhabitans, substantialiter ei vnitur in naturae vnitates sic et Verbum humanitatem inhabitans, substantialiter vnitum eidem fuit in vnitatem suppositi, et personae. Quod si ex comparatione illa per-

(17) Apud Cyrillum lib. ii. cont. Nestor.

peruersus ille elicendus sit sensus, quem commentus Nestorius est; quidni in vnoquoque homine duo pariter supposita distinguamus, quum et corpora nostra domus, tabernaculo a Paulo, tunicae vero a Iuda Apostolo comparantur? Eadem responsione aliis quibusuis comparationibus fit satis: necnon et Scripturae ac Patrum loca exponuntur, in quibus Verbum humanitatem Christi inhabitasse dici prima facie videtur.

Pro tertii solutione haec dicta volumus: Naturarum distinctionem abunde sufficere ad omnia illa componenda: nam per illarum vniam, nempe diuinam, quae Dei propria sunt, eidem adiudicantur: per alteram vero, scilicet humanam, quae humana sunt, Christo conueniunt. Inepte itaque duas Christo inesse personas Nestorius colligebat, quarum ratione istiusmodi de eo praedicari possent.

Quartum nullius momenti est: Patres siquidem in obiectione laudati, dum scribunt Deum assumisise hominem, non ex Dialecticorum sententia loquuntur, quibus homo concretum nomen est, subiectum, vna cum forma significans, adeoque personam: sed hominis nomine naturam realem ac singularem, non personam, Patres intelligunt: quo videlicet commostrent in Christo perfectam humanitatem, corpore animoque constantem. Proficere, qui phrasim illam frequentius usurparunt Patres, Nestorianos praecipue oppugnarunt, et personarum distinctionem luculentius impetierunt. Vnus instar omnium sit Augustinus, qui licet ea phrasi fuerit vsus, haec tamen scribit: (18) »sic »Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus substantiis fieret vna persona.«

Quid si adpellarunt nonnulli ex Patribus Christum hominem *Deiferum*? Aduersus Apollinaristas sic adpellarunt, ne quis crederet Verbum Diuinum solam carnem absque rationali anima sibi copulasse. Et quidem Basilium adpellasse, non hominem *Deiferum*, sed carnem *Deiferam* ex ipsius lectione constat. Dum vero Chrysostomus duas personas Deum et hominem esse scribit, non de Christo id adesse, sed illud versans, quod ad H. br. i. ex Psalmo 44. Paulus de Christo rechat, »vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis:« argumentum inde petit, quo Iudaeos et Sabellianos perstringit, ostendens aliam esse Dei, seu Patris vngentis, aliam hominis vincti personam; quam tamen Dauid et Paulus Deum adpellant.

Quartum duplicem habet solutionem. Prima est: Ex vnione animae

(18) Lib. xiiii. de Trin. cap. 17.

mae et corporis Christi debuisset humanam, seu hominis propriam subsistentiam promanare; impeditam tamen a Diuini Verbi persona fuisse, ne pullularer; quia Deus ipse voluit naturam illam adsum ere, perficere, ac vltimo determinare, vt Scholae loquuntur; seu efficere se solo quidquid humana subsistentia praestitisset. Ex quo nedum aliquid perfectionis Christi humanitati detractum fuit, sed potius plurimum ei additum, quod ad diuinam fuerit subsistentiam euecta. Fatemur quidem humanitatem a Verbo assumptam fuisse indiuiduam, seu singularem; negamus tamen sua iecirco adfectam fuisse personalitate; quare Boëtii definitio vera est, si substantiae nomine naturam complectam, et peculiari modo adfectam intelligimus; qualis certe non fuit natura assumpta, et ad iura diuinitatis euecta.

Secunda solutio est: non duas substantias racionales efficere duas personas, quales intelligebantur a Patribus Ephesinis; sed duas personas abstractis notionibus, quales intelliguntur a Scholasticis. Patres Ephesini personae nomine intellexerunt rem vnam diuisam ab omni alia, etsi ea ex diuina et humana natura constata esset. Quum igitur diuina natura esset acerrime coniuncta humanae, essetque principium omnium Christi operationum, etiam earum, quae ex creata mente manabant; ideo desinierant, Iesum Christum vnam esse personam, id est, vnum Christum. Itaque nec Nestorii sententia, nec Patrum Ephesinorum doctrina ex Scholasticorum notionibus interpretanda est; nondum enim tunc temporis in Theologiam christianam irreperant vocabula nihil, et abstractiones Scholasticorum: simplicius loquebantur Theologi illi; et ita, vt a Christianis omnibus possent intelligi. Tradit hanc solutionem Antonius Genuensis, (19) quem transcripsimus.

Ad soluenda modo argumenta secundo loco adducta progrediamur. Illorum primum aptissime soluitur dicendo: Haud requiritur, quod B. Virgo diuinitatem genuerit, vt D. A. mater nominetur, ac vere sit; sed id sat superque esse, quod genuerit ipsum Christum, qui ob substantialem inter vtramque naturam vnionem simul est verus homo et verus Deus: sicut Elisabeth (quod et in ceteris matribus valet) mater totius Ioannis, vel animati corporis, aut aeternae corporatae, non solius corporis dicitur, tanetsi animam per sese non produxerit. Non enim repugnat, quod Diuini Verbi persona, quae terminus diuinae generationis est, prout est in diuina natura subsistens; sit itidem gene-

(19) Christ. Theol. Elem. lib. vi. cap. 7. Ses. 4.

nerationis humanae terminus, vt in creata natura subsistit. Patres igitur, si qui sint, qui genitam ex Virgine Diuinitatem scripserint, non naturam solam Diuinitatis nomine significauerunt, sed naturam cum hypostasi; etenim gigni naturae non est, sed hypostasis.

Ex hac etiam doctrina responsio in promptu est pro secunda argumentatione Nestorii, quae venenum illius, quam dissimulabat, haeresis manifeste prodit: nempe humanam Christi naturam per se proprioque modo subsistere, et esse personam, seu hypostasim. Nam quum generatio per se ac proprie in personam, siue hypostasim, tanquam in terminum desinat; si B. Virgo hominem solum proprie genuit, Deum vero non nisi ob vnionem, qua cum Deo copulatus est homo, quam Nestorius veram esse non existimabat; prorsus necesse est humanam aliquam personam ex generatione illa existisse per se, non diuinam.

Haud distinguens versipellis homo naturam inter et personam, duasque personas vnius Dei Filii praedicans, nullatenus credens naturam esse posse sine persona, vt loquitur Maxentius contra Nestorianos disputans. Itaque licet Deus, qua Deus, proprie genitus non sit; quum tamen vere proprieque genitus Christus fuerit, qui homo verus vna ac verus Deus est ob substantialem naturarum vnionem; proprie Dei Genitrix B. Virgo vocanda est.

Hinc et ad tertium patet solutio: Quum enim Virgo Maria non genuerit Diuinitatem, sed secundum carnem Christum, qui verus Deus est, neque Dea, neque Deo consubstantialis est; sed tamen Mater Dei iure meritoque dicta: in quo quamlonge, qui sic eam nominamus, ab Apollinarii haeresi distamus, qui natam ex Virgine Diuinitatem adserbat, vt obseruauit Petanius. (20)

Quantum frivolum vel maxime esse ac leue euincit Cyrillus, sic illud soluens: (21) Eadem ista vocabula, *Christus*, *Filius*, *Dominus*, quum naturae vtrique conueniant eamque significant, ad explanandum illud mysterium aptissima videntur. Non enim alterutram sine altera genitam dicimus esse naturam; sed ambas coniunctas; siue vnum et eundem constantem ex vtraque Iesum Christum. Quoniam ergo verus proprieque dicitur Deus est Christus, non potest hic genitus dici, quin vna et Deus genitus ac natus intelligatur.

Quod vero ad Nicaenos Patres attinet satis declarauerunt illi Deum ex Virgine genitum fuisse, eamque Dei Genitricem adpellarunt, dum

Tom. III.

G

Ie-

(20) Theol. Dogm. de Incarnat. (21) Lib. II. adu Nest et in Ep. lib. v. cap. 19. 1. ad Monach. et vt quae est ad Nes.

Iesum Christum Dei Filium vnigenitum esse dixerunt, *Deum verum de Deo vero*, ceteraque, quae in Symbolo posuerunt.

Sextum vanam aduersus Catholicos praesertim calumniam. Nam longe ab illorum haereticorum impietate distat christiana professio, quae naturas duas perfectas ita substantia vnitione copulatas esse tenet, vt tamen factum hoc absque alterutrius extinctione, vel confusione sit: Sed ita vt salua sit naturarum differentia; neque ex duabus vna composita coalescat. Quid ergo catholicis cum haereticis commune ex quo B. Virginem Dei Genitricem adpellent? Adpellant autem a Patribus edocti, seu traditione manucti: vt in probationibus ostensum fuit. Vt hinc adpareat quam aperte mentiantur Nestorius, dum ait vocabulum illud in vsu primum a Leone fuisse receptum.

Synodus vero Chalcedonensis (idem de Ephesina iudicamus) vocem *Deiparam* Symbolo non addidit ob grassantem haeresim Eutichianam: quod si nec a Patribus, nec a Conciliis vsitata vox illa fuerit, non ideo esset repudianda: nam quis nescit haeresim quamlibet catholicos Doctores cogere ad noua quaeque vocabula vsurpanda, notasque etiam quaestiones instituandas, de quibus non erant solliciti antiquiores?

Septimo duobus his verbis respondemus ex Ferrando: (22) Veraciter dici ex vna substantia generari nullatenus posse substantias duas, si separatim generatas audiamus. At diuina substantia genita ex Virgine fuit adunando sibi humanitatem: vnde secundum humanam substantiam proprie nata est Diuinitas incarnata. Aptius: Diuina Persona secundum carnem.

Postremam argumentationem lubricam vocat merito Bertius: (23) quam in uper hoc pacto diluit: Proscriptam, ait, propositionem illam esse, non quod haeresim contineret, sed quod nimiae deuotionis argumenta exhiberet, vt ex Indice librorum expurgandorum colligitur. Posse autem in sensu catholico Diuam Annam Iesu Christi Matrem dici; quemadmodum filium Abrahami et Dauidis Christum dicimus, quatenus ex illorum semine factus est, scilicet ex Virgine ab illis progenita: verum expedit magis ab istiusmodi vocabulo abstinere, ne Christus hatus ex Virgine videatur carnali propagatione, vt homines reliqui.

CA-

(22) In Epist. ad Anatol.

(23) De Theol. discip. lib. xxvii. cap. 14.

CAPVT IX.

*Sancti Cyrilli Anathematismi ab haeresi nota vindicantur.
De fide Ioannis Antiocheni et Orientalium
iudicium fertur.*

Duodecim Cyrilli Anathematismi ab omni errore immunes sunt.

Nec tamen haeresis insimulandi sunt Ioannes Antiochenus et Orientales, qui eos oppugnarunt.

QVam strenue sanctissimus Praesul Alexandriae Cyrillus aduersus Nestorium dimicauerit superiore capite dicebamus, vbi de Epistolis ab eodem scriptis, deque capitulis duodecim vulgo Anathematismis nominatis, quoniam anathema in eos qui cum Nestorio sentiant continebant, mentionem fecimus. Sed et dicebamus quoque opposuisse vicissim Cyrillo Nestorium furentem duodecim alia capitula, quibus Cyrilli Anathematismis anathema dicebatur: in illis itaque redarguebatur a Nestorio Cyrillus insimulatione erroris Apollinarii vnam in Christo naturam statuentis.

Atque insimulationis huius habuit adiutores Ioannem Antiochenum, sub quo Concilium Orientalium, seu Iatrocinium Ephesinum contra Cyrillum et Ephesinam Synodum coactum fuerat; Andream Samosatenum et Theodoretum Cyrensiem Episcopos, qui duo in mandatis a ceteris accepere, vt Cyrilli Anathematismos scriptis impugnant, quod et exequuti sunt. At Cyrillus edito apologetico libro omnem suspicionem a se propulsauit; adeo vt de veritate conuicti Ioannes ceterique Orientales manus tandem dederint, Synodum Ephesinam generalem receperint, ac cum Cyrillo concordiam inierint, Nestoriumque damnauerint.

Hac igitur perbreui factorum narratione praemissa, illud euincere adgredimur, quod duabus propositionibus supra stabilitum fuit; et immerito Sanctum Cyrillum Alexandrinum Antistitem haeresis Apollinarii nota insimulari; et Ioannem Antiochenum cum suis Orientalibus errore facti Nestorii personae tantum fuisse, eius vero haeresim haud admisisse.

G 2

At-

Atque ad Cyrilli apologiam texendam videntur aptissime nostri Theologi argumento ab auctoritate ducto, quod sic in compendium redigimus. Ab omni proculdubio errore immunes Cyrilli Anathematismi sunt, si Conciliorum, Romanorum Pontificum ac Patrum auctoritas in eorum adprobationem accessit: at reuera accessisse scimus. Immunes ergo ab omni errore sunt. Nam ex Ecclesiasticis Scripturis didicimus probatos illos fuisse primum ab vniuersa Aegyptiorum Ecclesia, quae sub Cyrillo ad Concilium Alexandriae conuenerat: deinde a Coelestino Papa I. in Epistolis ad Cyrillum ipsum, ad Ioannem Antiochenum, et ad Nestorium, quarum extat exemplar in 1. parte Concilii Ephesini; (1) et a Gregorio II. in Fidei Professione ad S. Germanum C. P. Antistitem. Insuper Ephesini Concilii Patres, nemine reclamante, eos Fidei Nicenae concordantes declararunt, ab omni proinde errore immunes pronuntiarunt, (2) atque in Epistola ad Coelestinum testati sunt. Chalcedonensis pariter Synodus se idem cum Cyrillo credere confessam est (3) verbis illis: «et haec vniuersalis Synodus sic sapit.» Postremo Synodus v. generalis, Constantinopolitana n. eo nomine Theodoretum scripta, et Ibae Edesseni ad Mariam Persam Epistolam damnauit, quod in duodecim Cyrilli Anathematis inuicerent. (4)

Praeter hoc tamen argumenti genus illud quoque tanquam firmissimum lubentes adducemus, quod ex ipso Cyrilli sensu ac vera intelligentia sumitur; quodque latissime Petrus insequutus est, (5) vnoquoque Anathematismo grauius solideque perpensa, atque cum vnoquoque ex Nestorianis in contentionem posito. Necnon Theodoretum ex Orientalium contradictione et Cyrilli defensione additis. Sed morigerari Tyronibus debemus, quibus oneris forsitan haec forent: praesertim quum ex sola eorum, quae aduersus Anathematis status videntur, solutione Cyrilliana doctrinae puritas abunde pateat.

«Ecquid enim in illis carpitur? Dicebat Cyrillus in primo, inquit, Deliram genuisse carnaliter Deum incarnatum: Ex quo duo haec consequi videntur, nempe quod Diuinitas in carnem fuerit conuersa; et quod B. Virgo carnaliter Verbum genuerit, non Spiritu Sancto obumbrante. In secundo vsus fuit Cyrillus voce hac *Vnitio nis secundum hypostasim*, quae aliena prorsus a Scripturis et Pat-

(1) Cap. xv. et xviii.

(2) Art. 1. et ix.

(3) Art. 1.

(4) Can. xiiii. et xiv.

(5) Theol. Dogm. de Incarn. lib. vi. cap. 17.

tribus videtur. In tertio *unionem* illam mirabilem vocabat *naturalem*, quasi necessaria illa fuisset, et non ex gratia. Aduersus quatum opponere adfirmare Cyrillum, quod Deo *tribuendae sint voces, quae in Sacris Litteris de Christo enuntiantur*; proinde confundentes naturas. In quinto illud reprehendebat, quod nollet Christum dici *Deiferum*, quum sic plures ex antiquis Patribus illum adpellauerint. Sextum impugnabant, quod reliceret hanc loquutionem, *verbum Christi Dominum et Deum esse*; quum tamen in Isaia cap. 49. Christus Patris seruus dicatur. Septimum improbant quod vetaret, ne diceretur *Deum Verbum in homine Iesu fuisse operatum*; quod pugnat cum his quae Paullus tradit ad Ephesos 1. 19. et leguntur Act. Apost. 11. In octauo Cyrillum antilogiae arguebant: nam quum alibi scripsisset *Verbum assidue Deo Patri cum carne* «hic negat» *assumptum hominem adorandum cum Deo Verbo*. In nono etiam contradictionem adnotat: nempe quod dicat *Dominum Iesum Christum non esse glorificatum a Spiritu Sancto tanquam ab aliena virtute*, quod alibi adseruerat. Decimus, in quo anathema ei dicitur, qui negat *ipsum Deum Verbum esse Pontificem, et Apostolum confessionis nostrae*: pugnat cum Apostolo ad Hebr. 11. 15. Undecimus suspectus ex eo habetur, quod perstringat negantes, *carnem . . . ipsius Verbi . . . propriam esse*: quasi Apollinaristarum errori fauens Christi carnem nostrae similem non esse dogmatizantium. In duodecimo tandem Verbo Dei passiones, quae soli carni conueniunt tribuit; ipsamque *passum et crucifixum* adpellat.

Verum quis non malam Theodoretum et Orientalium fidem animamque ad calumniam paratissimum videt? Profecto nihil illi proferunt, nisi iugas, calumnias, putidasque caullationes, quae ex Cyrillo ipso, praestantissimo sane sui ipsius interprete, sic facillime dispelluntur.

In priore itaque Anathematismo vox *carnaliter* idem prorsus est ac *secundum carnem*; quo quidem sensu Maria genuit Deum non secundum Diuinitatem, quatenus expertus omnis omnino initii est: sed secundum carnem.

In secundo adhibuit Cyrillus vocem illam *unionis secundum hypostasim* aduersus eos, qui alunt hominem secundum solum dignitatis vel auctoritatis consortium Deo coniunctum esse. Neque inusitatum est nouis erumpentibus haeresibus noua usurpare vocabula,

la, vt expeditius eas profligetur, quemadmodum Nicaeni Patres receptione vocis *Omoision* aduersus Arianos fecisse scimus.

In tertio adhibuit vocem illam *unionem naturalem*, vt vnitionem veram propriamque ac morali perfectionem tueretur; eo ipso sensu, quo a Paulo in Epist. ad Ephes. dicimur natura *filiū trae*, scilicet vere et proprie: sed et vocem illam adhibuit contra eos, qui subsistentias post vnitionem diuidunt.

In quarto adfirmavit Cyrillus, omnes voces quae in Scripturis dicuntur de Christo, conuenire et adscribi Verbo; sed ratione diuersarum naturarum, quae inconfuse in vna Verbo subsistunt.

In quinto negavit Christum *Deiserum* dicendum in sensu Nestorii contententis Verbum habitasse in Christo tanquam in Sanctis; hominemque Deitatem gestasse, vt homo vestem gestat: sed non negavit Christum *Deiserum* dicendum, quoniam Diuinitatem sibi vnitam habuit. Quo sensu voce illa vsi sunt ex veteribus nonnulli.

In sexto vnice negavit Deum esse *Dominum Christi* aduersus Nestorium, qui Christum a Domino diuellens, alium esse Verbum Dominum Christi, et alium Christum seruum Dei Verbi dicebat, duas sic distinguens in Christo personas. Admissit vero et esse in Christo formam serui, et posse adpellari seruum Patris secundum humanitatem.

In septimo id solum negavit, quod Verbum Deus operatum fuerit in homine Christo tanquam in persona ab ipso Verbo distincta, vt volebat Nestorius; non vero quod Pater in Christo, et Verbum in assumpta natura operati fuerint.

In octauo negavit assumtum hominem adorari cum Verbo tanquam duas personas, sicut dicerentur coadorari Petrum et Paullum; non vero coadorari sicut anima coadoratur cum corpore, cum quo vnā integrat personam.

In nono docuit manifeste Christum non esse personam seiunctam a Verbo, nec signa patrasse virtute aliena; sed esse eandem personam Verbi, et habere cum Spiritu Sancto vnā Diuinitatis naturam ac potestatem, ideoque virtute propria signa et prodigia fuisse operatum.

In decimo hoc definit: quod sicut Deus Verbum dicitur exanatum accipiendo formam serui, et carnem factum ratione humanitatis assumptae; ita non repugnat, quod sub hac ratione Apostolus et Sacerdos adpellatur.

In

In vndecimo dixit carnem esse Verbi propriam, vt ostenderet esse illi hypostaticae vnitae, non extraneam et seiunctam a persona Verbi.

In duodecimo tandem intelligit Verbum esse passum et crucifixum, non secundum propriam naturam qua Deus est, sed passum et crucifixum carne.

Exceptae sunt responsiones istae ex Cyrilli Apologetico et explanationibus Anathematismorum. De cetero haud immorandum nobis equum videtur in Cyrillo vindicando ab adcusationibus Ioannis Antiocheni ceterorumque Orientalium cum tanquam suspectae fidei traducuntur. Errore enim facti deceptos illos fuisse ostendere pergitur, vt eos etiam ab haereseos nota depurgemus, vt in secunda propositione firmavimus.

Principio siquidem plures simul causae Ioannem cum suis in facti errorum sinistrumque iudicium pertraxerunt. Fuit praecipua Nestorii celeberrima fama eiusdemque ad Ioannem Epistolae dolo scriptae. Deinde quod Pelagiani Episcopi, qui Nestorio suadente Antiochiam aduenerant, Cyrillum tyrannidis atque haeresis insimularent contra vero Nestorium maximis cumularent laudibus. Quod insuper quum Ephesum peruenisset Candidianus Comes, Cyrillum apud illum adcusasset de immatura ac praecipiti sententia in Nestorium lata, deque barbarie in Episcopos aduersarios, atque in se ipsum exercita. Quibus permotus Ioannes sinistrum de Cyrilli capitulis iudicium tulit, irritaque habuit omnia erga Nestorium peracta: ast Nestorianum dogma numquam adprobavit. Recte ergo de Nestorii tantum persona illum sensisse adparet eique fauise.

Impugnauit itaque ille cum suis Orientalibus Cyrilli capitula, quod falso putauerit in extremum errorem illa vergere, atque Apollinarii errorem inducere. Impugnauit etiam Sanctam Ephesinam Synodum eam non habens Oecumenicam, quoniam ipsis absentibus celebrata fuerat, Nestoriumque non satis discussa causa, damnauerat. De quo abunde Facundus Hermianensis. (6)

(6) Lib. vi. et vii. de Conc. Calced.

CA-

CAPVT X.

*Nullam ex duarum naturarum vnitione confusionem oriri
propugnat.*

Manent in Christo post adunationem naturae duae impermixtae.

Fidei caput est sacris in literis expressum. Dicitur enim Baruch in: "hic est Deus noster . . . post haec in terris visus est, et cum hominibus conuersatus." Et in Epist. ad Phillip. cap. II. 6: "qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanituit, formam serui accipiens." Praeclarum quoque illud est in Epist. ad Rom. cap. IX. 5. vbi de Iudaici populi praerogatiua loquens Paulus inquit: "quorum Patres, et ex quibus est Christus secundum carnem: qui est super omnia benedictus Deus in saecula." Quibus duplex Christi natura designatur.

Sunt his similia in Scripturis plurima: illa scilicet omnia loca, in quibus Christus dicitur filius hominis, filius Dauidis, factus ex muliere, flagellis caesus, crucifixus, ceter. quae sane veram hominis naturam in Christo arguunt: illa insuper, in quibus Christus appellatur Deus, Vnigenitus permanens in sinu Patris, filius Dei proprius, antiquior Abrahamo, ceter. quaeque diuinam eiusdem naturam designant. Duplex ergo haec natura ex Scripturis post vnitionem in Christo manet.

Eandem veritatem confirmat Conciliorum, maxime generalium, auctoritas. In primis Nicaeni Concilii Symbolum, postquam Diuinitatem Filii adseruit, statuens hunc natum ex Patre Vnigenitum, hoc est, de substantia Patris, "Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero," mox de suscepta hominis natura subicit: "qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis: et incarnatus est, et homo factus est; passus est; ut Hilarius latine reddidit (1) Ephesinum vero Concilium Symbolum aliud, quam quod Nicaeae fuerat editum, neque facere se professum est, et terti deinceps vetuit. Idem sensus est Calcedonensis Synodi, quae ex instituto naturas duas professa est aduersus Eurychis haeresim, vti data

(1) Lib. de Synod.

opera in capite sequenti declarabimus. Nec aliud de quinta, deque sexta Synodis iudicium est, ac de ceteris omnibus quae deinceps habitae sunt, siue generales, siue per prouincias et nationes coactae.

Sed et comprobatur quoque antiquorum Patrum auctoritate. Ignatii Martyris (2) haec est sententia ex Gelasii interpretatione: (3) "vnus "medicus est carnalis et spiritualis; factus et non factus; in homine "Deus; in morte vita aeterna; ex Maria et ex Deo: primum passibilis, et tunc impassibilis, Dominus noster Iesus Christus." Vsi hoc testimonio sunt Athanasius, Theodoretus, et alii.

Hilarius autem haec habet: (4) "nescit plane vitam suam, qui "Christum Iesum vt Deum verum ita et verum hominem ignorat." Gregorius Nazianzenus scribit: (5) "missus est quidem, sed vt homo: duplex enim erat in eo natura." Ambrosius sic loquitur: (6) "idem Deus, idem homo: per Diuinitatem Deus, per susceptionem "carnis homo." Ioannes Chrysostomus Christum demonstrans Mediatorem Dei et hominum, inquit: (7) "se medium Christus ingressit, et "sacrauit vtramque naturam." Et Augustinus: (8) "inter Deum et "homines Mediator adparuit; in vnitae personae copulans vtramque "naturam." Habent similia alii Patres quum Graeci tum Latini.

Accedunt Theologicae probationes. Harum prima est: "si vna "post adunationem in Christo natura est: ergo nec adunatio carnis "facta est. Quod si adunatio carnis facta non est: igitur adunationis fit "mentio? Si vero adunatio carnis facta est, iam non tantum diuina, "sed et carnis natura in Christo est. Duae igitur naturae sine vlla dubitatione post adunationem in Christo sunt." Vtitur hac ratiocinatione Maxentius. (9) Secunda: Si vna est raturummodo in Christo natura, ea vel diuina est, vel humana; vel diuina simul et humana; vel neutra. Si sola est diuina, Christus non est homo: si humana sola, Deus non est: si neutra; nec homo, nec Deus: si vtraque; neque Dei est natura talis, neque hominis. Ita neutrum erit Christus: quum tamen verum esse Deum ac verum hominem Scriptura clamat, et christiana praedicat religio. Duae ergo naturae impermixtae, diuina nempe et humana, in Christo sunt. Occurrit hoc argumentum apud Theodericum Abucaram. (10)

Tom. III.

(2) In Epist. ad Ephes.

(3) Tom. IV. Bib.

(4) Lib. IX. de Trin.

(5) In Orat. de Natu.

(6) In lib. II. de Fid. ad Grat. cap. 4.

H

(7) Homil. de Ascens.

(8) In Epist. ad Volusianum.

(9) Lib. cont. Aeph. tom. 4.

(10) Opusc. IV. tom. 2. Bib. PP.

Ter-

Tertîa: Fieri minime potest, vt in vna natura contrariæ sint naturales proprietates: at insunt eiusmodi in Christo, deque eo pronuntiantur in sacris libris, quæ secum inuicem pugnant; scilicet quod antiquior Abrahamo sit, et tamen ex Abrahamo descendat; quod Daudis Dominus, itemque filius vocetur; quod sub lege factus, etiam et Sabbati Dominus expressus est; quod sententiam patitur, qui de viuis et mortuis iudicium habere reperitur; aliaque his adfinia: Igitur duæ in Christo naturæ sunt, et Dei et hominis; quarum vnicuique quæ propria illius sunt, tribuantur. Versat hanc argumentationem Nouatianus. (11)

Quarta: Haud potest percipi hypostatica vnio, nisi vtraque natura in sua remaneat substantia. Quæ enim ad constituendum vnum aliquid vniuntur, vel vniuntur adgregatione, integro ac perfecto vtroque extremo permanente; quod in his tantum evenire potest, quæ vnum per accidens constituunt, vt acetuus lapidum: quam vnitionem accidentalem Nestorius supra confutatus in Christo statuebat: vel vniuntur mixtione, proindeque vt extrema transmutata: vel vniuntur tanquam *potentia et actus*; sicque vt extrema imperfecta et incompleta: at neutro ex his modis hypostatica vnio facta intelligi potest: nam qui primus est, non vnum aliquid proprie conficit, sed ex accidenti et arte potius, quam natura; secundus mutationem offert et extinctionem partis alterius, aut etiam omnium; postremus ex iis constat, quæ in compositionem totius imperfectam veniunt, quod a Deo procul absesse debet; nulla ergo ratione percipi naturarum vnio in Christo potest, nisi in sua substantia illæ maneat. Desumpta est hæc argumentatio ex S. Thoma. (12)

CAPVT XI.

Eutychianæ hæresis synopsim exhibet. De iterata eiusdem cum suo Auctore damnatione loquitur: præsertim in Calcedonensi Concilio. Eutychianorum argumentis occurrit.

Exortam hanc hæresim circa annum Christi 448. fuisse Eutychem Auctorem, ex imprudenti et inconsulta Nestorianæ confutatione, quam circa annum 427. spargere Nestorius coeperat, nobis certum fixumque

(11) De Trin. cap. 11.

(12) In 1v. cont. Gent. cap. 35. et ex 111. P. q. 11. art. 1.

que est ex his, quæ in Historicis melioris notæ legimus: nec intelligimus vndenam hauserit grauissimum Theologus Sorbonicus Iacobus Hyacinthus Scerrius (1) natam et contrario fuisse hæresim Nestorianam ex Eutychiana, quum id temporum ratio contradicatur.

Ergo Eutyches Constantinopolitanus Presbyter et amplissimi Monasterii Archimandrita vel Abbas, vt vnitatem personæ contra Nestorium seruaret in Christo, vnam quoque in eo fuisse naturam dixit, ita vt licet ante vnitionem duæ essent distinctæ naturæ, diuina et humana, in vnitione tamen in vnâ naturam coierint, humanitate a diuinitate absorpta; adeo vt Christi persona ex duabus naturis esset, non tamen in duabus naturis subsisteret: hinc subinferens, Christum nobis consubstantialem secundum carnem non fuisse; quin aduci vnquam poterit vt contrarium admitteret.

Hæc quum domi inter familiares crebris sermonibus ageretur delirus et imperitus senex, Eusebius Dorylaei in Phrigia Episcopus, qui illi erat amicissimus, sæpe illum monuit ne ita loqueretur: quod quum in cassum tentasset, rem ad Flavianum C. P. Episcopum detulit. Collecta itaque Constantinopoli Synodo ad disceptandam controuersiam inter Florentium Sardinum Episcopum et Episcopos eiusdem prouinciæ duos, Ioannem et Cosinium, priori hæc lite decisa, nouam Eusebius instituit ac libellum obrulit aduersus Eutychem, quo hunc hæresis aduersans, citari iubebar ad causam dicendam. Renuit etiam tertio vocatus sistere se consilio; quod tandem quum fecisset, hæresim suam coram Patribus professus est, nec adduci potuit vt eam eiuraret. Eapropter de Concilii sententia damnatus cum hæresi sua, ac sacerdotali dignitate et omni præfectura Monasterii spoliatus est, Actio. vii.

Hic finis C. P. illius Concilii fuit, in quo Eutychiana hæresis cum suo Auctore damnata est. Consequens itaque Eutyches apud S. Leonem per litteras est, eumque circumuenire tentauit. Sed Leo serius acceptis Flauiani litteris et Concilii gestis, quum diu suspensus hæsisset, tandem re comperta, Eutycheris damnationem ratam habuit. Quæ quum agerentur, Crysaphius Spado nihil non in Eutycheris gratiam, et ad Flavianum opprimendum mollebari apud Theodosium, bonam ac pietati deditum ceteroquin Principem, sed propter simplicitatem Aulicorum insidiis opportunum. Nec hoc contentus Crysaphius fuit, quod fictis criminationibus et calumniis apud Imperato-

H 2

rcm

(1) Prael. 1. de Deo homine facto, disp. 2.

Tertia: Fieri minime potest, vt in vna natura contrariae sint naturales proprietates: at insunt eiusmodi in Christo, deque eo pronuntiantur in sacris libris, quae secum inuicem pugnant; scilicet quod antiquior Abrahamo sit, et tamen ex Abrahamo descendat; quod Daudis Dominus, itemque filius vocetur; quod sub lege factus, etiam et Sabbati Dominus expressus est; quod sententiam patitur, qui de viuis et mortuis iudicium habere reperitur; aliaque his adfinita: Igitur duae in Christo naturae sunt, et Dei et hominis; quarum vnicuique quae propria illius sunt, tribuantur. Versat hanc argumentationem Nouatianus. (11)

Quarta: Haud potest percipi hypostatica vnio, nisi vtraque natura in sua remaneat substantia. Quae enim ad constituendum vnum aliquid vniuntur, vel vniuntur adgregatione, integro ac perfecto vtroque extremo permanente; quod in his tantum evenire potest, quae vnum per accidens constituunt, vt acetuus lapidum: quam vnitionem accidentalem Nestorius supra confutatus in Christo statuebat: vel vniuntur mixtione, proindeque vt extrema transmutata: vel vniuntur tanquam *potentia et actus*; sicque vt extrema imperfecta et incompleta: at neutro ex his modis hypostatica vnio facta intelligi potest: nam qui primus est, non vnum aliquid proprie conficit, sed ex accidenti et arte potius, quam natura; secundus mutationem offert et extinctionem partis alterius, aut etiam omnium; postremus ex iis constat, quae in compositionem totius imperfectam veniunt, quod a Deo procul absesse debet; nulla ergo ratione percipi naturarum vnio in Christo potest, nisi in sua substantia illae maneat. Desumpta est haec argumentatio ex S. Thoma. (12)

CAPVT XI.

Eutychianae haeresis synopsim exhibet. De iterata eiusdem cum suo Auctore damnatione loquitur: praesertim in Calcedonensi Concilio. Eutychianorum argumentis occurrit.

Exortam hanc haeresim circa annum Christi 448. fuisse Eutychem Auctorem, ex imprudenti et inconsulta Nestorianae confutatione, quam circa annum 427. spargere Nestorius coeperat, nobis certum fixumque

(11) De Trin. cap. 11.

(12) In 1v. cont. Gent. cap. 35. et ex 111. P. q. 11. art. 1.

que est ex his, quae in Historicis melioris notae legimus: nec intelligimus vndenam hauserit grauissimum Theologus Sorbonicus Iacobus Hyacinthus Scerrius (1) natam et contrario fuisse haeresim Nestorianam ex Eutychiana, quum id temporum ratio contradicatur.

Ergo Eutyches Constantinopolitanus Presbyter et amplissimi Monasterii Archimandrita vel Abbas, vt vnitatem personae contra Nestorium seruaret in Christo, vnam quoque in eo fuisse naturam dixit, ita vt licet ante vnitionem duae essent distinctae naturae, diuina et humana, in vnitione tamen in vnam naturam coierint, humanitate a diuinitate absorpta; adeo vt Christi persona ex duabus naturis esset, non tamen in duabus naturis subsisteret: hinc subinferens, Christum nobis consubstantialem secundum carnem non fuisse; quin adduci vnquam poterit vt contrarium admitteret.

Haec quum domi inter familiares crebris sermonibus ageretur delirus et imperitus senex, Eusebius Dorylaei in Phrigia Episcopus, qui illi erat amicissimus, saepe illum monuit ne ita loqueretur: quod quum in cassum tentasset, rem ad Flavianum C.P. Episcopum detulit. Collecta itaque Constantinopoli Synodo ad disceptandam controuersiam inter Florentium Sardinum Episcopum et Episcopos eiusdem prouinciae duos, Ioannem et Cosinium, priori hac lite decisa, nouam Eusebius instituit ac libellum obrulit aduersus Eutychem, quo hunc haeresis aduersans, citari iubebar ad causam dicendam. Renuit etiam tertio vocatus sistere se consilio; quod tandem quum fecisset, haeresim suam coram Patribus professus est, nec adduci potuit vt eam eiuraret. Eapropter de Concilii sententia damnatus cum haeresi sua, ac sacerdotali dignitate et omni praefectura Monasterii spoliatus est, Actio. vii.

Hic finis C.P. illius Concilii fuit, in quo Eutychiana haeresis cum suo Auctore damnata est. Consequens itaque Eutyches apud S. Leonem per litteras est, eumque circumuenire tentauit. Sed Leo serius acceptis Flauiani litteris et Concilii gestis, quum diu suspensus haesisset, tandem re comperta, Eutycheris damnationem ratam habuit. Quae quum agerentur, Crysaphius Spado nihil non in Eutycheris gratiam, et ad Flavianum opprimendum mollebari apud Theodosium, bonam ac pietati deditum ceteroquin Principem, sed propter simplicitatem Aulicorum insidiis opportunum. Nec hoc contentus Crysaphius fuit, quod fictis criminationibus et calumniis apud Imperato-

H 2

rcm

(1) Prael. 1. de Deo homine facto, disp. 2.

rem in suspicionem Flavianum vocaret; atque Eutychete de Actorum falsitate conquerente, iuberet, ut eius haberetur ratio, et iterum Episcopi convenirent, Eutychete causam suam per procuratores agente; quod et factum est nulla in Actorum Commentariis falsitate reperi: verum et ab Imperatore obrinuit, ut indiceretur Synodus Ephesi celebranda; cui Dioscorum Alexandrinum praesesse voluit. In ea primum nefaria Eutychetis dogmata adprobata sunt, ipseque Eutyches in Monasterii praefecturam, Sacerdotii usum, et fidelium communionem in integrum restitutus. Dein damnati sunt Flavianus, Eusebius, alique ex Episcopis catholicis, quorum meminit Euagrius: (2) a qua sententia quum Flavianus provocasset, interpellationem adponens, adeo indigne tractatus est, ut ex vulnere numero et atrocitate mortuus fuerit.

Huius autem conciliaboli seu praedotoriae Synodi acta, quum Leo a Legato suo Hilario, qui furtim dilapsus Romam aufugerat, intellexisset; Concilium Romae habuit, in quo omnia rescidit, atque Theodosium de re tota certorem fecit: qui quidem Eutychetis damnationem Romae peractam, itemque Pseudo-Ephesinae Synodi reprobationem audiens, veritate comperta, in eos a quibus circumventus fuerat animaduertit; Crysostomum malorum omnium auctorem relegavit, ac paulo post moritur. Successit illi Marcianus Imperator, adprime pius et catholicus Princeps, qui Leonis Pontificis hortatu, itemque Pulcheriae Augustae, quam uxorem duxerat, generalem Synodum coegit Nicaeam an. Christi 451, quam Calcedonem postea transtulit.

Igitur congregatis Episcopis 520, ut constat ex Epistola Synodica quam ad Leonem scriptam legimus (3) ac praesidentibus Leonis Legatis; Paschasio Lilyberano in Sicilia et Lucentio Acculano Episcopis, Bonifacio et Basilio Presbyteris, Concilium inibi Calcedone coepit VIII. Id. Octobris, ac Actionibus 16, absolutum est Kalendis Novembris eiusdem anni, ut coniectura fert. In eo damnatus denuo Eutyches fuit, rescissaque ea quae in Pseudosynodo Ephesina Dioscorus fecerat, fuere: cetera atque Fidei formula conscripta est, atque Dioscorus non tamen propter haeresim, sed quod tertio vocatus ad causam dicendam, sistere se Synodo noluisse depositus ac Gangras relegatus est; ut ex ipsa depositionis sententia constat. (4) Hunc habuit

(2) Lib. 1. cap. 10.
(3) P. xxxv. Conc. Calc.

(4) Synod. Calc. art. 3.

buisset exitum celeberrima illa Synodus Calcedonensis.

Nec tamen hic Eutychiana haeresis finis fuit: pluries enim revocata in lucem, pluries etiam compressa est; adeo ut nulla foecundior exiterit, neque vel latius effusa, vel in plures particulas factionesque distracta fuerit. De quibus omaibus abunde et accuratissime Pottolus. (5)

Superest ut in praesentia perpendamus, quid tandem Eutychetem Eutychianosque reliquos mouerit, ut tam absonum errorem obruderent. Ac primo quidem qui Diuinitatem in humanitatem conuersam fabulabantur, eo maxime nitebantur argumento, quod *Verbum caro factum* dicitur Ioan. 1. Hinc Verbum in carnem mutatum colligebant: uti plane dum dicitur Ioan. 11. *aquam vinum factam esse* in Cana Galilaeae, sensus est, aquam mutatum esse in vinum; non vinum vinitum. Quid simile colligitur ex conuersione Virgae Mosis, quam in colubrum mutatam legitimus Exod. 17. et vxoris Loth, quam factam staturam salis legitimus Gen. 19. : panis demum, quem in Christi corpus conuerti euincitur ex Matth. verbis cap. xxvii: *Hoc est corpus meum*.

Deinde erroris sui praesidium in nonnullis Patrum dictis Eutychiani quaesiere: eorum praesertim qui Nestorianam haeresim ea aetate debellarunt. Nam Cyrillus, aiebant, scripsit: (6) «naturas duas non vnitas esse dicimus: post vnitionem vero tanquam sublata in duo partitione, vniam esse credimus Filii naturam, veram inhumanam et incarnatam.» Cyprianus: (7) «carne, inquit, Spiritu Sancto cooperante induitur. Deus cum homine miscetur.» Gregorius Nyssenus: (8) «Deus ait, humanae se immixtur naturae, temperantem humanam naturam.» Non absimilia habent Tertullianus, (9) Irenaeus, (10) Augustinus, (11) alii.

Addunt praererea auctoritatem Iulii I. Romani Pontificis, (12) duas in Christo naturas negantis, his verbis: «necesse est eos quum duas naturas dicunt, vniam adorare, alteram non adorare: atque in diuinam quidem baptizari, in humanam vero non baptizari.» Quin et nostris demum temporibus, (quod sane monstro simillimum cuiusque

(5) Theol. Dogm. de Incarn. lib. 1. cap. 15. et 16.
(6) In Epist. ad Acasium Melitensem.
(7) Lib. de Van. Idolorum.
(8) In Orat. de S. Chr. Natiuitate.
(9) Lib. de carne Christi cap. 3.
(10) Lib. 111. cont. Haer. cap. 19.
(11) In Epist. ad Volusianum.
(12) In Epist. ad Dionys. Corinth. Episc.

que est) proferunt ad haeresis Eutychnianae defensionem auctoritatem Clementis XI. quasi hanc ipsam haeresim aperte tradiderit in Homilia III. de Christo resurgente, dum haec verba protulit: »hodie forma serui reuersa est in formam Dei; ac in initio humilitatis ad pristinam altitudinis rediit maiestatem.« Quum enim alluderet ad Pauli sententiam ad Philip. II. »qui quum in forma Dei esset . . . semetipsum exinanuit formam serui accipiens;« quae de vtraque forma substantiali, seu de natura ipsa tam diuina quam humana, dubio procul intelligitur; existimatum est, Clementem quoque id intellexisse de natura hominis in Dei naturam conuersae: proindeque haeresis Eutychnianae a nonnullis Theologis Lonaniensibus insinulatus est.

Postremo sic argumentantur ratiocinando: duarum naturarum vna non denominatur ex altera, nisi quodammodo transmutentur inuicem: atqui natura diuina et humana in Christo inuicem denominantur. Dicit enim Cyrillus in Concilio Calcedonensi: (13) »naturam diuinam esse incarnatam;« et Gregorius Nazianzenus, (14) »humanam naturam esse deificatam:« ergo.

Deinde: nisi transmutatio eiusmodi in Christo ponatur, duas in Christo personas seu duos Christos profiteri cogimur ob naturas duas: at hoc profitebitur nullus: transmutatae igitur in Christo naturae sunt.

Quorum tamen non est difficilis solutio. Primum quidem aduersus eos Eutychnianos vim haberet, qui e contrario ponebant carnem sic a Diuinitate absortam fuisse, vt penitus euanuerit, et eius loco phantastica alia adparuerit. At nos nihil eo mouemur: sed tamen reponimus, Verbum factum esse carnem, non per conuersionem in carnem, sed per carnis adsumptionem: quemadmodum dicitur pro nobis factum maledictum et peccatum, quoniam maledictum in se suscepit, et peccata nostra quoad poenam portauit; non quod in maledictum et peccatum conuersum sit: vnde Verbum et caro etiam post vnitionem in sua specie et natura permanserunt.

In cap. autem II. Ioan. satis ostenditur non fuisse cum vino permixtam aquam, ex quo architelimus et coniuuae gustu experti fuerint vinum esse merum, bonum ac priore robustius, non vero admixtum siue aqua dilutum. Quod et de reliquis ad argumenti calcem adductis dicimus; ita scilicet in Scriptura retribus adseri, vt non obscurae significetur mulieris corpus, Virgam Mosis, ac panem, in salis acernum,

(13) P. II.

(14) Epist. ad Celedonium.

in colubrum, in corporis Christi substantiam fuisse transmutata.

In Genesis enim XIX. habet graecus codex, »et commutata est in columnam salis:« et hebraicus, »et fuit cumulus salis.« Quae simplex phrasim euincit substantiam priorem mutatam in alteram fuisse. Sic quoque in Exodi cap. IV. in hebraeis legitur: »et fuit Serpens;« et in Graecis: »euasit coluber.« Apud Matth. vero de Pane eucharistico legitur: »hoc est corpus meum.« Pronomine hoc neutri generis id quod enuntiatione significatur demonstrante; adeo vt verus hic sit sensus, haec res, designato Christi corpore, est corpus meum. Quod si de substantia Christus loqueretur, certe pronomine masculini generis vsus fuisset.

Accedit philosophica ratio suadens aquam in vinum, mulierem in salis stratum, virgam in colubrum, panem denique in Christi corpus conuerti posse, praesertim diuina virtute; quum quaelibet res creata mutationi sit obnoxia: Verbum autem vt pote incorruptibile, conuersionis in carnem prorsus incapax est.

Ad argumentum ex Patrum auctoritate desumptum quod attinet, singularim respondendum est: atque ex Cyrilli quidem verbis male acceptis perperam sentiendi occasionem habuisse Eutychem non diffirebimus: esse siquidem quaedam Cyrilli dicta perobscura, quaeque pessime et contra Cyrilli mentem intellecta ansam dedere nefariae haeresis imperitissimo seni, catholicorum Doctorum iudicium est. Ea inter potissimum vna illi Cyrilli vox in argumento adducta, difficillimam ad explicandum esse ex eo constat, quod ipsos Catholicos pro Cyrilliano pronuntiato certantes, varias in sententias interpretationesque distraxerit.

Nobis interea perspicuum est non alia de causa in huiusmodi loquutionis genus inductum fuisse Cyrillum, nisi vt Nestorii perfidiae se opponeret, vitaretque subdolum illius vnitionem, quae specie ac verbo tenus duas copulabat naturas, re autem ipsa disiunctas, ac seorsim cohaerentes et subsistentes habebat, externo tantum nexu inter se coniunctas. Scopus itaque Cyrilli fuit, vt naturas duas in vna hypostasim coniunctas ostenderet: hoc enim plane idem est ac natura illa vna incarnata Cyrilli: vna quidem non vnitate substantiae et essentiae, sed vnitate suppositi. Habent eandem intelligentiam reliqua Cyrilli verba ex Epistola ad Acasium.

Mixtionis vero vocabulum quo Cyprianus alique Patres vsi sunt, accipit vel maxime est; nec ita ab illis accipitur, vt ab Eutychnianis

iacetabatur. Æquus enim nesciat, ea etiam mixta vocari plerumque, quae dumtaxat consociantur? Sic Regem populo misceri dicimus, dum maiestate seposita, familiariter conuersatur; risum dolori misceri, dum lucreti interponitur. Id vnum intellexere Patres, Deum cum homine mixtum scribentes: scilicet substantialem ac summam Diuinitatis cum humanitate vniorem.

Argumentum autem ex Romanorum Pontificum auctoritate summum sic soluimus. Iulii Epistolam supposititiam esse; atque auctorem eam habere Apollinaristam aliquem, quum illorum errorem redoleret. Ita respondet Leoncius. (15) Sed licet legitimus Cyrilli foetus ipsa foret, hoc tamen pacto exponi posset: naturae nomen vsurpari ibi pro hypostasi; exindeque negari, quod si duae in Christo ponerentur hypostases seu duae naturae duplici personatae subsistentia, diuina et humana, vt Nestorius aiebat, oporteret vnam adorari, aliam non adorari; quia adoratio terminatur ad personam.

Allatum Clementis XI. periodum ab omni errore immunem agnoscimus. Eto enim de vtraque substantiali forma seu natura loquitur sit Paullus ad Phillip. ii. esto pariter ad illum Apostoli locum Romanus Pontifex adhaerit, nullae aliquod Scripturae dictum adlusio fit, vt quoties simplex ac nuda ad aliquod Scripturae dictum adlusio fit, potissimum in sermone oratorio, eodem semper sensu verba quibus adlusio fit, accipiuntur. Possit itaque Pontifex, etsi ad Apostoli dictum adluderet, de externa dumtaxat ac velut accidentaria, quum Dei, tum hominis forma perorare; formamque serui in formam Dei conuersam dicere; id est, humilem; abiectumque humanitatis Christi statum in sublimem gloriosumque Diuinitati debitum resurgendo transiisse. Nam et verbis iisdem id expressit Martyr Cyprianus: (16) quem tamen Eutylichianis fauere nemo vnus adfirmare ausus est.

Postremae argumentationis e ratione ductae haec est solutio ex S. Thoma: (17) »quod sicut Damascenus dicit, natura diuina dicitur incarnata, quia est vnita carni personaliter; non quod sit in naturam carnis conuersa. Similiter et caro dicitur deificata, vt ipse dicit, non per conuersionem, sed per vniorem ad Verbum, saluis proprietatibus naturalibus; vt intelligatur caro deificata, quia facta est Verbi caro, non quia facta sit Deus.»

Quod insuper additum fuerat, solum iam pridem erat a Vigillio Tap-

(15) Lib. de Secr. act. 8.

(16) Serm. de Nativ.

(17) III. P. q. 2. art. 1. ad 3.

Tapensi; (18) qui oppositum verum demonstrat duplici exemplo. Primum petebat ex ineffabili SS. Trinitatis mysterio, inquit: Si tres Personae Diuinae habentes singulae proprietates suas quibus distinguantur, non quibus separentur, sunt vnus Deus; cur Filius, salua naturae vtriusque proprietate et distinctioe, non erit vnus Christus? Secundum ex homine petitur est: in homine, aiebat, proprietatum distinctio distinctam personam non infert. Constat homo quinque sensibus, qui tamen sic officii sui proprietatem naturaliter obtinent, vt nihil secum habeant commune; nihil sibi alterius valeant vindicare. Nam nec visus audire, nec auditus videre ex. gr. valent: et tamen licet adeo diuersae sint eorundem functiones, vnus est idemque homo; qui quemadmodum quinque corporalibus sensibus varia proprietate a se inuicem differentibus constat; ita quinque secundum Eutylichianorum deliramenta personas habere debuerat; vt quantae sunt proprietates sensuum, tanta esset numerositas personarum. Haec Vigillius.

APPENDIX.

Spectant vero ad illustrandam haeresum Nestorianae et Eutylichianae historiam duo illa capita, quae diu multumque Ecclesiam Catholicam exagitarunt: altercatio scilicet illa de hoc enuntiatio, *Unus de Trinitate passus est*; et famosa *de tribus Capitulis* controuersia. De vtroque compendio agemus; non enim historiam exornamus. Itaque acris illa ac vehemens disceptatio, quae circa annum 519. Monachos Scythas inter et Victorem Diaconum versabatur, ab anterioribus videtur repetenda. Nam et Eutylichiani *vnus de Trinitate passus* dogmatizarunt, Concilii Calcedonensis aetate, id est, anno 451: et Petrus Fullo Trisagio addidit *qui crucifixus est pro nobis*: praequidem omnes atque haeretico sensu. Sed Iustinus primo Imperatore, Scythae Monachi, quorum agmen ducebat Maxentius Abbas cum Victore Diacono, altero ex Legatis ab Hormisda Papa ad Imperatorem missis disputantes, addendum professioni Fidei a Synodo Calcedonensi editae contendebant *vnus de Trinitate esse crucifixum*; oblati etiam libellis coram Pontificis Romani Legatis; a quibus quum detecti fuissent, Romam ad Hormisdam ipsum confugerunt, vbi expectate Legatorum reditum iussi, tumultuari ac turbare omnia coeperunt.

Insolens haec agendi ratio, rerumque sub Eutylichianis et Petro Tom. IIII.

(18) Lib. 1. cont. Eutylich. cap. 10.

Cnaphéo gestarum memoria in causa fuerunt, ut Monachi illi in suspicionem Eutythianae haeresis ducerentur, cuius etiam insimulati nonnulli sunt; atque ut in eos Hormisdas Summus Pontifex animaduerteret: illos tamen quamuis tumultuose et turbulenter se gesserint, ab haeresi Eutythiana immunes fuisse propugnant Petaulius, (19) Natalis Alex. (20) Bertius, (21) alii, quos pro lubitu consulere quis poterit.

At insurrexere, Scyrtatum tumultu compresso, Monachi alii quos Acoemetas seu Insomnes vocabant, qui cum Nestorianis negabant esse confitendum, *Beatam Mariam vere et proprie Dei Genitricem, et unum de Trinitate incarnatum et carne passum*; ut constat ex Breuiario Liberati Diaconi (22) et ex Epistola II. Ioannis Papae ad Iustinianum Imperatorem. Miserant autem illi Legatos duos ad eundem Ioannem, ut opinionem suam propugnarent coram eo, atque ad probationem obtinerent. Miserat etiam suos Legatos Imperator, quibus auditis, Acoemetas obstinato animo perseuerantes pro haereticis Nestorianis damnauit; ac ecclesiastica communione priuauit. Adprobauit igitur Romanus Pontifex Ioannes, ac rectissime quidem, pronuntiatum illud *unus de Trinitate passus est*, aduersus Nestorianos et Acoemetas; atque sic adprobans, Scythas Monachos ipsorum aduersarios ab omni haeresis suspicionem purgauit. Reprobant vero Felix et Hormisdas idem enuntiatum, ut Trisagii additamentum, recte etiam, in Eutythianorum sensu, qui *passum Deum Verbum in ipsa Diuinitate* adfirmabant. Hinc adparet catholico illo superaddito sensu, quo *unum de Trinitate passum et crucifixum carne* adseratur, orthodoxam prorsus esse enuntiationem illam. Et haec de primo adpendicis capite.

Alterum est famosa de tribus Capitulis controuersia, cuius ortum ex Origenis damnatione Iustiniani Imperatoris Edicto peracta, repetendum existimat Petaulius. (23) Hanc enim aegre ferens Theodorus Caesariensis, vatum illud excogitauit, ut Imperatorem adduceret ad tria quaedam damnanda, quae in Calcedonensi Concilio adprobata videbantur. Primum Theodori Mopsuesteni scripta, qui Origenem acerrime impugnat. Tum Ibae Edesseni Epistolam ad Marium Per-

(19) Lib. v. Theol. Dogmat. de Incarn. cap. 2.

(20) Dissert. II. Sec. 6.

(21) Lib. xxvii. cap. 6.

(22) Cap. xx.

(23) Theol. Dogm. de Incarnat.

lib. I. cap. 18.

Persam, qui et Cyrillum eiusque contra Nestorium scripta reprehenderat, et Mopsuestenum magnis laudibus exornabat. Tertio Theodoretii commentarios aduersus Cyrilli Anathematismos. Hinc factum est, ut quo tempore Acephalos Edicto compressurus Iustinianus sperabatur, per Theodoram eiusdem secae, coniugem Imperatoris, egerit Theodorus fraudulenter, ut tria illa Capitula condemnaret, quae in Synodo Calcedonensi Acephalos potissimum offendeabant. Hoc enim pacto comprimendos illos statim et ad concordiam redituros adseribat. Quod facile Iustiniano persuasum est, homini nempe ad talia tentanda praecipiti, et pacis ac concordiae in Ecclesia restituendae cupido.

Itaque Edictum exiit ab Iustiniano aduersus tria Capitula, anno iuxta Baronium et Petaulium 546; vimque omnem adhibuit ut a Vigilio Papa eorundem capitulorum damnationem extorqueret; quam tandem obtinuit edito a Romano Pontifice decreto, quod *Iudicatum* vocauit, in quo tria illa capitula damnauit; sed tamen *salua Synodi Calcedonensis reuerentia*. Quo facto, Afros, Illirios, Dalmatas, aliosque trium capitulorum defensores alienauit; in primisque Facundum Hermaniensem Episcopum Africanum, qui luculento opere in libros XII. partito illorum propugnationem suscepit. Sed neque Iustinianus ipse *Iudicatum* eiusmodi comentus, institit ut sine vlla Concilii mentione illa ipsa proscriberet. Quo reuente, dissidisque perescentibus, Imperator, Theodoro Cappadocae vrgente, Edictum publice proposuit anno 551: cui Vigilius reclamans in Theodorum malorum omnium auctorem, necnon et in Menam aliosque Episcopos, excommunicationis et depositionis sententiam tulit; quam tamen minime duxit publicandam.

Ob haec facta ira perditus Imperator male Vigilium immaniterque persecutus est; donec Pontificis constantia superatus, quem nec honorifica legatione missa emollire poterat, Edicta sua sustulit; atque v. Synodum generalem super tribus capitulis haberi coepit anno 553. Ad hanc Vigilius saepe inuitatus adesse noluit; immo *Constitutum*, sic enim vocant, fecit, in quo aduersus Theodorum ipsum, Theodoretum, et Ibam decerni aliquid vetuit. Ast nihil ea re absterisit Graeci Synodum absoluunt collationibus octo habitis; in quarum postrema tria capitula damnationi subiecta fuerunt. Huic autem concilii damnationi ceterisque in ea Synodo gestis subscripsisse Vigilius Graeci Scriptores perhibent. Quidquid tamen de Vigilio statuen-

dum sit, certe Vigilii successores Romani Pontifices Synodo illi robur et auctoritatem Oecumenicae tribuerunt.

Ex quibus per summa licet capita adductis apertissime liquet, damnationem trium capitulorum non abrupte, inconsiderate, imprudenter fuisse factam, sed facto regulari conuentu et aequitate seruata; proinde iure meritoque tanquam Nestoriana relecta et anathematizata. Sed iam appendicis fines forsitan praetergressi sumus. Qui plura desideret, adcat Natal. Alex. (24) Petauium, (24) alios.

CAPVT XII.

De duplici Christi voluntate duplici etiam operatione agit.

Duae sunt in Christo post naturarum vnionem voluntates naturales. Duae quoque operationes.

In dogmate priore consentientes experimur haereticos Monothelstas, qua parte diuinam in Christo voluntatem statuit. Et quidem in eo fuisse constat ex ipsis Christi Domini verbis Lucae xiii. vbi dicit: «Ierusalem quae occidis Prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties voluit congregare filios tuos,» cet. Rursus Ioannis v. ait: «sicut Pater suscitatur mortuos et viuificat; sic Filius quos vult viuificat.» Quibus in locis de diuina voluntate se loqui vel ipsa verborum expressio designat.

Probandum itaque dogma de voluntate humana est, ac primo quidem ex Scripturis. Matth. xxvi. sic Christus vt homo loquitur: «Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.» Et Lucae xxii: «non mea voluntas, sed tua fiat.» Item Ioan. vi: «descendi de coelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.» Quibus sane Christus ipse indicat se habere voluntatem propriam, nempe humanam, a voluntate Patris distinctam: diuina enim Christi voluntas vna eademque est cum voluntate Patris.

Scripturis accedit Patrum auctoritas. Athanasii locus celebris est: (1)

(24) Dissert. xv. in 6. Sec.

(1) De Adu. Diuini Verbi cum

(25) Lib. 1. Theol. Dogm. de Incarn. et aduer. Arianos, tom. 1. carn. cap. 18.

» et quum ait, Pater si fieri potest transeat calix iste: verumtamen notis
» mea voluntas fiat, sed tua: et spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: duas hic voluntates ostendit, vnam videlicet humanam: nam quae est carnis propria, alteram diuinam. Nam humana propter imbecillitatem mortem deprecatur: diuina vero ipsius est promta.

Augustinus sic loquitur: (2) » in hoc quod ait, non quod ego volo, aliud se ostendit voluisse quam Pater; quod nisi humano corde non posset, quum infirmitatem nostram in suum, non diuinum sed humanum transfiguraret adfectum. « Habent similia Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Ambrosius, Leo Papa, aliique, quum Graeci, tum Latini.

Patribus accedunt Concilia, in quibus aperte duas esse in Christo voluntates Ecclesia professus est. Horum primum et celeberrimum fuit Constantinopolitanum iii. et Oecumenicum vi. de quo in capite sequente verba faciemus. In hoc vero complurium aliarum Synodorum decreta continentur. Huic addenda Lateranensis Synodus sub Martino I. Pontifice Romae celebrata: in quibus omnibus voluntates duae in Christo adsertae sunt ac comprobatae. Quam definitionem ratam habuerunt posteriores catholicae Synodi, tam generales, quam per Praeuiencias indictae.

Suffragatur eidem dogmati theologica ratio, eaque multiplex. Prima est: In Christo, quoniam perfectus erat Deus perfectusque homo, nihil prorsus deerat ad humanae naturae perfectionem spectans, et ad veritatem diuinam: at voluntas humana ad perfectionem humanae naturae spectat, spectat etiam ad veritatem naturae diuinam, eique competit diuina voluntas: sicut ergo duae in Christo sunt naturae humanae et diuinae; ita duplex, humana nempe et diuina voluntas. Vtitur hac argumentatione post Cyrillum aliosque Patres, S. Thomas. (3)

Secunda sit: Christum habuisse humanam intelligendi facultatem, apertissime ex eo colligitur, quod assumeret humanam naturam perfectam: et colligitur ergo habuisse illum humanam volendi facultatem. Est argumentatio Sophronii in Synodo Lateranensi.

Tertia esto: Posita vna tantum voluntate in Christo, et ponatur necesse est vnam eandemque personam voluntate eadem ante Incarnationem omnia fecisse ex nihilo, et post Incarnationem cibum adpetere, aliaque facere quae temporalia ac mutabilia sunt. Hoc ad-

(2) Lib. 5. contra Maximum cap. 10.

(3) III. P. q. 18. art. 1.

rere impium atque absurdum est: ergo et vnam tantum voluntatem adserere. Sic argumentabatur Maximus. (4)

Atque duas Christi voluntates non personales esse, sed naturales, Augustinus praecipuis docet, (5) scribens: »motus animi quid est nisi motus naturae? Animus enim sine dubitatione natura est. Proinde voluntas motus est naturae, quoniam motus est animi.« Et paulo post: »cur ergo negas clausis oculis res apertas, de natura hominis offiri hominis voluntatem? Tum: »ipse animi motus, cogenere nullo, voluntas est.« Idem ac Augustinus docet Ioannes Damascenus, (6) proprietates naturales et indiuinas discernens, prioresque eas esse dicens: ex Patrum sententia, quae insunt omnibus sub eadem specie comprehensis: velut hominis propria natura.

Ex quibus Patrum dictis haec deponuntur argumenta. I: Naturalis certe dicendus est motus ille, qui ex anima et natura sibi indita facultate ortum ducit: huiusmodi est humana Christi voluntas: naturalis ergo illa est.

II: Naturalia proculdubio ea sunt, quae sine magistro ac disciplina parantur; vti viuere, ratiocinari, cibum ac potum adpetere, et similia: huiusmodi est velle: naturalis igitur est Christo vt homini voluntas.

Sed prae aliis omnibus memorandum est illud argumentum Damasceni, quo naturalem, non personalem voluntatem illam esse ostendit. (7) Si enim personalis esset in Deo voluntas, tot in Deo voluntates quod personae distinguerentur, scilicet tres: ar istud nemo vnus ex Patribus vnquam docuit; sed docuere omnes, Patrem non qua Pater est, hoc est, quatenus personalem habet proprietatem, velle, sed qua Deus est; quemadmodum et Filium et Spiritum Sanctum: ergo.

Secundam propositionem demonstrant argumenta hactenus producta: quinimo adeo clarius et evidentius est operationes duas esse in Christo, quam naturas, vt ad hoc probandum illud adsumi soleat. Sed placet aliqua Partum argumenta superaddere. Primum est illud quod versat Damascenus: (8) impossibile prorsus est vnam et eandem operationem diuinam simul et humana praestare: non enim res vlla intra naturae suae sinus consistens; contraria efficere potest:

(4) In Disp. cum Pyrrho.

(5) Lib. v. contra Iulianum.

(6) Lib. de duab. volunt.

(7) Lib. ii. cap. 14.

(8) Lib. v. cap. 15.

sicut ignis calorem pariter ac frigus: ergo nec eadem illa natura Christi contraria moliri secumque pugnantia potuit.

Secundum offert Agarho Papa: (9) si vna dumtaxat esset in Christo operatio, ea vel simplex esset, vel composita: si simplex, vel solius Dei esset propria, vel hominis solius: si composita, multa ex eo absurda sequerentur: velut creatam simul et increatam esse: tum neque Deum, neque hominem esse Christum; sed mixtum aliquid ex utroque. Duae ergo diuersae Christi operationes sunt. Vrget quoque hoc argumentum Maximus. (10) Qui insuper tertium istud exhibet: si vna tantum in Christo operatio esset, necessario vel creata esset, vel increata: nihil enim inter duo haec mediar. Si creatam dixeris, nullam nisi creatam naturam inesse monstrabis. Si increatam, solam inesse diuinam: repugnat ergo vnica in Christo operatio.

CAPVT XIII.

Monothelitarum haeresis specimen traditur. Quae in eiusdem subditum proferuntur argumenta enervantur.

Quos reuera Auctores amentiae suae habuerint stolidi Monothelitae non est difficile designare. Ex dictis siquidem constat praelusisse execrando huic dogmati Manetem, Arium, Apollinarem, Eutychem, alios: et quod prorsus incredibile videtur, etiam Nestorium. Nam priores illos qui vel nullam aliam, veram quidem ac solide extrantem, naturam Christo tribuerunt praeter diuinam; vel humanam tribuerunt, non illam quidem integram, sed intellectum ac ratione carentem; vel istam in diuinam absorram fuisse dicebant, et in vnam coaluisse naturam: hos inquam omnes vnam tantum voluntatem et operationem in Christo adseruisse, non valde mirari subit. Quod sane vel maxime mirandum nonnullis videbitur in Nestorio, qui ex huius haeresis imprudenti confutatione ortam Monothelitarum sectam opinantur: quos inter Serrius Patauinus Antecessor vnus est, qui dissertis id verbis statuit. (1) Sed quem deceptum alias in designando Nestorianae haeresis ex Euychiana ortu prodidimus, et in hoc deceptum iudicamus.

Equidem singulare prorsus est quod adserimus; habemus tamen lo-

(9) In Synod. vi. art. 4.

(10) In Disput. cum Pyrrho.

(1) Disp. ii. de Deo homine facto, Praelect. i.

locupletissimos huius rei testes; Maximum nempe Monachum, eundemque Martyrem; (2) Abbates item et Orientales Monachos, qui Lateranensi Synodo interfuerunt, libellumque contra Monothelitas obtulerunt; (3) ipsum etiam Nestorium, ex cuius verbis id ipsum ostendit Agario Romanus Pontifex. (4) Sunt vero huiusmodi: (5) inconfusus custodimus naturas, non secundum substantiam, sed voluntatis tantum arbitrio copulatas, propter quod earum vnam voluntatem et operationem et dominationem statuimus dignitatis aequalitate ostensas. (6)

Itaque Monothelitarum error consecrarium quoddam fuit et adpendicula haeresis Eutyriatorum, et vt vniuersae loquar, Monophysitarum. Peculiaris autem in eo Monothelitarum secta fuit, quod duabus in Christo admissis naturis, aut expresse saltem non denegatis, voluntatem vnam vnanque operationem constituerint. Nec tamen vnam eandemque huiusmodi fabulae explicandae rationem ipsi amplexi perpetuo sunt. Nam primo communis et vsitata illa fuit, quae vnam et simplicem in Christo voluntatem et actionem tueretur. Postea Catholicorum disputationibus fracti atque confusi, ne Monophysitarum haeresis toties anathematizatae adfines viderentur, ac vnam in Christo naturam adserere, duas fassi sunt operationes ob diuersitatem naturarum, sed duas vnam propter vnitatem. Rursusque nefarii dogmatis inuidiam non ferentes, eo confugerunt, vt nec vnam voluntatem, nec duas in Christo nominandas putarent; quod neutrum in Scriptura, in Synodis, aut Sanctorum Patrum monumentis diserte significaretur. Versatilem hanc inconstantemque agendi rationem prodit et exagitat Maximus Martyr. (6)

Leui sane ex re ac propemodum ridicula ortum haeresim hanc habuisse graeci annales perhibent: (7) nempe ex colloquio Heraclii Imperatoris cum Athanasio Iacobitarum Patriarcha habito; homine quidem Eutyriana labe foedato, vafro ac subdolo, vtpote Syro genere. Morem enim ille gerens Imperatori, vt Patriarchalem Sedem adsequeretur, Calcedonense Concilium adprobare, duas in Christo naturas profiteri coepit: atque astute quaestionem de voluntate et actione Christi duplicem credere oporteret, an vnicam Heraclio

(2) In Disput. cum Pyrrho.

(3) In Secret. 62.

(4) In Epist. Synod. in vi. Synod.

recitata.

(5) Ex lib. II.

(6) In Collat. cum Pyrrho.

(7) Teop. Miscel. Cedren.

vicissim proposuit: vt scilicet haesitantem illum ad huiusmodi percontationem, Sergium Patriarcham Constantinopolitanum consulere cogeret; qui, et ipse Syrus, et eiusdem clanculum defensor haeresis, quae vnicam in Christo naturam, vnam quoque voluntatem et actionem agnoscebat, consentaneum errori suo responsum dedit.

Accitus posthac ab Heraclio Cyrus Phasidis Episcopus, ad eum venit; cui quum Epistolam ostendisset Imperator, quam ad Arcadium Cyprum Archiepiscopum aduersus Paulum haereticorum primatem, in qua duas operationes fuisse Christi negabat; scripserat, nouitate percussus se non nihil addubitasse ac resitisse, Cyrus ipse refert: (8) donec litteris Sergii idem adseuerantibus ab Heraclio acceptis, ei sese adiunxit, ad eumque scripsit. Sed locus fuit iste colludentium inter se perditorum haereticorum, a quibus deceptus Imperator in foedissimam haeresim impexit, in quam primarios illos Antistes cum Athanasio Iacobita consentire animaduertit. Paulo post in Sedem Alexandrinam translato Cyro, communicatis cum Theodoro Pharanis Episcopo simili labe contacto consiliis, robur ac incrementum haeresi illi accessit.

Erat tunc Alexandriae Sophronius Monachus, vir doctus peraeque et sanctus; qui quum vehementer apud Cyrum instisset vt ab errore eum reuocaret, nec tamen impetrasset, Constantinopolim ad Sergium occurrit, eiusdem auctoritatem aduersus Cyrum implorans: irrito tamen labore; nam eo deducta res tandem fuit, vt inter illos conueniret, vtriusque suppressendam esse mentionem, ac nec vnam, nec duas voluntates et operationes esse nominandas. Sed Sophronius Hierosolymorum factus Episcopus, celebrata Synodo haeresim nascentem damnauit, ac Epistolam bene longam ad Sergium scripsit, in qua distincte duas operationes adstruit. Quin et ad Honorium Romanum Pontificem litteras per Stephanum Dorensem Episcopum misit, quibus de noua haeresi certiorum illum redderet: Quem tamen ab ipso Sergio de his quae a Cyro et Sophronio fuerant gesta scriptaque, instructum, non sine maligna interpretatione, Sergii consilium probasse, vt nec vna nec duae voluntates et operationes in Christo nominarentur, retinendae, vt aiebat, concordiae gratia, certo scimus: scimusque proinde errori vires illum addidisse. Ergo et Monothelitarum classi iure adiungendus Honorius? Iudicium in capitis adpendice proferemus?

Tom. IIII.

K

Mo-

(8) In Epist. ad Serg. in vi. Syn. act. 13.

Moritur post haec Honorius, cui Severinus successit; sub quo Pontifice Heraclius, auctore Sergio, Fidei *Ecthesim*, seu expositionem promulgauit, qua vnicam Christi operationem et voluntatem adseuerauit quidem, sed quasi aliud agens; quum discrete ac palam constitueret; ne quis vnam vel duas operationes et voluntates nominaret. *Ecthesim* probauit Sergius ipse Synodo habita, atque primarii Templi foribus adfixit; eandemque acriter propugnauit Pyrrhus Constantinopolitanus Monachus ac Presbyter, eiusdem cum Sergio particeps haeresis; inque illius locum ac sedem subrogatus eo defuncto. At Imperator, vbi comperit *Ecthesim* suam ab Occidentali Ecclesia et Romano Pontifice reiectam, inuidiam non ferens, scripta ad Ioannem Papam IV., qui Severinus successerat, Epistola professus est, non se, sed Sergium auctorem illius fuisse; ex quo *Ecthesis* Sergii appellari coepit. Interea Pyrrhus, populari seditione exagitatus, Constantinopoli profugit atque in Africam se recepit, vbi cum Maximo Monacho sanctissimo et doctissimo celebrem collationem habuit; atque conuictus, manus veritatis dedit, ac Romam veniens, Theodoro Papae libellum obrulit, quo Monothelismum abiurauit: verum ad vomitum rediens, ab ipso Theodoro depositus et damnatus est. Eandem depositionis sententiam tulit in Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, ipsius Pyrrhi loco suffectum, qui Imperatoris Constantis patrocinito, *Typum*, hoc est, Fidei formulam composuit; in qua simulato pacis zelo, prohibuit ne quis vnam vel duas in Christo naturas usurparet; re tamen ipsa catholicum dogma euertere conatus est: tamen non ita expresse ac *Ecthesis* auctor.

Damnauit hunc *Typum*, Constantis dictum, Martinus I. Romanus Pontifex, seu potius Lateranensis Synodus 103. Episcoporum ab ipso Romae coacta: damnauit et *Ecthesim* Sergii vna cum ipsi Pyrrho, Sergio, Cyro, Theodoro, et Paulo.

Denum Constante Imperatore Syracusis in Sicilia per in idias occiso, Constantinus eius filius cognomento Pogonatus, id est *barbatus*, in augustam dignitatem successit; pius sane et catholicus Princeps; qui imperii tranquillitate constituta, ad pacem Ecclesiae recuperandam consilia sua reuocauit, itaque generale Concilium anno Christi 1043. celebratum Constantinopoli est, Agathone Romano Pontifice, qui Legatus ad illud missus. Coeptum est 7. Nouembris in Secreto Palatii, qui Trullus vocabatur, et octodecim actionibus terminatum anno 1043. die 16. Septembris.

In

In hoc Concilio quinque prioribus Sessionibus adprobatis, in vi. Monothelitarum haeresis damnata est; factumque decretum de duabus in Christo voluntatibus, totidem naturalibus actionibus. In eo quoque nominatim notati illius haeresis Principes sunt, Sergius nempe, Theodorus Pharanitanus, Cyrus, Pyrrhus, Paullus, ac plurium sententia etiam Honorius I. Pontifex Romanus: damnati quoque sunt Macarius, Stephanus, et Polichronius adhuc viuentes.

Atque haec est Constantinopolitana tertia, sexta ordine post Nicacenam, Oecumenica Synodus a Leone II. Romano Pontifice probata; quae teterrimam illam bestiam variis Synodalibus confixam decretis, postrema, eademque lethali plaga confecit.

Quibus autem argumentis vsi sint Monothelitae ad tam stolidi dogmatis faciendam fidem videamus. Primum hunc in modum adstruebant; vt ex Epistola Sergii ad Honorium (9) adparet: diuinorum mens et sententia Patrum fuit, numquam intelligente anima praeditum Domini carnem, seorsim ac proprio impulsu, contra naturam vnti ipsi secundum hypostasim Dei Verbi naturalem peragisse motionem: sed quando, qualem, quantamque Deus ipse Verbum volebat. Quod ex Gregorii Nysseni verbis Sergius probare nititur: videlicet: (10) »ita Diuinitatem per corpus quod induit, communem omnium reuera salutem operati, vt propria sit carnis permissio, Dei vero sit operatio.«

Pyrrhus vero idipsum euincere adgressus est, locum hunc Cyrilli (11) in disputatione cum Maximo obiciens: »Christum vnam cognatam operationem per ambas naturas ostendisse.« Ac vnuerse Monothelitae id ex Dionysio apertissime colligi existimabant, (12) vbi scripsit: Christum »non humano modo propria hominis egisse; sed »quum vix esset factus Deus, vnam quandam Dei virilem operationem viuendi genere instituisse.« Alia etiam testimonia obicere conueperunt; vclut ex libro quem Mezas Constantinopolitanus ad Vigilium scripsisse ferebatur; necnon et ex aliorum Patrum scriptis. Ex quibus illud subinferebant, Patres vnam voluntatem, vnamque operationem in Christo agnouisse.

Secundum sic e ratione dicebant: Actiones, necnon voluntates hypostasim sequuntur, non naturam; adeoque multiplicari pro numero hypostaseon, non vero naturarum: quom igitur Christus vnus vltens

K 2

lens

(9) Act. xii. vi. Synod.

(11) Lib. iv. in Ioan.

(10) Eadem Act.

(12) In Epist. ad Calum.

lens sit, necessario sequitur vnam esse in illo voluntatem seu voluntionem.

Deinde : haud possunt voluntates duae in vna eademque esse persona, nisi contrariae illae sint : ergo.

Ad duplicem hanc rationem a Monothelitarum principibus excogitatam reducuntur ceterae ab haereticis istis oblicite solitae. Videlicet : nequeunt in Christo propugnari duae voluntates aut duae operationes naturales ; quoniam quod naturale est, non liberum, sed necessarium est : voluntas autem, vt et rationalis naturae operatio, liberae prorsus sunt.

Deinde : instrumenti ac principalis causae vna eademque est operatio : quum ergo Christi humanitas Diuinitatis instrumentum sit, vt loquuntur Cyrillus (13) et Athanasius, (14) vna sit in Christo operatio opus est.

Similiter : Verbum Diuinum in Incarnatione non assumpsit id quod habet : alias et personam humanam assumpsisset, sicut carnem assumpsit : sed habet voluntatem qua natura humana potest velle, quemadmodum habet personam qua humana natura potest subsistere : non ergo humanam assumpsit voluntatem.

Practerea : vbi vnum tantum est operatum, ibi et vna tantum operatio esse poterit : at vnum idem est Diuinitatis et humanitatis in Christo operatum ; scilicet sanatio caeci et resurrectio mortui, vna ergo operatio in Christo est.

Demum : sicut esse proprium hypostasis est, ita et operari : sed propter vnitatem hypostasis in Christo est vnum esse ; ergo et vna operatio.

Ad omnium itaque quae obiecta sunt, solutionem veniamus. Atque ab eo, quod ex Patrum auctoritate sumtum est argumentum, hoc ordine respondemus : Nihil in Gregorii Nysseni dicto ambiguum esse, nihil difficile, nihil denique quod Monothelitarum faueat errori : natura quippe hominis agendo patitur, quum res quaelibet creata ex eo patiatur, quod moueatur ; quoniam scilicet alterius mouentis impressionem admittit et in se recipit : hinc quum de operationibus creatis sermo habetur, aptissime *passiones* comprehendimus. Quod si vna propterea in Christo deberet esse operatio, quod solius Diuinitatis proprie sit actio, humanitatis autem passio ; eadem consequentiae necessitas efficeret, vt vna sit in eodem Christo natura Dei : quae sola est operatrix et actiua.

(13) In Dial. de Incarn.

(14) Orat. vi. cont. Arianos.

Cy-

Cyrillus autem non voluit, vt exponit Maximus, vnam duarum naturarum operationem esse, sed Diuinitatis dumtaxat ipsius vnicae fuisse, tam ante quam post susceptum hominem : atque ita Verbum carnem factum diuinam *virtutem*, qualem antequam homo feret, et cum Patre communem explicuisse per carnem in extraordinariis operibus ac miraculis faciendis. Aliter Cyrillum ; idem Maximus, et vt nobis videtur, probabilius exponit ; (15) adfirmans scilicet, vnam et eandem vocari actionem naturarum duarum et cognatam, propter artissimam earum copulationem ; qua fit, vt quemadmodum natura hominis assumpta, sic huius actio diuina sit et Verbi propria.

Dionysii demum testimonium dum nobis Monothelitae oblicunt, malam ipsorum filem ineptiamque ostendunt : nam in Graeco habetur *nouam quandam operationem Theandricam*, cet. non *vnam*, vt Cyrillus dolose commutauerat. Vocauit dein Dionysius nouam operationem, vt demonstraret nouam atque mirabilem Christi conuersationem secundum vnionem inexplicabilem et arcanam. Vox enim illa *nouae operationis Theandricae* quadam per numeratas naturas circuitione, earundem operationes designat. Etenim si vna tantum noua illa operatio foret, et vna eademque foret in Patre ac in Filio ; quum virtusque eadem opera sint inspecta natura Diuinitatis, quod certe disonum absurdumque est. Theandricas igitur operationes ex Dionysio nos adpellare didicimus ; sed non vnam atque indiuisam.

Itaque quum Christus Deus homo sit, omnis proinde illius operatio *Theandrica* est ; adeo vt siue operationis principium sit natura diuina siue humana, omnis eius operatio Dei hominis fuerit. Quoniam vero nulla operatio proprie dicitur personalis, sed adpellanda est naturalis, operationem Theandricam illam proprie vocamus, quae ab vtraque natura efficienter est, vt miracula virtute Diuinitatis et tactu carnis patrata. Reliquas, aut diuinas aut humanas adpellabimus, prout ab vna vel altera natura prodierunt : scilicet adpellabimus diuinas operationes *dimittere peccata, dare Spiritum Sanctum*, similesque ; humanas vero *dormire, manducare, ambulare*, aliasque. Semper tamen vtraque natura cum altera coniunctim operabatur ; ac humana quidem ad naturam Diuinitatis ; sicut non esset vnica quaelibet operatio, virtusque naturae proprietatis, vel effectus.

Et his solum vndequaue erit argumentum ex Patrum auctoritate a Monothelitis ductum. Quae enim testimonia aliunde opponere

(15) In Epist. ad Nicandrum.

po-

puterant, vel ex libris suppositis corraserunt; qualem esse eum, quem Menas ad Vigilium scripsisse fertur, iudicauit Synodus vi.: (16) vel aliquod Patrum sententias ex germanis alloquin illorum scriptis excerpterunt, sed nec integras, nec ex fide, aut ad Auctorum sensum explatas; vt in ipsa generali Synodo palam ostensum fuit.

Ad argumentum ex variis rationibus integratum varias quoque responsiones dabimus. Ad primam quidem, cum S. Thoma, (17) quod operari est hypostasis subsistentis, sed secundum formam et naturam, a qua operatio speciem recipit: et ideo a diuersitate formarum seu naturarum est diuersa species operationum: sed ab unitate hypostasis est vnitas secundum numerum quantum ad operationem speciei. . . . In Christo oportet quod sint duae operationes specie differentes secundum duas eius naturas: quaelibet tamen operationum est vna numero in Christo simul facta, sicut vna ambulatio, et vna sanatio. «

Ad secundam dicendum: Haud sequi ex catholica sententia, quod Monothelitae colligunt: fuisse nempe duas contrarias inuicemque pugnantibus voluntates in Christo: nam diuina Christi voluntas mortem praecipiens, non absque dolore subeundam mortem praeeperat; humana autem diuinae obtemperans, experta licet fuerit sensuum adfectione mortis horrorem humanitati connaturalem, non tamen sine poena rationem perierit, vt obtemperaret inuita, sed in infirmitate carnis iunctam spiritus fortitudinem praeseferens. Legimus enim Marci xiv.: «spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.»

Tertia rationis probatio falsa prorsus est: naturale enim est quicquid naturae est inditum, proprium, et concretum; sed et naturale etiam appellari potest, quod non est in natura intelligente inuitum, vt loquitur Cyrillus contra Theodoretum aduersationes. (18) Priori itaque acceptione quod naturale est, necessarium interdum dicitur, hoc est, liberam anteuerens electionem. Secunda vero acceptione naturale est, quod ex naturae proprietate cum libera electione procedit. Naturales igitur sunt et voluntates, et operationes Christi.

Quarta argumentatio speciem probabilitatis habere videtur; quae tamen facile euanescit ex S. Thomae doctrina. (19) Ex ea enim habemus duplex instrumentum esse: alterum artificiale, quod agendi principio caret, et sola mouentis impressione agitur; naturale alterum vel

(16) Act. xix.

(17) Ill. P. q. 19. art. 1. ad 3.

(18) Cap. iii.

(19) Ill. P. q. 19. art. 1.

substantium, quod propria forma, et efficiendi vi ac potestate praeditum est, ideoque priuatam habet, et confert in opus effectiorem. Posterioris huius generis est in Christo natura hominis, quae propriam exercet actionem; nec tantummodo patitur impellentis, et ad opus adhibentis causae principalis impetum, ac motionem excipit.

Ceterum diligenter animaduertere oportet, ipso S. Thoma praecente, naturam hominis in Christo duplicis quodammodo instrumenti rationem in se continere; naturalis scilicet, et naturam excedentis, siue supernaturalis: ex quo fit consequens, partim duas, partim vniam dici et esse virtusque naturae operationem: etenim si ad illa respectum habeamus quae ab homine naturaliter proficiuntur: vt sunt intelligentia, voluntas, loquutio, contactus, cet.; propriam habuit humana Christi natura functionem, atque a Verbi operatione distinctam: et hoc modo duae fuisse dicuntur actiones, quibus totidem respondent effecta: diuinae quidem ea, quae Verbum subiectam sibi naturam suauiter qua velle ciebat: humanae vero consensio voluntatis, et ad exequendum facultatum corporis, velut manus ad contingendum, applicatio. Ast si maiora illa et viribus humanis altiora spectemus, quae contactu suo vel sermone effecit Christus; vt est caecitatis abstersio, mortuorum ad vitam reuocatio, aliaque huiusmodi miracula, quorum naturalis causa non fuit humana natura; non erat certe mirabilium illorum operum efficientia duplex; ita vt vna diuinae propria esset, humanae altera; sed vnica dumtaxat operatio Diuinitatis, quae humanae naturae actione tamquam instrumento vti voluit.

Quod quinto loco ponitur falsum omnino est: nam Verbum absque intellectum habuit, et tamen intellectum assumpsit humanum; vt ipsi Monothelitae aduersus Apollinaristas admittebant. Insuper diuina voluntas haud valet naturam humanam volentem reddere, sicut neque diuinus intellectus eam reddere intelligentem: valet tamen diuina subsistentia; quin reapse reddit naturam humanam subsistentem. Et huius quidem discriminis haec habetur ratio: Quoniam sicut nulla natura alieno intellectu intelligere potest; ita neque libera esse, seu volens aliena libertate ac voluntate: praesertim in Christo, cuius libertas humanae capax meriti, subiectionis, et obedientiae esse debebat; quorum libertas et voluntas diuina incapax est. Hinc voluntas humana nedum a diuino Verbo adsumi potuit; sed et adsumi necessario debuit, quum ad humanae naturae integritatem, tum vt Verbi vnio, quae non fuit in vnitatem naturae facta, haberet omnia quae

naturae diuersitatem consequuntur. At non assumit Verbum humanam subsistentiam, quia nec adsumi illa poterat, nec si adsumisset illam, vnio Verbi in personae vnitatem esset facta, quemadmodum factam profitemur.

Sextum ex his quae superius dicebamus, soluitur: Placet tamen haec ex Sancto Thoma addere: (20) «aliud est proprium operatum operationis diuinae, et operationis humanae Christi: sicut operatum proprium diuinae operationis est sanatio leprosi; operatum autem proprium humanae naturae est eius contactus. Concurrunt ambae operationes ad vnum operatum, secundum quod vna natura agit cum communione alterius.»

Postremae rationi sic S. Thomas occurrit: (21) «quod esse et operari est personae a natura: aliter tamen et aliter. Nam esse pertinet ad ipsam constitutionem personae: et sic quantum ad hoc se habet in ratione termini: et ideo vnitas personae requirit vnitatem ipsius esse completi et personalis. Sed operatio est quidam effectus personae secundum aliquam formam vel naturam: vnde pluralitas operationum non praecudat vnitati personalis.»

APPENDIX.

Vt hanc de Monothelitum haeresi disputationem finiamus, superest vt de Honorio Papa I. dicamus, cuius nomini conflata inuidia est propter eiusdem haeresis suspicionem; quique inter Monothelitum principes in vi. Synodo notatus et damnatus legitur. Pauca tamen de hoc argumento libabimus, quod illud plerique catholici et eruditi Viri adcurate pertractauerint, atque hinc inde discussierint. Arriter sane nobis illorum iudicium, qui Monothelitum fraude circumuentum Honorium atunt, simplicique ac bona fide responsum ad illa dedisse, quae callidissime eidem in sua Epistola Sergius reulerat. Significauit enim hic duobus in Christo operationibus positis, voluntates quoque poni duas, contrarias inuicem ac repugnantes: quas dum Christo denegabat, ambiguo sensu sumebat: scilicet vt in Christo non nisi diuinam esse, humanam deesse voluntatem doceret: idque hominum exemplo monstrabat, in quibus innata et domestica pugna est, quam in se agnoscit, deploratque Paullus ad Romanos scribens capite septimo; quamque in nobis non alia de causa fieri aderebat, nisi quod diuersae sunt voluntates, carnales nempe et spirituales: quo ex fonte

(20) Ill. P. q. 19. art. 1. ad 5.

(21) Ibidem ad 4.

peccati labes et corruptela nascitur. Quumque hoc inter Christianos constet, Christum scilicet Dominum non modo non peccasse; sed nec peccare potuisse, vt omnes prorsus aditus peccati obstruerent, diuersitatem tam operationum, quam voluntatem auferre se dicebat, ne repugnantiam induceret.

Verum haereticus iste controuersiae statum alio subdole transtulit, atque duas illas voluntates, quarum repugnantiam ad suum dogma comprobandum admododauit, non eiusdem cum iis generis constituit, quas in suo dogmate praeferebat: nam voluntates illae, quas Christo detrahere volebat, humanae sunt et diuinae; ex quibus hanc solam relinquebat; quas autem in exemplum adtulit tam hominibus innatas vereque inter se pugnantes, quam in Christo non reipsa, sed in speciem dumtaxat contrarias, eae non humanae et diuinae, sed humanae sunt ambae, nimirum superioris animae partis et inferioris; quorum haec carnis, illa spiritus adpellari solet. Etenim duae istae vere inter se confligunt in nobis; in Christo vero non erant contrariae.

Hanc Sergii calliditatem non intelligens Honorius I. Romanus Pontifex, hominis haeretici indicium ac sententiam laudauit, eidem rescribens, vnam in Christo voluntatem confessus, hoc dicit sui momento adlato: «quod a Diuinitate natura nostra est adsumta, non culpa: nimirum natura eiusmodi qualis ante peccatum condita est, non quae post transgressionem deprauata est.» (22) Haud denegauit ergo Honorius absolute duas in Christo voluntates, sed duas voluntates contrarias; cuiusmodi reperiuntur in nobis ex corrupto naturae statu; totusque in eo fuit, vt vitiatam et Adami labe corruptam naturam minime a Christo adsumtam fuisse adstrueret, sed incorruptam et integram; quae vacua sit concupiscentiae morbis ac moribus spiritui et rationi contrariis, quae sunt contrariae illae inuicem pugnantes voluntates.

Huiusmodi fuisse Honorii mentem, testari sunt catholici complures sancti et eruditi Viri, qui ea aere floruerunt; vt Maximus Martyr (23) et Ioannes IV: (24) proindeque de sola voluntate humanae naturae loquutum illum fuisse, quum eam in Christo singularem adseruit; quod ad quaestionem praecise responderet, et ibi, vbi morbus erat, remedium adhibendum putaret: de diuina autem voluntate tacuit, quia nulla de illa controuersia erat: nam in Calcedonensi Con-

Tom. III.

L

ci

(22) Act. xii. Syn. 6.

(24) In Epist. ad Constantinum

(23) In Disp. cum Pyrrho.

Imperatorem.

cillo peremta penitus fuerat, constituta naturae duplicis integrae, et sine confusione vlla manentis professione; cuiusmodi operationes distinctas, voluntatesque necessario consequentes habet. Itaque Monothelitarum haeresim haudquaquam Honorius I. amplexus est, vel ipsius apertam protectionem suscepit; sed neque eiusdem patronus ac fautor, vel ob imprudentiam, vel ob nimiam in Sergium conuentionem fuit, sed ex ignorantia haereticae fraudis ac calliditatis.

Sed damnatum eum eiusque doctrinam in Actione xiii. sextae Synodi Generalis legimus; vna cum Sergio, Paulo, Pyrrho, aliisque, eorumdemque scriptis; et quidem acquisissime; non quod haeticum illum, haeticamque eius doctrinam Patres iudicauerint; sed quoniam id prudentissima oeconomia exiebat, ne ambiguus Honorii verborum sensus, in deceptionem alios duceret, quemadmodum circumuentum illum deceptumque Sergii verbis nouimus; consimilia siquidem Honorii verba verbis Sergii Concilium animaduertebat; tametsi diuerso sensu adposita, nec implea. Innuit hanc responsonem Christianus Lupus. (25)

Ast quae ad purgandum Honorium pertinent, quatenus in hac Synodo aliisque perstrictus, adcuratissime disputarunt Theologi nobilissimi, alias ingressi vias; quarum specimen dedimus in Prodomo ad Institutiones Theologicas. (26)

(25) In Dissert. de Syn. vi. cap. 4. (26) P. ii. cap. 10. pag. 58.

CAPVT XIV.

Quidam in causa fuerit ut Verbum diuinum carnem sumeret discutitur. Quoniam pacto hominum redemptio sit peracta declaratur. Pretium exhibitae a Christo solutionis constituitur.

Venit Christus ad genus humanum redimendum. Quod reuera a peccato doemonisque captiuitate redemit mortem subiens.

Atque in hac redemptioe exhibitae diuiniae iustitiae fuit satisfactio, nedum aequiualens, verum etiam superabundans, atque ad iuris apices.

Finalem illam diuiniae Incarnationis causam in prima propositione expressam, Sacra Scriptura designat. Legimus enim Matth. xviii. v. 22: »venit Filius hominis salutare quod perierat.« Et Ioannis iii. v. 17: »non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.« Item Ioannes in Epist. i. cap. iii. v. 5. dicit: »et scitis quia ille adparuit, vt peccata nostra tollerent.« Sunt huius generis in Scripturis plurima.

Quibus insuper Patrum traditio consona est. Scribit siquidem Irenaeus: (1) »si non haberet caro saluati, nequaquam Verbum Dei caro factum esset.« Et Athanasius: (2) »Verbum, inquit, nequaquam homo factum fuisset, nisi causam praebuisset hominum necessitas.« Ambrosius quoque ait: (3) »quae erat causa Incarnationis, nisi vt caro quae peccauerat, per se redimeretur?« Augustinus tandem profer: (4) »si homo non perisisset, Filius hominis non venisset.«

Quid ergo? Si Adamus non peccasset, Christus in mundum non venisset? Nam et hoc solent haec Scholastici adnectere, magna sane animorum contentione. Quorum tamen magna pars, alteratione se

L. 2

mo

(1) Lib. v. cap. 4.

(2) Orat. 11. cont. Arian.

(3) Lib. de Incar. cap. 6.

(4) In Serm. viii. et ix. de verbis Apost.

cillo peremta penitus fuerat, constituta naturae duplicis integrae, et sine confusione vlla manentis professione; cuiusmodi operationes distinctas, voluntatesque necessario consequentes habet. Itaque Monothelitarum haeresim haudquaquam Honorius I. amplexus est, vel ipsius apertam protectionem suscepit; sed neque eiusdem patronus ac fautor, vel ob imprudenciam, vel ob nimiam in Sergium conuenciam fuit, sed ex ignorantia haereticae fraudis ac calliditatis.

Sed damnatum eum eiusque doctrinam in Actione xiii. sextae Synodi Generalis legimus; vna cum Sergio, Paulo, Pyrrho, aliisque, eorumdemque scriptis; et quidem acquisissime; non quod haeticum illum, haeticamque eius doctrinam Patres iudicauerint; sed quoniam id prudentissima oeconomia exigebat, ne ambiguus Honorii verborum sensus, in deceptionem alios duceret, quemadmodum circumuentum illum deceptumque Sergii verbis nouimus; consimilia siquidem Honorii verba verbis Sergii Concilium animaduertebat; tametsi diuerso sensu adposita, nec impleta. Innuit hanc responcionem Christianus Lupus. (25)

Ast quae ad purgandum Honorium pertinent, quatenus in hac Synodo aliisque perstrictus, accuratissime disputarunt Theologi nobilissimi, alias ingressi vias; quarum specimen dedimus in Prodomo ad Institutiones Theologicas. (26)

(25) In Dissert. de Syn. vi. cap. 4. (26) P. ii. cap. 10. pag. 58.

CAPVT XIV.

Quidam in causa fuerit ut Verbum diuinum carnem sumeret discutitur. Quoniam pacto hominum redemptio sit peracta declaratur. Pretium exhibitae a Christo solutionis constituitur.

Venit Christus ad genus humanum redimendum. Quod reuera a peccato doemonisque captiuitate redemit mortem subiens.

Atque in hac redemptioe exhibitae diuiniae iustitiae fuit satisfactio, nedum aequiualens, verum etiam superabundans, atque ad iuris apices.

Finalem illam diuiniae Incarnationis causam in prima propositione expressam, Sacra Scriptura designat. Legimus enim Matth. xviii. v. 22: »venit Filius hominis salutare quod perierat.« Et Ioannis iii. v. 17: »non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.« Item Ioannes in Epist. i. cap. iii. v. 5. dicit: »et scitis quia ille adparuit, vt peccata nostra tollerent.« Sunt huius generis in Scripturis plurima.

Quibus insuper Patrum traditio consona est. Scribit siquidem Irenaeus: (1) »si non haberet caro saluati, nequaquam Verbum Dei caro factum esset.« Et Athanasius: (2) »Verbum, inquit, nequaquam homo factum fuisset, nisi causam praebuisset hominum necessitas.« Ambrosius quoque ait: (3) »quae erat causa Incarnationis, nisi vt caro quae peccauerat, per se redimeretur?« Augustinus tandem profer: (4) »si homo non perisset, Filius hominis non venisset.«

Quid ergo? Si Adamus non peccasset, Christus in mundum non venisset? Nam et hoc solent heic Scholastici adnectere, magna sane animorum contentioe. Quorum tamen magna pars, alteratione se

L. 2

mo

(1) Lib. v. cap. 4.

(2) Orat. 11. cont. Arian.

(3) Lib. de Incar. cap. 6.

(4) In Serm. viii. et ix. de verbis Apost.

mota, quae in antiquiore Theologia hoc loco nulla est, cum S. Thoma sentit, (5) sic ad remedium humani generis ac peccatorum expiationem Dei Filium cum carne venisse; ut si nemo peccasset, venturus omnino non fuisset. Quod nos eo sensu defendimus, ut nullam significationem nullumque documentum, siue ex Sacris Literis, siue ex aliis Theologicorum decretorum regulis capi dicamus, unde aliud adfirmasse prudenter liceat, ut Petauli verbis utamur. (6) Nam ignorantis de rebus, et in occulta Dei potestate latentibus, quae nullis iudicis proditae sunt, temere vaticinati, non et considerati hominis, ut loquitur ipse, nedum perfecti sapientis, qualem esse, studio saltem et conatu, Theologum oportet.

Ast placuit Scoti discipulis aliam ingredi viam, propugnantes venturum etiam tunc Christum in carne gloriosa, ut mundum magisterio, regimine, atque communionem exornaret illustraretque. Arbitrantur enim illi duplex in Deo decretum extitisse: vnum nempe quo praedefinita Incarnatio fuit; alterum, quo, Adami culpa praecisa, defilium est, ut Dei Filius iam in mundum venturus, mortali adsumto corpore adueniret, ut morte sua genus humanum redimeret. Vndenam vero id illi didicerint, haud intelligimus. Tacet siquidem Scripturas tacet Traditio. Immo Scriptura et Traditio diserte oppositum testantur.

Secundam propositionem probant inuicissime praepriis haec Scripturarum testimonia. Matth. xx. v. 28. dicitur: «Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis.» Et ad Galat. i. v. 4. «qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti seculo nequam.» Ad Ephes. i. v. 7: «in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum.» Ioan. xi. v. 50: Caiphas non a semetipso, sed diuino adflante numine, inquit: «expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.» Et in i. ad Corinth. vi. v. 20: «centum enim estis pretio magno.»

Ex quibus Scripturae locis, missis aliis consimilibus, valdissima haec eruitur argumentatio: reuera Christus genus humanum redemit, atque mortem subiens redemit, si solutio proprii sanguinis pretio, et ad nos redimendos se morti deuotens, homines a peccatorum captiuitate redemit: Id praesitit Christus Iesus: ergo humanum genus reuera redemit mortem subiens.

Ve-

(5) III Part. q. 1. art. 3.

(6) Theol. Dogm. de Incarn. lib. II. cap. 17.

Verum et probatur eadem veritas ex perpetua Patrum traditione. Martyr Iustinus (7) scribit: Christum «rex omnium mortalium genere omnium maledictionem suscepisse.» Irenaeus (8) dicit: quod Christus Summi Sacerdotis operam perfecit, «moriens vt exsiliatus homo exiret de condemnatione.» Augustinus autem haec habet: (9) «venit redemptor, et dedit pretium; fudit sanguinem suum, emittit orbem terrarum. Quaeeritis quid emerit? Videte quid dederit, et invenite quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tantum quid valet? «quid nisi totus orbis, quid nisi omnes gentes?» Habent similia alii Patres.

Tertiae propositionis prima pars habetur ex Scripturis. Nam Psal. cxxix. dicitur: «copiosa apud eum redemptio.» Et ad Rom. 5. v. 15. scribit Paulus: «sed non sicut delictum, ita et donum: Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.» Item v. xx: «vbi autem abundauit delictum, superabundauit et gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum Dominum nostrum:» Christi igitur satisfactio Patri exhibita, nedum aequivalens, sed et superabundans secundum Scripturas fuit.

Id quod habetur quoque ex Patribus. Chrysostomus inquit: (10) «multo . . . plura iis quae debebamus, expendit Christus; atque adeo tanto plura, quanto mare immensum ad pusillam guttam collatum maius esse potest.» Leo Magnus: (11) «effusio . . . pro iniustus sanguinis iusti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyranica vincula retinerent: quoniam sicut Apostolus ait, vbi abundauit delictum, superabundauit et gratia.» Habent his adfina alii Patres.

Suffragatur ratio: Christus enim, quod ad personam adinet, verus erat Deus; proinde nulla fuit Christi actio libera ac meriti laude decorata, culus non esset infinitus valor, quum persona ad sua transferat iura naturae vtriusque actus: ergo illius satisfactio, nedum diluendae omnium hominum iniquitati aequivalens fuit, verum et superabundans: nihil enim verbo Deo praestantius excogitari valet.

Dein-

(7) In Dialog. cum Triph.

(8) Lib. iv. adu. Haer. cap. 18.

(9) In Psal. cxcv.

(10) Hom. x. in Epist. ad Rom.

(11) Cont. Petr. Abaelard. cap. 8.

Deinde: Christi satisfactionem non solum aequare, sed superexcedere offensae grauitatem, docet S. Thomas scribens: (12) »satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id quod aequae, vel magis diligit, quam oderit offensam: atqui Christus ex caritate et obedientia patiendo maius aliquid Deo exhibuit, quam exigeret re- compensatio totius offensae humani generis. Primo quidem, propter magnitudinem caritatis ex qua patiebaris:« vnde ibidem addit: (13) »quod maior fuit caritas Christi patientis, quam malitia crucifigentium: et ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quam crucifixores offendere occidendo: in tantum, quod passio Christi sufficiens fuit et superabundans ad satisfaciendum pro peccatis occidentium ipsum.«

Sed et habuit Christi satisfactio conditiones omnes ad exactas iustitiae leges requisitas, vti secundo propositionis loco firmabamus. Quinatio enim numero nostri Theologi eas complectuntur; scilicet: quod creditor illam acceptare teneatur; quod ad alterum sit; quod sit ex bonis propriis satisfaciens, minime ex acceptis a creditores; quod fiat ex bonis debitoris, quae sub dominio creditoris non sunt ac tandem, quod non fiat ex aliunde creditori debitis: omnia haec Christi satisfactio habuit: ergo. Prob. minor propositio singularim: Principio, quum Christus acceptatus a Deo Patre fuerit tanquam filius, eidemque satisfactionem aequalem, immo excedentem obrulerit, vt pridem vidimus; non potuit non acceptari ab ipso data satisfactio in re, ac rationabiliter. Deinde: sufficit duplex Christi natura, vt eius satisfactio, ad alterum sit: hoc enim posito, licet vna sit persona, esse potest satisfaciens et creditor; quemadmodum in Trinitate Diuinum Verbum, vna nempe eademque persona, in forma Dei existens, seipsum misit, vt in serui forma existens, fuitque proinde Deus et homo, mittens et missus. Offert hanc argumentationem Leo Magnus. (14)

Insuper, fuisse satisfactionem eiusmodi ex bonis propriis, sub dominio proprio positis, atque alias indebitis, id euincit, quod licet quaecumque Christus haberet, a Patre acceperit, sic tamen Patris dona sunt, vt in Filii ius simul transeant; adeo, vt et assumpta hominis forma, et anima, et vita, et innumera gratiarum dona, quae in Christo sunt, propria eius sint, et ab omni omnino debito soluta.

CO-

(12) III. Part. q. 48. art. 2:

(13) Ad 2. argum.

(14) Serm. III. de Poenit. cap. 2.

COROLLARIA.

Ex his manifesta illatione consequuntur duo. Primum: Christi satisfactionem fuisse valoris simpliciter et intrinsece infiniti, vt enim Clemens Papa VI. loquitur, (15) et Ecclesiae Thesaurus ex meritis et satisfactione Christi acquisitus, infinitus est; et vna sanguinis Christi gutta sufficere ad totius mundi redemptionem potuit. »Dignitas siquidem carnis Christi, vt ait S. Thomas, (16) non est aestimanda »solum secundum carnis naturam, sed secundum personam adsumen- »tem; in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

Secundum: Nullam prorsus creaturam a diuina persona hypostatice non assumtam, siue obstricta peccato illa foret, siue gratia meritisque quammaxime exornata, potuisse aequalem satisfactionem pro mortali peccato Deo exhibere. Nam in Scripturis legitimus Isaiae Iur. Christum nos a maledicto soluisse, »eo quod iniquitatem non »fecerit,« cet.; et ad Titum II. tantummodo Christo competere, vt sit mediator Dei et hominum. Atque in Psal. XLVIII: »frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam, et pretium redemptionis animae suae.«

Consonant Scripturis Patres. Eusebius Emissenus ita loquitur: (17) »non subuenire poterat simili peccato obnoxius, nec interuenire pro setulis adstrictus legibus seruitutis.« Irenaeus haec habet: (18) »nisi homo coniunctus fuisset Deo, non potuisset »particeps fieri incorruptibilitatis.« Augustinus quoque scribit: (19) »in quo non est peccatum, ipse venit auferre peccatum. Nam »si esset et in illo peccatum, auferendum esset illi, non ipse auferret.« Adfert ceteros Patres similia tradentes Dionysius Peranius. (20)

Auctoritati accedit ratio; et illa potissimum, quae a grauitate offensae petenda est. Vel enim finita haec ponitur, vel infinita certius adseritur: feruidam enim in Scholis de hac re partium contentione hodieum esse nouimus. Etiam si finita ea habeatur, haud potuit tamen valor satisfactorius purae creaturae tantus esse, quantae fuit gra-

(15) In Extravag. *Vniuersus*, de Poenit. et remiss.

(16) III. Part. q. 84. ad 3.

(17) Hom. VI. de Pasch.

(18) Lib. III. cap. 18.

(19) Tract. IV. in Ioan.

(20) Cap. CVIII.

grauitatis offensae: valor enim semper ordinis est creati, et ad grauitatem offensae inferioris; quae et si finita, crescit tamen ad personae offensae incrementum: vnde diuersi ordinis sunt iniuria Regi illata, ac illata plebeo. Sed habere illam infinitam grauitatem ac turpitudinem, verissima nobis sententia est ex S. Thoma dicente: (21) »peccatum contra Deum commissum quandam infinitatem habet ex infinitate diuinae maiestatis: tanto enim offensae est grauior, quanto maior est ille, in quem delinquitur: vnde oportuit ad condignam satisfactionem, vt actus satisfaciens haberet efficaciam infinitam, vt pote Dei et hominis existens. « At nulla pura creatura, quantumuis gratia exornata sit, efficaciam infinitam suis acibus communicare poterat, qua tantum honoris Deo deferat, quantum dehonorationis iniuriaeque adtulit: nudus ergo homo satisfactionem condignam exhibere pro peccato neuiquam potuit.

CAPVT XV.

*Socinianorum errore detecto, eorumdem sophismata soluntur.
Argumenta etiam Scotistarum enervantur.*

Catholicorum erga peractam a Christo Iesu redemptionem sententiae opponitur Socinianorum nefarius error a Fausto Socino, vel Lellio, ex blasphemis Paganorum et Ebionitarum conflatus; cui insuper ex Pelagianorum haeresi praesidium adiunxere. Itaque Sociniani id a prioribus acceperunt, quod fidei catholicae mysteria denegarent, et Christum Dominum purum hominem dicerent: proindeque non esse eum tam eximiae dignitatis personam, vt posset Deo pro alienis peccatis satisfactionem exhibere; neque hanc a diuina exigi iustitia, quae beneficentissima condonatione peccata quaeque remittit. Quod e Pelagiano ehiberant fonte; videlicet Christi aduentum et mortem ad id tantum valuisse, vt per Euangelium discerent homines quomodo viuere deberent; neuiquam vt salutis praesidium adsequerentur, nulla originis labe atque reparatrici gratiae stante necessitate. Hinc concludentes satisfactionem a Catholicis propugnatam obscurare Dei gloriam, et Christi labefactare potestatem; nullamque proinde admittendam, nisi quae metaphorica impropriaque sit.

Haec homines haeretici aduersus catholica dogmata spargere ausi sunt,

(21) III. Part. q. 1. art. 2. ad 2.

sunt, e Catholicis vere fuere nonnulli, qui licet condignam et aequivalentem Christi satisfactionem adseruerint propter personae satisfaciens infinitam dignitatem, eam tamen fuisse ex rigorosa iustitia negarunt, iustitiae conditionibus inspectis. Sic potissimum Scorus, (1) quem sequuntur qui ab eo nomen desumserunt Theologi: quin et vlteriori negarunt ac hodie dum negant satisfactionem illam valoris simpliciter et intrinsece infiniti fuisse. Equidem finitam eam volunt, quoniam in ordine solum ad praemium finitum, nimirum remissionem finiti peccatorum numeri, acceptata fuit. Vel infinitam eam admittunt vniue ob diuinam acceptationem; quia pro infinitis peccatis posteriorum Adae, si futura essent, acceptatam.

Arguunt itaque primo Sociniani, vt priores propositiones oppugnent: Christum Scripturae praedicant a Patre missum vt testis veritatis esset, gentium Doctor, Euangelii preco, virtutis denique exemplar: his ergo aliisque similibus dumtaxat titulis redemptor noster est.

Deinde: Redimere quispiam dicitur, qui nullo soluto pretio captiuum liberat: sic Deus, qui populum Israel absque pretio certe redemit, dicitur eum redemisse, Exod. xv. et Deut. vii. Moses quoque, quo Deus ministro vsus est, redemptor appellatur Act. vii: et Christus ergo nostrae ab aeterna morte liberationis redemptor solo verbo et exemplo iure dicitur. Praesertim quum liberationem hanc absque pretio peragendam Deus sponderit per Isaiam dicens cap. xii: »gratis venundati estis, et sine argento redimemini. « Et vere sine pretio peractam adserat Paullus ad Colos. i. et ad Ephes. i.

Praeterea: Inepti sunt, qui Christum redemptionis nostrae pretium persoluisse dicunt, quod peccata nostra in corpore suo portasse legatur; quum Scripturae vsu *ferre* idem ac *auferre* sit: sicut Matthaeus cap. vii. quod Isaias de Messia dixerat cap. xxxiii: »vere languores nostros ipse tulit, « de corporis infirmitatibus exponit, quas Christus quidem in se non transtulit, sed vniue abstulit: non ergo hoc titulo Christus redemptor dicendus est quod vere peccata nostra portauerit, pro illisque satisfecerit.

Rursus: Etsi Christus pro nobis passus et mortuus esse dicatur, perperam tamen inferitur vere portasse illum nostra supplicia quorum eramus rei: nam vt nos Latini docent, particula *pro* non personae substitutionem, sed vel vtilitatem, vel occasionem, causamque

Tom. IIII.

M

fi.

(1) In III. dist. 19. et 20.

finale significat; alioquin nobis redemptis mansisset ille captiuus: ergo eo tantum sensu mortuus pro nobis Christus dicitur, quod suam erga nos caritatem contestatus fuerit, non quod pro nobis fuerit mactatus.

Uterius: Quanam exiandi vis crucis sacrificio inerat? Legales enim victimae erant passionis Christi figura; ut serpens aeneus de quo num. xi: quemadmodum ergo qui aeneum serpentem respiciebant, a morte eripiebantur; ita qui in Christo credunt, non pereunt, sed habent vitam aeternam. « Simile argumentum ducitur ex ara Noë, mari rubro, et aquis quae de petra fluxerunt; quae omnia baptismum praefigurabant, ut constat ex Apost. i. ad Corint. x: et nec tamen vim exiandi habebant ullam.

Ad haec: necesse non fuit Christum pati ac satisfacere, siue Dei misericordia, quae gratis peccata condonat, siue iustitia spectetur, secundum quam eramus aeternae damnationis rei. Et quidem quod ad misericordiam adtinet, veterum iustorum exempla in promptu sunt, Abelis nempe, Noë, aliorumque, quos absque ulla Christi satisfactione salutem fuisse adsequutos ex Scripturis didicimus. Quod vero ad iustitiam spectat, multiplex ex capite colligitur fieri non potuisse, ut diuinae iustitiae satisfieret, nobis non pereuntibus. Nam poena peccato constituta est mors aeterna, quae certe a nemine ferri potest, nisi ab eo qui peccauit. Dein, omnium gentium exemplo comprobatur, nec debere, nec posse poenam corporalem, quam vnus debet, ab alio persolui. Quod et Deus ipse supremus legum lator constitutum voluit, Deut. xxiv. verbis illis: « non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus sed vnusquisque pro peccato suo morietur. »

Postremo: (ut mittamus alia) plusquam immane et ferinum censetur etiam apud homines barbaros de innocentibus poenam sumere, nocentibus consulto dimissis: non ergo Christus pro nobis satisfecit. Accedit: Deum iamiam placato erga nos animo esse priusquam in mundum Christus veniret euincitur ex illo Ioan. in Epist. i. cap. 4: « ipse Deus dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. » Quin et ipsum mortem aeternam non subisse ex eo constat, quod resurrexerit mortem superans, ac damnatorum poenas expertus non fuerit: vel igitur pro nobis non satisfecit, vel satisfecit potius resurrectione et vita, quam morte. His, similibusque cautilis, post Socinum suum Christi satisfactionem impetere haeretici Sociiani consueuerunt.

Theo-

Theologi autem catholici ac de Ecclesia optime meriti, qui subtili Scholae nomen dedere, nobis in scholastica disputatione tertio loco adducta oppositi, haec pro sua sententia roboranda opponunt. Primum: Christi satisfactionem non tanti fuisse pretii, ut superabundans dici valeat docet Paulus ad Colos. i. 24. scribens: « adimpleo ea quae desunt passioni Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. » Iniuste autem Deus nostram satisfactionem exigeret, si quis superabundanter pro nobis satisfecit: ergo.

Secundum: Haud potest valor satisfactorius operum Christi per se adaequare grauitatem offensae totius humani generis; haec enim Deo, ut Deus est, interrogata fuit: Christus vero pro ea, non ut Deus, sed ut homo satisfecit.

Tertium: Plus Deo displicuit peccatum, quam placere Christi satisfactio potuerit: nam peccatum tantum ei displicuit, quantum ipsi bonitas sua placet, quae per peccatum destruitur: at opera satisfactoria Christi non possunt Deo placere quantum sua ei bonitas placet: ergo.

Quartum: Christus per suos actus non potuit reddere Deo aequalens pro beneficiis sibi illatis; ex gr. pro Verbi Incarnatione: quum haec, utpote diuinam includens personam, sane infinita sit: quidquid vero Christus reddere potuisset, finitum fuisset, saltem in genere physico, ut loqui amant: atqui plus est Deo satisfacere de condigno pro peccatis generis humani, quam Deo aequalens reddere pro acceptis beneficiis: ergo non potuit Christus condignam exhibere satisfactionem.

Quintum: Esto satisfactio Christi Deum ad eam acceptandam obligauerit: eiusmodi obligatio ex benigna Dei voluntate ortum duxit, qua Christi fideiusionem loco hominis acceptare dignatus est: non ergo ad iuris legis exacta illa fuit, quibus omnis creditoris consensus interdicitur.

Sextum: Quum Christus pro omnibus mortuus sit, non poterit Deus non remittere omnia hominum peccata, pro quibus defendis mortuus ille fuit, posito quod Christi satisfactionem non potuerit non acceptare: at falsum absolute est Deum non posse non remittere peccata omnia, siquidem nec in omnibus delet originale; et ex his quibus originale deleuit, multos propter actualia peccata poena aeterna punit; alios etiam propter originale auxilio gratiae priuat: ergo.

Septimum: Diuinum Verbum ut in natura humana subsistens,

M 2

non

non posset seipsum offendere vt in diuina subsistens natura: neque ergo poterit vt in natura humana subsistens sibiimet satisfacere; vt-pote eadem de satisfactione ac de offensa ratio est.

Octauum: Salm pro peccato eorum qui eum cruci adfixerant, non potuit Christus ex iustitia satisfacere: quippe fuit peccatum illud contra Deum vt hominem: si autem Christus pro illo satisfaceret, certo satisfaceret vt Deus homo: fuissetque proinde idem satisfaciens et offensus, identitate, et suppositi, et naturae: non ergo pro eiusmodi peccato satisfaceret.

Itaque ad Socinianorum argutias nunc redeunt, earum primam sic diluimus. Verissima quidem sunt quae ex Scripturis proferuntur: Christum scilicet vitam adnuntiase aeternam, testimonium veritati dedisse, et, sed aeque verum ex Scripturis ipsis est, fuisse nos a Christo magno pretio coemptos; sanguinem suum pretiosum lytrum ac satisfactionis medium fuisse; pro nobis immaculatum agnum in cruce mactatum fuisse; animam suam pro nobis dedisse; sanguinem fudisse; pretium soluisse, cetera his adfusa. Quam ergo inepte arguantur Socinus Socinianique omnes, vel nobis tacentibus, constar.

Ad secundam dicimus: Quod licet nonnumquam verbum redimere metaphorice pro liberatione a miseria accipitur; haud inde sequitur, quod vbi de humani generis liberatione sermo occurrit, verbum illud sensum proprium non habeat: praesertim, quum dicantur homines non redempti tantum, sed redempti sanguine, emti pretio magno. Atque Socinus ipse est, qui fatetur redimere nihil aliud esse, quam captiuum soluto pretio liberare. (2) Populus itaque Israel non dicitur, nec vero fuit pretio redemptus, vt nos dicimur a Christo emti: sed illius liberatio ob typum redemptio fuit dicta, quoniam Paschalis agnus tunc immolatus Christum, cuius morte liberati sumus, praefigurabat: nec enim oportet vt omnia prorsus conueniant in figura et in veritate. Id ipsum et de titulo Mosi collato dicimus: gessit siquidem ille Christi typum, proptereaque metaphorice redemptor dicitur. Qui sane titulus de solo Iesu Christo proprio adseritur sensu, Basilio, (3) et Augustino (4) adtestantibus. Nec oppositum euincit Isaiæ locus, vbi dicimur sine argento redempti quia non captiuorum promeritis, sed Christi passione redemptio contigit. Quo etiam sensu Paulli testimonium interpretandum. Ita Au-

(2) Lib. II. cap. 2.

(3) In Paul. XLVIII.

(4) Lib. IV. cont. duas Epist. Pe-

lug. cap. 4.

gustinus interpretatur, vbi adnotat, (5) scriptum a Propheta gratis nos venundatos esse, non autem gratis et sine pretio redemptos, sed redemptos sine argento, vt nempe pretium redemptionis intelligamus: cuiusmodi declarat Apostolus Petrus, dicens: »non enim auro vel argento redempti estis, sed pretio sanguinis agni immaculati.«

Pro tertia soluenda praetermittimus quae de horum verborum *ferre et portare* sensu Sociniani conquirunt testimonia. Rem itaque pressius vrgentes, Christum in cruce peccata nostra portasse contendimus, quod eisdem debita supplicia in corpore suo pertulit; quod propter nostras iniquitates vulneratus, et propter scelera nostra adtritrus fuerit; quod nos de legis maledicto redemerit; quod denique eius liuore sanati fuimus; quia disciplina pacis nostrae super eum fuit; atque ipse propter scelus populi sui a Deo percussus. Quum haec et sexcenta alia Scripturae testimonia veri pretii solutionem, veri nominis satisfactionem, veram denique hostiae immolationem certo significant, ineptiunt, qui quum haec labefactare non possint, alia congerunt ad rem non facientia.

In quarta argutiae solutionem dicimus: Quod licet multiplex sit particulae *pro* in Scripturis et etiam apud prophanos Scriptores acceptio; Christus quoque vtilitatis et salutis nostrae causa passus sit; substituisse tamen illum nobis seipsum, et poenas quarum reatu eramus obstricti, pro nobis, id est, salutis nostrae gratia, atque etiam loco nostri portasse, veritas est in Sacris Litteris testatissima. Quid enim sibi volunt, quae de futura Messiae passione habet Isaias cap. LII? scilicet: »omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: et »posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, disciplina pacis nostrae super eum,« et: »quid et alia innumera Scripturarum testimonia?

Ad quartam respondemus: Crucis sacrificium cruentum et expiatorium fuisse, dicente Paulo ad Ephes. v: »sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam »Deo in odorem suauitatis.« Hostiam autem esse victimam mactationem negare non audent Sociniani. In cuius rei confirmationem plurima eaque inuictissima argumenta adducunt Patres; Hieronymus potissimum (6) et Augustinus. (7) Atque Christum non vno, sed diuersis typis praesignatum nobis Scripturae declarant: quin tamen in

vno;

(5) Quaest. xvii. in lib. Iud.

(6) In cap. II. ad Ephes.

(7) Lib. x. de Ciui. Dei cap. 20.

quoque typo sacrificii rationem adinuenerit fuerit necessum. Victimae igitur tametsi non impetirentur vi sua sanctitatem, eam praefigurabant, quatenus mactatae loco transgressorum eos a temporali poena liberabant, vt exponit Augustinus. (8) Vel vt loquitur Sanctus Thomas, (9) »per occisionem animalium significatur destructio peccatorum, et quod homines erant digni occisione pro peccatis suis, »ac si illa animalia loco eorum occiderentur ad significandam expiationem peccatorum.« Similiter et serpens aeneus Christum in cruce exaltatum; et arca Noë Christi Incarnationem; Mare rubrum eiusdem passionem atque mortem; et petrae vnde fluxerunt aquae, latus illius lancea apertum praefigurabant, vt accurate explicat Augustinus. (10)

Sextae Socinianorum cauillationi reponimus, quod liberari hominem passione Christi deicit quammaxime iustitiam et misericordiam Dei: iustitiam quidem, quia Christus pro peccato totius humani generis satisfacit; sicque Christi iustitia liberatus est homo: misericordiam vero, quia quum pro peccato totius humanae naturae satisfacere non posset homo, Deus filium suum satisfactorem dedit, vt ait Paullus ad Rom. iii. quod certe fuit abundantior misericordia, quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Nec vim habent vllam ad ductae a Socinianis probationes. In antiquis enim iustis operabatur virtus futurae passionis Christi, qua et redempti fuerunt, et adepti sunt gratiam. Nequid vero haec diuinae misericordiae repugnans? Sed consulendus Augustinus portentosam hanc haeresim, quae a gratia Redemptoris veteres iustos excluderet, iam pridem aduersus Pelagium eiusque discipulos refellens. (11)

Iustitiae autem diuinae satisfieri potuit, nobis non pereuntibus: potuit enim diuina persona plenissimo vitae suae dominio praedita, illam pro aliis profundere: non minus ac fideiussor propriam pro debitore pecuniam: Ideo enim inter homines vitae subrogatio non fit, sed vnice pecuniae; quoniam vitam Dominus iuri reseruauit suo, ne quis seclusa diuina auctoritate humanum funderet sanguinem.

Imperite praeterea producit omnium populorum consuetudo: nam Gentes supplicio etiam insontes oblici solitas, praesertim si deuoti essent, aut vides ac fideiussores, testatur Augustinus. (12) Id quod nos

(8) Lib. xxii. cont. Faust. cap. 17.

(9) Prima Sec. q. 102. art. 3. ad 5.

(10) Serm. vi. ad populum.

(11) De peccat. orig. cap. xxvi.

(12) Epist. lvi. ad Macedonium.

nunc cl. iii.

nos iniquum existimamus, quoniam nihil iuris est homini in vitam suam, vel alterius, sed tantum in alias res, quae in proprietatem veniunt, et quarum dominium transfertur. At Deus, qui iure ponitur supremo, acquirere inuoluta innoxium plectere potest, maxime non inuitum, et se alterius fideiussorem constituentem. Hinc habemus, Scripturas loqui de lege ordinaria, quum filii ab originis culpa expiati legem seruant, quum nullum respublica ex illorum punitione percipit commodum, ac quum ab homine nullam in alterius vitam habente potestatem similia exercentur iudicia. Continetur ne his finibus altissimum Dei erga hominum reparationem consilium?

In hominibus tandem vindictae cupiditas adparet ferinum odium, quoniam aequitatem non spectant, sed suorum hostium perditionem, quos propterea numquam incolumes dimittunt, data viciscendi potestate. In Deo contra aequitas simul et caritatis munificentia respiciunt: quia iustitiam suam spectans, hominumque incolumitari prospiciens, ob filii sui mortem illis pepercit. Legatur Augustinus. (13)

Postremi Socinianorum conatus sic eluduntur. Ideo Deus prius dilexit nos, quia misit Filium suum litatorem pro peccatis nostris, et ipse Filius non inueniens hostiam quam puram volebat offerre, se ipsam obrulit, vt loquitur Augustinus. (14) Itaque iam placatus Pater, proprio Filio non parcens, pro nobis illum tradidit, et nihilominus Filius pro nobis mortuus est, vt per mortem eius nobis Pater reconciliaretur: quin sic Deus nos dilexit, vt nedum antequam pro nobis Filius moreretur, sed et antequam mundum conderet, dilexerit. Filius ipse non inuitus, sed dilectione et caritate sua tradidit semetipsum. Verum quum iustitia quadam Dei in diaboli potestatem humanum genus traditum fuisset; neutiquam potentia, sed iustitia eruendum erat, quod mortis Christi beneficio factum est. Quum enim nihil morte dignum in Christo inueniretur, et tamen occisus a diabolo ille fuerit, iustum aequumque erat vt liberis dimitteret, quos ille debitores tenebat; quia occisus liber a debito mortis soluit quae non rapuerat, fuso sanguine innocente in remissionem peccatorum nostrorum. Desumpta est doctrina ex Augustino. (15) At resurrectio Christi necessaria fuit ad fidei confirmationem, quia illa sublata concidit spes nostra, inanis est fides: nam vt ait Paullus. ad Corinth. 15. Chry-

(13) Lib. cont. Adimantum cap.

xiiii.

(14) Tract. vii. in Ioan.

(15) Lib. xiii. de Trinit. cap. 21.

et s. qq.

sostomo interprete: (16) si mortuus non potuit resurgere, neque abolutum est peccatum, neque mors est perempta, nec ablatum est maledictum et execratio, et non solum nos inania praedicamus, sed vos quoque credidisti inania. Sed Christi mors aequalens fuit, imo praeponderans cuilibet alteri pretio. In hunc modum Socinianorum cauillula, breuiter licet, soluta reliquimus.

Ad soluenda nunc Scoti eiusque discipulorum argumenta accedimus. Ad primum dicimus, minime adserere Apostolum aliquid deesse Christi passionibus in se inspectis, sed deesse tantum aliquid in carne nostra, et in corpore Ecclesiae: nam et compari debemus ut eum Christo conglorificemur; et licet Christi passio ad vniuersorum salutem sit sufficiens, exigit tamen, ut nobis adnitentibus et bona opera exercentibus applicetur ad suum sortiendum effectum. Audiendi Augustinus (17) et Thomas. (18)

Secundi solutio est: Christum non satisfacisse, neque ut Deum tantum, neque ut hominem tantum, sed ut Deum hominem, humanitate quidem satisfactionis substantiam elicente, et personalitate Verbi valorante satisfactionem: quae persona quum infinita sit, valorem infinitum in satisfactionem influit; proindeque tantum, quantum est offensae grauitas: ut enim loquitur S. Thomas: (19) « dignitas carnis Christi non est aestimanda solum secundum carnis naturam, sed secundum personam adsumentem; in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam. »

Hinc eruitur tertii argumenti solutio: ut enim ibidem docet S. Thomas, plus placet Deo Christi satisfactio propter rationes ibi adductas, quam displicet offensae suae bonitati illata per peccatum: nam haec moralis et adfectiua tantum fuit; illa vero realis et effectiua humiliatio fuit diuinae personae; qua magis exaltata fuit diuinae bonitas, quam fuisset per peccatum depressa.

Ad quartum respondetur ex S. Thoma: (20) Non esse plus satisfacere Deo de condigno pro peccatis generis humani, quam reddere Deo aequalens pro beneficiis acceptis: quia ad compensationem ex iustitia sufficit, ut qui reddit, aequale reddat, sitque dignitatis aequalis. Ad compensationem vero ex gratitudine requiritur, quod plus reddat, quam fuerat acceptum.

Sed

(16) Hom. XXXVIII.

(17) In Psalm. LXXXVI.

(18) In cap. 1. Epist. ad Col. lect. 6

(19) III. Part. q. 48. art. 2. ad 3.

(20) Secunda Sec. q. 106. art. 6.

Sed et responderi potest: Inter beneficia quaelibet Verbi Incarnationem, et compensationem omnem, et omnem pariter gratuitatem offensae superexcedere. Ineptè tamen hinc colligi, haud potuisse Christum pro peccatis satisfacere: non enim valet haec illatio: nequit quis vnum alterumque beneficium compensare: ergo neque potest pro offensa satisfacere. Ceterum et Incarnationis beneficium variis modis compensasse Christum sunt Theologi qui teneant: his ducti momentis. Et quod se ipsum, et infinitam suae personae dignitatem Patri obulerit et adfectiue plus dederit, quam acceperat per Incarnationem humanitas. Qui sane adfectus potius quam effectus, in beneficii compensatione considerandus est, ut docet S. Thomas. (21)

Pro quinto soluendo haec sit responsio: non esse de essentia rigorosae iustitiae quod inducat obligationem absolutam in creditore, atque independentem ab eiusdem voluntate obliget illum ad eam acceptandam. Ille enim, ut rem exemplo comprobemus, cui equus ablatu fuit, non tenetur ex iustitia compensationem in pecunia acceptare, sed equum a fure reperere potest; tamen si ex pacto conueniat quod in pecunia satisfactio fiat, praesertim si equi restitutio impossibilis sit, erit pecuniae solutio aequalentis satisfactio ex rigorosa iustitia. Quum itaque licet posset reperere Deus ab homine satisfactionem, neque necessitatus fuerit ad Christi satisfactionem acceptandam: ex suppositione tamen quod Christum ut sponsorem pro homine acceptauit, qui pro se satisfacere non poterat, atque satisfactio Christi valoris aequalis, immo excedentis fuerit; illam Deus debuit acceptare tanquam ex rigorosa persolutam iustitia. Vnde etsi satisfactio, quae creditoris consensu indiget inaequalitatem satisfactionis supplente, iustitiae rigorem non implet, non tamen satisfactio, quae solum indiget creditoris consensu conditionem personae supplente, cuiusmodi Christi satisfactio fuit; quam potuerit Deus ab homine qui eum offenderat, satisfactionem exigere.

Ad sextum dicendum: Christi satisfactionem a Deo fuisse acceptatam, quantum voluit ipse ut acceptaretur et valeret: id est pro omnibus quoad sufficientiam pretii; pro multis vero quoad efficientiam, quam insuper cooperationi nostrae, et Sacramentis adligauit. Quare non est ex defectu pretii a Christo erogati, quod aliqui ab originali non liberentur; sed ex libera Christi ipsius voluntate, qui voluit suam satisfactionem his non prodese, quibus non esset per

Tom. IIII.

N

Bap-

(21) Vbi sup. ad 1.

Baptismum adplicata. Verum et voluit quoque eam efficaciter adplicare pro originali peccato paruulorum qui baptizantur; quemadmodum et pro originali, et pro personalibus adultorum post Baptismum, qui rite dispositi Poenitentiae Sacramentum suscipiunt; atque pro omnibus quorum habemus contritionem perfectam. Quibus quidem positis conditionibus, haud potest Deus, stante Christi satisfactione, peccata non dimittere. Voluit tamen Christus sua merita efficaciter adplicare ad efficaciam auxilia, et finalem perseuerantiam aliquibus impertranda: pro aliis autem noluit merita sua sic adplicare ut ea obtinerent. Quod si horum rationem ex nobis quaeras, ad inscrutabilia Dei iudicia cum Paulo confugiemus.

Septimum argumentum in ipsos obliuiscens productum videtur: esto enim negent illi, Christum ex iustitiae rigore satisfacere potuisse; adserunt tamen aliquatenus Deo satisfacisse; quum tamen potuisse aliquatenus Deum offendere non adfirmant. Dicendum ergo, Verbum, etiam ut in humana natura subsistens, non potuisse se ipsum et Deum offendere, non ex eo capite quod non esset aliud ut offendens, et aliud ut offensum; sed ex defectu potentiae peccandi: Verbum siquidem ut in natura humana subsistens est quoque impeccabile.

Octauum sic solutum esto: Satisfecit etiam Christus pro peccatis contra ipsum commissis; sed eiusmodi satisfactionem, non sibi ut in humana subsistenti natura exhibuit, sed Deo in se, seu toti Trinitati: ut enim per peccatum in Spiritum S. non sola Spiritus S. persona offenditur, sed Deitas tota; ita Christum crucifigentes non offendunt Verbi personam ut ab aliis distinctam, sed totam Deitatem. Unde scribit Paulus II. ad Corinth. 5.: «Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.» Et Ambrosius: (22) «Deus, hoc est, sempiterna Diuinitas.» Reconciliatio igitur, sicut et satisfactio, primario facta fuit ipsi Deo, seu Diuinitati; proindeque haec fuit primarium offensae illatae subiectum.

CA.

CAPVT XVI.

De ipsa Christi satisfactione denuo agitur: quam ad vniuersos homines pertinere euincitur. Vbi et de praeparatione auxiliorum ad salutem sufficientium.

Christus non pro praedestinati tantum, sed pro omnibus hominibus mortuus est.

At mortis eius meritum omnibus hominibus non adplicatur.

Sed nec omnibus conferuntur auxilia ad salutem sufficientia.

Constat primum dogma ex Scripturis. Apostolus siquidem in I. ad Tim. 2. scribit: «vnus enim Deus, vnus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.» Et ad Corinth. v.: «si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt.» Item Ioan. in Epist. I. cap. I.: «et ipse, inquit, est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.»

Constat deinde ex Patribus. Irenaeus (1) adserit: «Christum propitiasse pro omnibus Patrem.» Clemens Alexandrinus (2) scribit: illum «protus omnium, nullo excepto, Seruatorem esse.» Origenes: (3) «non iis, inquit, tantum inderi voluisse, qui in vno erant orbis angulo, sed quantum in ipso fuit, iis qui vbique sunt.» Augustinus: (4) «venisse, ait, ut saluaret eos etiam, qui saluari noluissent.» Habent similia alii Patres.

Suffragatur multiplex ratio; scilicet quae petitur ex noxa originali, cui omnes omnino Adae posterii obnoxii nascuntur: Ex Ecclesia, quae omnes in sinu suo amplectitur: Ex Euangelio, quod per orbem vniuersum praedicatum est: Ex oratione, quam pro omnibus effundere tenemur: Ex aliis bene multis. Recolantur, quae dicta a nobis sunt, dum de Dei beneplacito erga omnium hominum salutem

N 2

lo:

(1) Lib. v. cap. 17.

(3) In iv. adu. Celsum.

(2) In vii. Strom.

(4) Tract. xxxvi. in Ioan.

Baptismum adplicata. Verum et voluit quoque eam efficaciter adplicare pro originali peccato paruulorum qui baptizantur; quemadmodum et pro originali, et pro personalibus adultorum post Baptismum, qui rite dispositi Poenitentiae Sacramentum suscipiunt; atque pro omnibus quorum habemus contritionem perfectam. Quibus quidem positis conditionibus, haud potest Deus, stante Christi satisfactione, peccata non dimittere. Voluit tamen Christus sua merita efficaciter adplicare ad efficaciam auxilia, et finalem perseuerantiam aliquibus impertranda: pro aliis autem noluit merita sua sic adplicare ut ea obtinerent. Quod si horum rationem ex nobis quaeras, ad inscrutabilia Dei iudicia cum Paulo confugiemus.

Septimum argumentum in ipsos obliuiscens productum videtur: esto enim negent illi, Christum ex iustitiae rigore satisfacere potuisse; adserunt tamen aliquatenus Deo satisfacisse; quum tamen potuisse aliquatenus Deum offendere non adfirmant. Dicendum ergo, Verbum, etiam ut in humana natura subsistens, non potuisse se ipsum et Deum offendere, non ex eo capite quod non esset aliud ut offendens, et aliud ut offensum; sed ex defectu potentiae peccandi: Verbum siquidem ut in natura humana subsistens est quoque impeccabile.

Octauum sic solutum esto: Satisfecit etiam Christus pro peccatis contra ipsum commissis; sed eiusmodi satisfactionem, non sibi ut in humana subsistenti natura exhibuit, sed Deo in se, seu toti Trinitati: ut enim per peccatum in Spiritum S. non sola Spiritus S. persona offenditur, sed Deitas tota; ita Christum crucifigentes non offendunt Verbi personam ut ab aliis distinctam, sed totam Deitatem. Unde scribit Paulus II. ad Corinth. 5.: «Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.» Et Ambrosius: (22) «Deus, hoc est, sempiterna Diuinitas.» Reconciliatio igitur, sicut et satisfactio, primario facta fuit ipsi Deo, seu Diuinitati; proindeque haec fuit primarium offensae illatae subiectum.

CA.

CAPVT XVI.

De ipsa Christi satisfactione denuo agitur: quam ad vniuersos homines pertinere euincitur. Vbi et de praeparatione auxiliorum ad salutem sufficientium.

Christus non pro praedestinati tantum, sed pro omnibus hominibus mortuus est.

At mortis eius meritum omnibus hominibus non adplicatur.

Sed nec omnibus conferuntur auxilia ad salutem sufficientia.

Constat primum dogma ex Scripturis. Apostolus siquidem in I. ad Tim. 2. scribit: «vnus enim Deus, vnus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.» Et ad Corinth. v.: «si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt.» Item Ioan. in Epist. I. cap. I.: «et ipse, inquit, est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.»

Constat deinde ex Patribus. Irenaeus (1) adserit: «Christum propitiasse pro omnibus Patrem.» Clemens Alexandrinus (2) scribit: illum «protus omnium, nullo excepto, Seruatorem esse.» Origenes: (3) «non iis, inquit, tantum inderi voluisse, qui in vno erant orbis angulo, sed quantum in ipso fuit, iis qui vbique sunt.» Augustinus: (4) «venisse, ait, ut saluaret eos etiam, qui saluari noluissent.» Habent similia alii Patres.

Suffragatur multiplex ratio; scilicet quae petitur ex noxa originali, cui omnes omnino Adae posterii obnoxii nascuntur: Ex Ecclesia, quae omnes in sinu suo amplectitur: Ex Euangelio, quod per orbem vniuersum praedicatum est: Ex oratione, quam pro omnibus effundere tenemur: Ex aliis bene multis. Recolantur, quae dicta a nobis sunt, dum de Dei beneplacito erga omnium hominum salutem

N 2

lo:

(1) Lib. v. cap. 17.

(3) In iv. adu. Celsum.

(2) In vii. Strom.

(4) Tract. xxxvi. in Ioan.

loqueremur. (5) Omnia enim ibi producta, vel ex Scriptura et Patrum traditione, vel ex ratione ipsa, pro dogmate isto constabiliendo adprae faciunt.

Quibus hanc peculiarem rationem addere placet, vt non pro praedestinatis tantum Christum mortuum fuisse amplius firmemus. Praeter eos, quos Scriptura electos praedestinatosque adpellat, sunt qui ex Christi morte fructum aliquem percipiunt: il nimirum, qui aut in Baptismo, aut in Sacramento Poenitentiae iustificationem consequuntur, etsi in ea ad finem vsque non perseuerent: neque enim vel iustificatio, vel praerequisitae ad illam dispositiones, vel tandem donum aliquod ad salutem pertinens, alicui in statu naturae lapsae conferuntur, nisi ex meritis quae Christus per mortem comparauit: at qui pro illis omnibus Christus mortuus est, qui fructum aliquem ex Christi morte percipiunt: ergo.

At mortis Christi meritum non adplicari omnibus hominibus quod secundo loco firmauimus, dogma quoque fidei est expresse a Concilio Tridentino definitum his verbis: (6) «verum etsi ille pro omnibus mortuus sit, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed il tantum quibus meritum passionis eius communicatur.» Idem sensit Lugdunensis Ecclesia sic loquens: (7) «catholica fides tenet, et Scripturae Sanctae veritas docet, quod omnibus credentibus, et per gratiam Baptismi ex aqua et Spiritu Sancto regeneratis, et Ecclesiae incorporatis, vere Dominus et Saluator noster sit passus. De infidelibus vero eadem constantia definit: cesset haec noua et inaudita praesumptio, vt nullus hominum, etiam impiorum, et apud inferos irreuocabiliter damnatorum fuerit, pro quo Christus passus non fuerit, quum pro solis his definitis passionem sustinuerit, qui eum dum in corpore viuerent, fideliter venturum crediderunt. Hoc itaque est catholicum, hoc fidei Ecclesiae ab initio commendatum.»

Eadem quoque fuit mens Synodi Valentinae, ex tribus prouincijs Lugdunensis, Viennensis, et Arelatensis coactae. (8) Ex Conciliorum igitur firmissima auctoritate euincitur meritum passionis Christi non fuisse omnibus adplicatum. Neque enim omnes recipiunt, vel recipere possunt Baptismum et Poenitentiam; neque conferuntur omnibus in diuiduo hominibus auxilia actualia, quae ad salutem sufficiant, etsi omnibus praeparata sint.

Id

(5) Tom. I.
(6) Sess. vi. cap. 3.

(7) In Lib. de tenenda Scripturarum veritate. (8) Cap. iv.

Id quod non perfunctorie quidem, sed ex instituto hic a nobis discuti expostulat propter diuersas Theologorum sententias, etiam eorum qui S. Thomae discipuli audiunt. Itaque tertiam propositionem his argumentis communiunt Theologi nobilissimi Dominicus Bannes, (9) Iuenin, (10) Bertius, (11) Gonetus, (12) aliique plurimi. Neque paruulis pluribus, neque infidelibus, qui nihil vquam audiunt de Euangelio, neque omnibus peccatoribus obcaecatis et induratis praeparata a Deo auxilia ad salutem sufficientia conferuntur: ergo. Prob. ant. quoad singulas eius partes. Quoad primam quidem: non dantur actu auxilia eiusmodi iis omnibus paruulis qui baptizari non possunt: nempe nihil prorsus praeter Baptismum sufficiens est in noua lege ad paruulorum salutem; quippe ex Christi Domini testimonio: «nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei» quo ostenditur necessarium omnibus et singulis Baptismum esse ad salutem necessitate medii: Atqui multi paruuli baptizari non possunt: ergo.

Primo siquidem baptizari non possunt plerique ex his, qui apud infideles nati, antequam ad rationis usum perueniant, moriuntur quum vt supponitur nihil vquam apud eorum parentes de Baptismo auditum sit, illiusque necessitatem inuincibiliter ignorent. Quod et de puerulis illis qui in eo loco nati vbi deest aqua, statim post natiuitatem moriuntur, Augustinus tenet. (13)

Deinde baptizari non possunt paruuli, qui priusquam nascantur, in matris utero moriuntur; tum quod renasci non potest, qui semel non est natus; tum etiam, quod illis ministrorum actio, nempe ablutio, quaecumque humana adhibere diligentia, adplicari non possit, dicente Augustino: (14) «quid dicam, quod paruulus aliquando, antequam illi per ministerium baptizantis succurri possit, exipiat? Similiter baptizari non possunt paruuli, qui licet nati, tandem non viuunt quamdiu opus est, vt parentum aut ministrorum diligentia eis possit succurri: vt enim loquitur ipse Augustinus: (15) «plerumque etiam festinantibus parentibus et paratis ministris, vt Baptismus paruulo detur, Deo tamen nolente, non datur, qui eum paruulum in hac vita non tenuit vt daretur.» Insuper non raro quoque con-

(9) I. Part. q. 23. art. 3.
(10) Inst. Theol. p. 3. cap. 6. art. 1. et seq.
(11) Lib. xviii. cap. 8.
(12) Disp. v. de Reprob. art. 5.
(13) In lib. de nat. et grat. cap. 8.
(14) In lib. de don. perseu. cap. 12.
(15) Ibidem.

tingit, vt non tantum ii qui ex iniquis parentibus nati sunt, sed illi etiam qui ex iustis nascuntur, baptizari non possint. Scribit enim Augustinus: (16) »Deus aliquando adoptat in filium, quem format in vtero immundissimae foeminae; et aliquando non vult esse filiam, quem formauit in vtero filiae suae. Ille quippe ad Baptismum, nec »cio qua praeuisione, peruenit: iste, repentina morte non peruenit. . . »Nec enim quod soletis de maioribus dicere (adloquitur Pelagianos) »Deus vult, paruulus non vult, cet. «

Probatur modo quod secundam partem ex Scriptura. Apostolus ad Ephes. v. haec scribit: »eratis aliquando tenebrae, nunc autem »lux in domino. « Atque eiusdem Epist. cap. iii. fideles quos Deus ab impietate vocauit ad fidem, sic adloquitur: »eratis illo in tempore »sine Christo, alienati a conuersatione Israel, et hospites testamento- »rum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. « Ex quibus haec eruitur argumentatio: Idem ferendum est iudicium de omnibus infidelibus, qui nihil vnquam audierunt de Euangelio, ac de Ephesiis antequam aliquid de ipso audissent. Atque Ephesii tunc non receperunt auxilia ad salutem sufficientia, quoniam in tenebris iacuerunt, quoniam sine Deo, sine illa promissionum spe fuerunt; gratiae autem ad salutem sufficientes mentem illuminant, cum Christo, et eum Deo coniungunt, spemque promissionem subministrant: ergo.

Probatur insuper ex Patribus, Augustinus sic loquitur: (17) »ex »duobus aetate iam grandibus impiis cur iste ita vocetur, vt vocan- »tem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, vt »vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. « Quibus docere Augustinum denegari aliquibus nedum vocationem efficacem, sed etiam inefficacem et sufficientem, perspicuum est cuiquam legenti disunctiuam illam loquutionem, aut non vocetur, aut non ita vocetur.

Et Sanctus Thomas haec scribit: (18) »dicendum; quod si in »potestate hominis dicatur aliquid excluso auxilio gratiae, sic ad multa tenetur homo, ad quae non potest sine gratia reparante, sicut ad »diligendum Deum et proximum; et similiter ad credendum articulos »fidelium: sed tamen hoc potest cum auxilio gratiae; quod quidem »auxilium quibuscumque diuinitus datur; quibus autem non datur, ex »iustitia non datur in poenam praecedentis peccati, saltem originalis, vt Augustinus dicit in lib. de correptione et gratia. « Ergo et

(16) Lib. vi. cont. Iul. cap. 14.

(18) Secund. Sec. q. 11. art. 5.

(17) In Lib. de don. Pers. cap. 9. ad 1.

ex S. Thomae sententia infidelibus non datur auxilium sufficiens ad credendum.

Aecedunt rationes theologicae. Prima: iis non datur gratia ad salutem sufficiens, quibus non datur gratia sufficiens ad habendam fidem; sine fide enim impossibile est placere Deo: At gratia sufficiens ad habendam fidem non datur infidelibus, qui nihil vnquam audire potuerunt de Euangelio: nam si eiusmodi infidelibus talis daretur gratia, rei illi essent quod non crederent; quod falsum esse ex eo abunde constat, quod ignorantia inuincibilis alicuius praeccepti positui, quale est praecceptum credendi mysteria Trinitatis et Incarnationis, excusat a peccato. Vnde proscripta a Pio PP. V. haec propositio fuit, quae in Constitutione occasione Michaelis Basil edita, legitur nunc LXV: »infidelitas pure negatiua in his, in quibus Christus non est praedicatus, peccatum est. « Atque infideles, de quibus agitur, laborant ignorantia inuincibili mysteriorum fidei: ergo rei non sunt quod non credant.

Secunda ratio: Deest infidelibus huiusmodi fides, nedum explicita in Christum, sed et illa quam inchoatam nominant: nam et haec quibusdam non datur, vt Augustinus docet. Deest ergo et gratia; quum fides iustificationis initium sit, vt definit Concilium Tridentinum. (19)

Tertia: Nulla assignari ratio valet, eecur Deus infidelibus illis gratiae suae auxilia denegare nequeat, quum sint illi filii irae, filii vindictae. Non quod Deum cognoscere possint, et legem naturae quoad officia virtutum adimplere; nam nulla actio naturalis donorum supernaturalium condignum aut congruum meritum habet. Non quod viget in illis lex, vtgetque praecceptum: nam hoc non postulat aequitatis lex: atque de gratia, non de pensione disputamus. Potest ergo Deus denegare, immo et denegat illis auxilium ad salutem sufficientem.

Verum his omnibus occurrunt Theologi, qui ex opposito opinantur, vulgarissima illa sua responsione; scilicet omnia haec euincere tantum infidelibus illis non adesse quidem proxime gratiam sufficientem; seu vt placet aliis, non adesse gratiam sufficientem proxime et immediate ad diligendum Deum, et bonum aliquod faciendum; per quod possint sese ad fidem disponere. Adesse tamen remote gratiam sufficientem, seu gratiam sufficientem remote, quatenus nempe tempore a peccatis possunt, in quorum poenam subtrahitur illis diu-

(19) Sess. vi. cap. 8.

notum mysteriorum reuelatio : proindeque posse eos fidem habere quoad actum remotum et mediatum ; quum habeant , singulis etiam momentis , gratiam ad id sufficientem .

Sed nullius roboris est haec responsio . Nam primo falsum est negatiuam ignorantiam mysteriorum fidei ita esse poenam peccatorum actualium , vt si non extarent , adesset mysteriorum reuelatio : con- sequuta est nimirum ex primi parentis peccato : vnde licet infideles ad rationis normam (quod tamen absque gratia fidei fieri non posse alibi dictum fuit) mores suos exigent , iis moribus Deus nequaquam moueretur ad largiendam ipsi fidei gratiam : alioquin gratia secundum merita daretur .

Secundo : Quoniam de gratia remora ad credendum disputat Augustinus aduersus Semipelagianos , vbi ait , Dei donum esse , et quibusdam dari , quibusdam non dari . Tertio : Si in potestate hominis est , aut Dei dilectio , aut temperantia , aut quaeuis alia virtus , qua ad fidem disponatur , nulla erit iam mysteriorum fidei ignorantia ; quia si medium illud remotum poneret , et proximum quoque daretur : vnde non datur , ex oppositae sententiae illatione , illius culpa libera et voluntaria .

Postremo : S. Thomas expresse docuit , (20) aliquibus denegari gratiam in poenam praecedentis peccati , saltem originalis , et ad credendum , et ad Deum et proximum diligendum ; hoc est , ad actum fidei tam immediatum quam mediatum : atque loqui apertissime de gratia sufficiente , per quam dicitur aut fides , aut amor , esse in hominis potestate , obseruauerunt doctissimi Theologi Lemos et Gonzalez .

Sed ad tertiam partem probandam veniamus , quae de obcaecatis et induratis est . Equidem denegari quandoque aliquibus gratiae sufficientis auxilium Scripturae , Patribus , et rationi consonum est . Dominus nempe , Isaiae cap. v. ait : » et nunc ostendam vobis , quid ego faciam vineae meae : auferam sepe[m] eius , et erit in direptionem , diruam maceriem eius , et erit in conculcationem , et ponam eam desertam , etc . Quae verba non tantum de populo Israël , sed et de anima obcaecata in peccatis exponunt Sancti Patres . Et de Iudaeis haec leguntur Ioan. xii : » propterea non poterant credentes quia iterum dixit Isaías : excaecauit oculos eorum , et indurauit cor eorum , vt non videant oculis , et non intelligant corde . » Paullus etiam ad Rom. i. haec habet : » propter quod tradidit illos Deus in deside-

(20) Vbi supra.

ria cordis eorum , in immunditiam , vt contumellis adficiant corpora sua in semetipsis . »

Ex Patribus Augustinus his verbis loquitur : (21) » nec cogitat praeraticatorem legis , quem digne lux deserat veritatis . Quia desertus vtiq[ue] fit caecus , et plus necesse est offendat . et cadendo vexetur , vexatusque non surgat , vt ideo tantum audiat vocem legis , qua admonetur implorare gratiam Saluatoris . » Et post pauca : » vtiq[ue] ista obscuratio vindicta et poena iam fuit ; et tamen per hanc poenam , id est per cordis caecitatem , quae fit deserente luce sapientiae , in plura et grauiora peccata collapsi sunt . » Et in Ioan. scribens (22) inquit : » sic excaecat , sic obdurat Deus , deserendo , et non adiuuando : quod oculo iudicio facere potest , iniquo non potest . »

Sanctus Thomas loquens de auxilio , non quidem efficaci , non de proxime sufficienti ; sed de illo , sine quo nullus habere potest ea quae sunt necessaria ad tendendum in vitium finem ; haec de induratis et obstinatis profert : (23) » quamquam autem illi qui in peccato sunt , vitare non possint per propriam potestatem , quin impedimentum gratiae praestent vel ponant , nisi auxilio gratiae praenentiantur ; nihilominus tamen hoc eis imputatur , quia hic defectus ex culpa praecedenti in eis relinquitur . »

Ratio tandem id ipsum euincit : Gratia enim sufficiens actualis posita est in coelesti luce , qua perfunditur mens , atque in pia motione , qua ad bonum excitatur voluntas . Atqui nec lux illa coelestis , neque pia illa motio obcaecatis et induratis aduertit quoribus peccant , alloqui foret dicendum , perditos quoque peccatores nullum crimen perpetrare ; immo nusquam illis desse , dum sic post desideria cordis sui abeunt , lucem ac motionem illam ; quod certe et falsum , et implissimum dictu[m] est : ergo .

Deinde : obduratos et excaecatos nullum ius ad gratiae auxilia habere , etiam mere sufficientia , ex eo constat , quod nec orti ius eiusmodi valet , vel ex statu in quo versantur , vel ex eorundem ordinatione in finem vltimum , vel ex onere praepceptorum eisdem imposito , proindeque nullo ex capite . Non ex primo quidem , quum Dei inimici illi sint ; atque non aliud illis Deus debeat , quam poenam , dicente Augustino : (24) » non sumus ingrati , quod tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione , vt si inde neminem li-

Tom. III.

O

be-

(21) De nat. et grat. cap. 22.

(23) In III. cont. Gent. cap. 160.

(22) Tract. LIII.

(24) In lib. de don. perseu. cap. 8.

beraret, non esset iniustus. Neque oritur ex cap. secundo: quum enim per amorem creaturarum dominantem, in eisque plurimis peccatis obfirmatum, a Deo animi auersi sint, ius nullum habent ad media quibus finem illum consequi valeant. Se enim habent peccatores illi comparate ad finem vitium sicut homines corpore mortui comparate ad vitam; adeo vt sicut his non debetur principium operationum vitalium, nec illis debetur auxilium sufficiens, quod locum principii in ordine ad actus supernos obtinet. Quod si Deus illud peccatoribus illis tribuat, praeter ordinem, quem illorum hominum conditio exigit, agere censetur, vt ratiocinatur Sanctus Thomas. (25) Neque insuper oritur ex tertio capite: Si enim, illa hypothese constituta, sufficiens illud auxilium obcaecatis et induratis deberetur, confici inde posset, deberi eis absolute, vt aiunt, et simpliciter: nempe absolute et simpliciter reprobantur excaecatum et induratum sine debito diligendi Deum super omnia, et alia Decalogi praecepta seruandi existere: neque enim hominem potest creare Deus absque debito illo, quum praecepta illa sint iuris naturae, quae insuper nullam patiuntur dispensationem: ergo.

COROLLARIA.

Plurima ex his quae toto hoc capite dicebamus, colliguntur, quorum hic summam dabimus. Consequitur igitur primo ex his, quae pro prima propositione probanda adduximus, mulieres quoque a Christo redemptas fuisse, contra ac erronee atque haeretice locutus fuerit Honoratus Plata in opusculo Lugduni typis edito an. MDCXVI: nam mulieres vnam eandemque cum nobis naturam accepisse manifeste ostendunt verba illa Genes. cap. 11: «faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram . . . masculum et foeminam creauit eos.» Ex illis etiam verbis cap. 11: vbi adpellatur mulier adiutorium simile Adae. Adiutorium equidem, non vt sutoris acus, quod per summam ineptiam dixit Plata; sed neque sexu, vt per se liquet, sed natura: scilicet mulier animal est anima et corpore praeditum, in hominis societatem adscitum. Sed quid in his immoramur? Mulieres quoque calamitates illas experiantur, quas viros obnuere experti didicimus, quae antiquam maledictionem consequuntur; cuius soluendae causae venit in mundum Christus. Igitur et ad mulieres passio Christi extenditur. Qui plura desideret, Bertiium consulat. (26)

Consequitur secundo Christum non esse Angelorum redemptorem,

ne-

(25) Lib. III. cont. Gent. cap. 161. (26) Lib. XXVIII. cap. 9.

neque doemonum et damnatorum. Habetur enim ex Sacris Litteris eum esse mediatorem Dei et hominum, 1. ad Timothi. 2. Saluatorem omnium hominum, cap. 4; dedisse semetipsum pro nobis, ad Tit. 11: nec tamen legitur alicubi mediatorem illum esse Angelorum, Saluatorem doemonum, redemptorem damnatorum. Praeterea, in pristina contra expressum Scripturarum sensum fingitur Diuinum Verbum Angelorum naturam induisse. Afirmat enim Ioan. in cap. 1. Euangelii factum illud tantummodo carnem fuisse, et in nobis habitasse; afirmat quoque Paullus ad Hebr. 11. numquam ab illo Angelos adprehensos, sed dumtaxat semen Abrahae. Quid autem Patres? Tertullianus scribit: (27) «nullum mandatum de salute Angelorum suscepit Christus a Patre: Quod Pater nec repromissit nec mandauit, Christus administrare non potuit.» Augustinus haec habet: (28) «non enim pro Angelis mortuus est Christus.»

Quod et ratio suadet: vel enim Angeli mali saluari possunt per mortem Christi iam praeteritam, vel vt somniauit Origenes, per mortem quam iterum Christus perpessus est: neutro quidem modo: non primo, quia in morte Christi transacta deuersus est diabolus, non redemptus, expulsus, et iudicatus, non saluus factus: sed nec secundo modo, Christus enim resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, ait Paullus ad Rom. vi. Vt ut hoc testimonio Bernardus, (29) eoque Origenes refutat.

Colligitur tertio quale ferendum iudicium sit de propositione illa, quae numero est v. inter eas, quas damnauit Innocentius P. X. Constitutione Romae data, anno Incarnationis Dominicae MDCIII. videlicet: «Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.» Vt enim Pontifex ipse Romanus declarauit, falsa illa est, temeraria, scandalosa; et intellecta eo sensu, vt Christus pro salute dumtaxat praedestinatorum mortuus sit, est impia, blasphemica, contumeliosa, diuinae pietati derogans, et haeretica. Cui Constitutioni ab Alexandro Papa VII. confirmatae, cuiuslibet Catholico firmiter est inherendum; cohaeret nempe illa cum Scriptura et Traditione. Contra vero damnata propositio in eorundem Summorum Pontificum Constitutionibus Scripturae, Traditioni, et Conciliorum decretis opponitur.

Ex his quoque quae pro secunda propositione dicebamus, colligi-

O 2

gi-

(27) In lib. de carne Chr. cap. 14. (29) Serm. LII. in Cant.
(28) In Enchir. cap. LXI.

gitur Christum Dominum, ratione suae humanae voluntaris habita, non esse aequaliter mortuum pro omnibus in indiuiduo hominibus: non enim eadem ac aequae efficaci voluntate voluit Christus omnium in indiuiduo hominum salutem; scilicet eorum, quos Scriptura electos seu praedestinos adpellat, salutem voluit voluntate consequente; reproborum vero salutem voluntate tantum antecedente. Si enim eam voluntate consequente voluisset, indubium quin eam a Patre obtinisset; quum omnia sic a Christo volita semper obtinuerit, dicente Paulo ad Hebr. v. *exauditus est pro sua reuerentia*. Quinimo nec potuit Christi ea voluntate salutem reproborum velle, qua aeternus Pater numquam eorum salutem voluit: vna enim absoluta ac simplex est Christi voluntas illa cum Patris voluntate.

Colligitur insuper ex tertiae propositionis probationibus hoc vnum ad fidem spectare, Deum nempe pro omnibus et singulis remedia salutis instruisse, parauisse, exhibuisse, et quantum ex se est, nulli prorsus mortalium denegasse supernas illustrationes, aliasque gratias. Dicitur enim Sap. xii. : «oh! quam bonus et suavis est Dominus spiritus tuus in omnibus!» Ezech. xvi. : «numquid voluntas mea est mors impli, dicit Dominus Deus, et non vt conuertatur a visis suis, et viuat?» In 1. Epist. Ioan. cap. ii. : «ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed et pro totius mundi.» Et in cap. 1. Euangelii : «illuminat omnem hominem, etc. Habentur innumera huius generis in Scripturis. Quibus accedunt Conciliorum Senopensis (30) et Tridentini (31) Decreta, necnon Patrum constans traditio. Itaque nequitiam ad fidem aditum dicere, auxilium gratiae omnibus exhibitum, omnes reipsa recipere, nisi haeresis notam inurere quis temere audeat viros doctissimos atque orthodoxos, quorum nos sensa dedimus ac amplexi sumus; sed nec patiemur equidem Billuarrum nimis fidenter pronuntiantem sententiam illam, et bonitati diuinae, et veritati esse conformiorem. Vel enim auctoritate intrinseca inspecta, vel extrinseca seu ex numero et pondere Doctorum petita, verior ac Dei gratiae dignior nostra opinandi ratio habetur. » Dando enim quibusdam vt Augustinus ait, (32) quod non merentur, profecto gratulam, et per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostendit. Nam auxilium sufficiens donum est; nec vlla foret in Deo iniquitas,

(30) In Decret. Fidei cap. 15.
(31) Sessio vi. cap. 11.

(32) De dono perseu. cap. 12.

si Deus illud singulis denegaret. Sed diximus nimis multa in toto capite. Hoc tantum addere nobis deret, debuisse animaduertere Billuarrum quosnam aduersarios experturus ille foret, dum cum Bannesio, Lemosio, Ledesma, Zumelio, aliisque eiusmodi Theologis pugnam arripiebat; quos deinde duces potissimum sequeretur; nempe Molinianos fere omnes. Sed piget in re notissima immorari: quam insuper sequens caput patefaciet.

CAPVT XVII.

Haeticorum errore detecto, variae Catholicorum sententias producantur: Cauilla item illorum, horumque argumenta soluantur.

Ancipitem hanc controuersiam non ante Augustini tempora exortam, paulatimque tacito hominum consensu restrictam, Lutheri et Caluini postmodum haereses excitarunt: tum his adflata nouorum Dogmatistarum factio de integro vexare instituit; et ad damnatae sectae suae ruinas fulciendas inde sibi praesidium arcescere. Communis itaque in Ecclesia Catholica Doctorum sensus exliterat olim, quantum ex Graecis Latinisque Patribus supra inuimus, quorum innumera testimonia collegit Dionysius Peraius, (1) ad omnes et singulos mortales peractam a Christo redemptionem pertinere, proindeque Christum omnium hominum Redemptorem esse, pro omnibusque fuisse passum. Sed Lutherus et Caluinus, alique forsitan haeretici, commenti sunt, Christum pro solis electis seu praedestinis sanguinem suum fudisse; adeo vt reprobi omnes a redemptione, ea etiam quae fit per gratiam habitalem, atque per actus qui ad eam praeparant, exclusi fuerint. Quem sane errorem statim ac disseminari coepit, exhorruere Catholici omnes, atque antiquam retinentes fidem, et scriptis, et constanti confessione ab inimicorum ictibus tutati sunt.

Verum qui in dogmatae amplectendo retinendoque laudabiliter consensere, in eiusdem intelligentia et expositione haud conuenere. Contendunt enim ex Catholicis nonnulli, quos inter Ludouicus Molina Coriphaeus audit, Christum pro omnibus in indiuiduo hominibus aequaliter esse mortuum; inde concludentes, aequae efficaciter, quantum ex ipso fuit, pro reprobis ac pro electis aeternam salu-

(1) Lib. xiii. de Incarn. cap. 12. et seqq. et tom. i. lib. x. cap. 5.

tem, et auxilia ad eam comparandam necessaria petisse; reprobos tamen salutem non consequi, quod auxiliis, quibus electi, siue ad conuersionem, siue ad perseuerantiam vtuntur, nolint vri. Insuper addunt, aequè efficaciter petisse, vt paruulis qui in infantia ante Baptismum moriuntur, aut infidelibus qui nihil vniquam de Euangelio audierunt aut peccatoribus obcaecatis et induratis conferrentur reapse auxilia, quibus paruuli salutem possent consequi, infideles possent credere; et indurati ad poenitentiam conueniri: quae proinde sufficientia auxilia illos recipere sere omnium Molinae discipulorum sententia est; saltem si de remota receptione sermo sit.

At Sanctorum Augustini ac Thomae discipuli, vt plurimum, e contrario adserunt Christum pro omnibus in indiuiduo hominibus aequaliter mortuum non esse; nec petisse illum voluntate absoluta, efficaci, et consequente aeternam reproborum salutem; neque specialem illa gratiae auxilia, quae reprobis, etiam in Baptismo iustificatis, necessaria sunt vt actu in iustitia perseuerent; neque tandem petisse efficaciter auxiliorum sufficientium collationem pro paruulis infidelibus, quibusdamque obcaecatis peccatoribus; quae propterea actu illa non recipiant, exhibita licet et praeparata illa sint. Adserunt enim (vt rem duobus verbis absoluamus) ratione pretii, quod Christus Patri obtulit pro omnibus in indiuiduo hominibus, siue praedestinati, siue reprobis, sufficienter mortuus fuit; meritum tamen mortis quam passus est, omnibus non adplicari. Quam nos doctrinam ambabus, vt dicitur, amplectimur vniis; atque ab obiectionibus quibuslibet vindicabimus, postquam haereticorum conatus frangere fuerimus adsequuti. Duas ergo argumentorum classes pro ordine conciliando instituiamus.

Ad primam ergo haereticorum argumenta reuocamus. Horum primum est: Christus pro solis suis ouibus mortuus est: ipse enim Ioan. x. ait: «animam meam pono pro ouibus meis.» Atqui ouium nomine soli praedestinati intelliguntur: nam de ouibus, de quibus ea proliterat v. 11, sic loquitur Christus ipse vv. 17. 18. 19. «oues meae vocem meam audiunt; et ego cognosco eas, et sequuntur me; et ego vitam aeternam do eis; et non peribunt in aeternum; et non rapiet eas quisquam de manu mea, &c.

Secundum: Matth. xxvi. legitur: «hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.» Et ad

ad Hebraeos ix: «Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.» Non ergo pro omnibus, nec pro omnium peccatis mortuus et oblatus est.

Tertium: Augustinus variis in locis docet, illos tantummodo a Christo fuisse redemptos, qui reuera saluantur; potissimum vero ad Euodium scribens haec habet: (2) «non perit vnus ex his, pro quibus mortuus est Christus.» Atqui reuera non saluantur omnes, sed multi pereunt: ergo.

Quartum: Eadem sane ratio est de Christi morte ac de eius oratione. At Christum non orasse pro omnibus constat praepriis ex illo Ioan. xvii: «non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi:» Insuper et constat ex eo, quod omnis Christi oratio semper fuerit exaudita, dicente ipso apud Ioan. cap. xi. «Pater, sciebam quia semper me audis;» et Paulo scribente ad Hebr. v. «exauditus est pro reuerentia.» Ergo nec pro omnibus mortuus est, quum pro omnibus non fuerit exauditus.

Cui quidem argumentationi robur accedere existimant ex Augustini et Thomae auctoritate. Augustinus, aiunt, scribit: «si de aliquibus ita Ecclesia certa esset, vt qui sunt illi etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen praedestinati sunt in aeternum ignem ire cum diabolo, tam pro his non oraret, quam nec pro ipso.» At Christus certo sciebat quinam essent praedestinati ad ignem: ergo. Sanctus autem Thomas, inquit, aperte docet; Christum nullatenus orasse pro omnibus reprobis: nam Syluius in tertiam partem scribens, absque distinctione vlla Christi orationem pro crucifixibus ad aliquos restringit: vri testantur Duacena Theologicae facultatis Theologi in sua Censura, data xxii. die Augusti anni 1722: addentes praeterea, Syluium praetuisse haec in re S. Thomam: non ergo Christus pro omnibus orauit ex S. Thomae sententia.

In secunda classe haec catholicorum Theologorum nobis aduersantium argumenta locamus. Primum: laetitiae Deus auxilia ad salutem sufficientia iis omnibus quos vult saluos fieri: qui enim finem alicui vult, et media ipsa vult quibus finem adsequi valeat. Atqui Deus vult paruulos omnes saluos fieri, quum vere illi homines sint, proindeque ea Apostoli sententia ex 1. ad Timotheum comprehendantur, «qui vult omnes homines saluos fieri, et ad cognitionem veritatis venire:» ergo.

Secundum : Christus et pro omnibus paruulis mortuus est ; vepote pro omnibus hominibus : et paruulis ergo auxilia ad salutem sufficientia actu confert.

Tertium : Iniustitia quaedam in Deo esset si infidelibus Deum ratione cognoscentibus moresque suos ad eiusdem rationis normam componentibus gratia sufficiens ad credendum non tribueretur. Sequeretur deinde damnari infideles ob defectum rei , quam nec proxime , nec remote habere potuissent.

Quartum : Iure meritoque damnata fuit ab Inquisitoribus Romanis coram Alexandro Papa VIII. haec propositio : » Pagani , Iudaei , » Haeretici , alique huius generis , nullum omnino accipiunt a Iesu » Christo influxum ; adeoque hinc recte inferes in illis esse voluntatem nudam et inermem , sine omni gratia sufficiente. « Atqui eiusmodi propositio eandem videtur continere doctrinam ac adsertio nostra ; nempe non dari gratiam sufficientem infidelibus , qui nihil vquam de Euangelio audierunt : ergo.

Quintum Ioannis i. legitur : » illuminans hominem omnem venientem in hunc mundum. « Atqui illuminatio illa de illuminatione » per gratiam saltem sufficientem intelligi debet : ergo omnibus quantumuis obcaecatis et induratis sufficiens auxilium gratiae datur.

Sextum : Apud Isaiam cap. v. haec habentur : » quid debui vltra facere vineae meae , et non feci ? « Ex quibus haec conficitur argumentatio : obcaecati et obdurati , si quum vrget confessionis aut altectus rei agenda praecipuum , omni gratia etiam sufficiente destituti sunt , respondere poterunt , » debuisti gratiam nobis largiri , quam possemus conuerti , et alia praeepta implere : « ergo.

Septimum : Prouerborum cap. i. dicitur : » sapientia foris praedicat ; in plateis dat vocem suam , « cer. » Vocauit , et renouit : expandi manum meam , et non fuit qui aspiceret. « Et Isaias lxx : » expandi manus meas tota die ad populum incredulum , « cer. » Ezechielis quoque cap. xviii. : » numquid voluntatis meae est mors impij , dicit Dominus Deus , et non magis vt conuertatur , et viuat ? « Postremo : Apocalypses cap. iii. : » ego sto ad ostium , et pulso. Si quis aperuerit mihi ianuam , introibo , et » coenabo cum eo. « Ex quibus haec conficitur argumentatio : Qui foris praedicat , et in plateis ; qui tota die expandit manus suas ad induratos et obcaecatos ; qui illorum non vult mortem , atque ad con-

rudem ostium stat et pulsat , gratiam sane eisdem ad conuersionem sufficientem largitur. Haec facit Deus : ergo.

Octauum ex Ecclesiae definitionibus promunt. In cap. *Firmiter* definitum est , hominem lapsum per veram posse semper poenitentiam reparari. Deinde , statutum a Synodo Tridentino est , (3) quod » Deus sua gratia semel iustificatos non deserit. « Et Synodus Senonensis in Decreto xv. de libero arbitrio , haec habet : » nec tamen tantae gratiae necessitas libero praedudicat arbitrio , quum illa semper » sit in promptu , nec momentum quidem praetereat , in quo Deus non » stet ad ostium , et pulset. « Concilium quoque Coloniense sic de Sacramento Poenitentiae loquitur : (4) » nullus est peccator tam seclerus , cui Deus , quoad in hac vita superstes fuerit , hanc gratiam » penitus subtrahat. «

Nonum ex Patribus depromptum est huiusmodi. Prosper aperte docet , (5) gratiam omnibus hominibus dari ; proindeque et excaecatis et obduratis. Ait enim : » elaboratum est quantum Dominus adiuuit , vt non solum in nouissimis diebus , sed etiam in cunctis retro seculis gratia Dei omnibus hominibus adfuerit. Quod quidem ex eo probat , quod ex Apostolo Christus omnium hominum saluator sit : » Dicendo , ait , quod est saluator omnium hominum , confirmauit bonitatem Dei super omnes homines esse generalem. «

Augustinus (6) sic de illis loquitur , qui de ignorantiae et difficultatis poena ex Adam transfusa quaeruntur. » Recte enim fortasse » quaerentur , si erroris et libidinis nullus hominum victor existeret. Quum vero vbique sit praesens , qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocet , doceat credentem , consoletur sperantem , diligentem adhorretur , conantem adiuuet , exaudiat deprecantem , non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras. « Et in Sermonibus super Psalmos : (7) » si nolis curari vulnus tuum , admonet vt cureris ; et auersum reuocat , et refugientem quodam modo ad se venire compellit et adtrahit. In omnibus implet , quod dictum est , misericordia eius praenueniet me. « Item : (8) » vocat vndique ad correptionem ; vocat vndique ad poenitentiam ; vocat beneficiis creaturae ; vocat impertiendo tempus viuendi ; vocat per lectorem ; vocat per tractatorem ; vocat per intimam

Tom. III.

P

» co-

(3) Sess. vi. cap. 11.

(6) De nat. et grat. cap. 67.

(4) In Eochiridio.

(7) Sermo 11. in Psal. 58.

(5) Lib. 11. de Vocat. gent. c. 10.

(8) In Psal. 111.

» cogitationem ; vocat per flagellum correptionis ; vocat per miseriam consolationis. « Insuper in expositione quorundam propositionum ex Epist. ad Romanos, (9) haec profert : » non ergo hoc illi » (Pharaoni) imputatur, quod tunc non obtemperaret, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat ; sed quia dignum » » praebuit, cui cor obduraretur praecedenti infidelitate. « Ergo quum Pharaoni, licet obdurato, peccata imputata fuerint, adfuisse illi gratiam, per quam ea peccata vitare poterit, dicendum erit.

Paullus Orosius scribit : (10) » mea semper haec est fidelis et indubirata sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore » suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiae » suae dona largitur, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus » propter longanimum sui aeternamque clementiam subministrare ; non » ut tu adseris cum discipulo Coelestio, cui iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo » naturali bono, et in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam » gratiam contriburam ; sed speciatim quotidie per tempora, per dies, » per momenta, per atomos, et cunctis et singulis ministrare. « Et infra : » euentissime declaratum est, nemini hominum deesse Dei » adiutorium, praesertim quum et seductor instet, et insit infirmitas. «

Sanctus autem Thomas haec docet : (11) » si aliquis nutritus in » syluis, vel inter bruta animalia, ductum rationis naturalis sequeretur in adpetitu boni et fuga mali, certissime est credendum, quod » ei Deus, vel per internam inspirationem reuelaret ea, quae sunt » ad credendum necessaria, vel aliquem fidei praedictorem ad eum » dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium. « Et in Epist. Paulli ad Hebr. scribens : (12) » gratia nulli deest, sed omnibus quantum » in se est, se communicat, sicut nec Sol deest oculis caecis. « Similiter in prima Parte Summae Theologicae : (13) » Deus, inquit, non » deficit ab agendo, quod necessarium est ad salutem. Item (14) Lex » noua, ait, quantum est ex se, auxillum dar ad non peccandum. » Postremo, contra Gentes scribens, sic loquitur : (15) » Deus quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare. « Ex quibus S. Tho-

(9) Propos. LXII.

(10) In lib. de arbit. libert.

(11) Quaest. XIV. de Verit. art. 2.

(12) In cap. XII.

(13) Quest. LXXIX. art. 2.

(14) Prim. Sec. q. 106. art. 1. ad 2.

(15) Lib. III. cap. 169.

Thomae locis sane euincitur nulli hominum gratiam ad salutem sufficientem deesse.

Decimum tandem argumentum ex multiplici ratione integratur. Prima : Deus excaecatis et obduratis praecipit conuersionem ; praecipit quoque, vt tentationes quibus vrgentur, superent ; praecipit insuper mandatorum obseruationem. Confert ergo illis sufficientem gratiam vt haec omnia praestare valeant ; quum absque gratia impossibilia ea sint : atqui nec conuersio, nec tentationum victoria, nec Decalogi obseruatio, impossibiles obcaecatis et induratis sunt, aenite Tridentino Concilio : (16) » Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet facere quod possis, et petere quod non possis ; ergo. Nam vt per gratiam mandatum sit peccatoribus illis possibile, necesse est, vt Deus eis gratiam conferat, quemadmodum vt quid possibile per amicum sit allici, oportet vt amicum suum illi auxilium prebeat.

Secunda : Induratus, qui gratia sufficiente destitutus peccaret, non peccaret libere, sed necessario : ille enim necessario peccat, qui bonum operari non valet. Atqui induratus destitutus gratia bonum non posset operari, quum ad illud posse operari sufficiens gratia, qua caret, requiratur : ergo.

Tertia : Excaecati et Indurati admonendi sunt vt a peccatis respiciant, ac corripiendi quod illa perpetrarint. Deus ergo gratiam eis largitur, quae admonitiones illas et correptiones comitetur : alioquin frustra a Pastoribus adhiberentur ; nempe non magis possent illis prodesse, quam surdis et caecis prostris.

Quae tamen argumenta non est admodum difficile soluere. Itaque primum illud primi ordinis ex verbis Christi Domini Ioan. x. hac distinctione euanescit : Pro suis tantum omnibus Christus mortuus est, quantum ad efficacem, perfectam, et integram liberationem a massa perditionis, concedo : quantum ad inefficacem, imperfectam, et incoactam liberationem, nego. Efficax, perfecta, et integra liberatio a perditionis massa posita est in tribus donis simul acceptis, vocatione nimirum, iustificatione, et perseuerantia vsque in finem. Inefficax vero, imperfecta, et incoacta in vocatione tantum, aut in vocatione simul cum iustificatione. Passus ergo Christus mortem fuit, quod ad hanc posteriorem liberationem adtinet, non pro solis electis : etenim sunt complures reprobi, qui imperfectam illam liberationem ex Christi morte in tempore conse-

P²

quon-

(16) Sess. VI. cap. 2.

quantur; quum contra praedestinati perfectam liberationem ex ea adipiscantur. De his enim, non de illis, dictum est: »ego vitam aeternam do eis, et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea.«

Ad secundum dicendum: Vsitata in Scripturis phrasi per multos saepe omnes intelligi. Sic ex. gr. Apost. ad Rom. v. dicit: »iugitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem; sic et per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per vnus obedientiam iusti constituuntur multi.« Quo in loco Paulus, quos *omnes* dixerat in primo membro propositionis, eosdem *multos* dicit in secundo. Sunt huius rei exempla alia Matthaei iv. et Marci xx. Sed et responderi potest ex S. Thoma, (17) Christum et pro multis, et pro omnibus esse mortuum: pro multis quidem quoad efficaciam et applicationem; pro omnibus vero quoad sufficientiam oblatis pretii, quo etiam sensu Matthaei verba exponit Catechismus Romanus. (18)

Neque obest huic doctrinae, quod *omnes* in Scriptura vsurperet quandoque pro aliquibus tantum, seu pro multis; vt Ioan. xii: »si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum;« et tamen Christus non *omnia* trahit ad se. Et i. ad Corinth. xv: »sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo *omnes* viuificabuntur: neque tamen *omnes* viuificantur, sed ii tantum, qui sunt via Christi membra per caritatem. Ex quo enim *ly omnes* quandoque accommodatur pro aliquibus tantum, inepte infertur, semper sic sumi, nunquam distribuitur. Ex circumstantiis enim locorum, subjecti, argumenti, aliorumque optime intelligitur, quandonam accommodatur, quandonam distribuitur accipi debeat. Porro ostensum a nobis fuit particulam *omnes* necessario accipiendam distribuitur in illo loco, Christus mortuus est pro omnibus, « ob circumstantias adiunctas.

Tertium solutione supra data exponitur: Non perit vnus ex his, pro quibus mortuus est Christus, voluntate consequente et quoad efficaciam, concedo: Voluntate antecedente et quoad sufficientiam, nego. Vel etiam dici poterit, neminem periri a Christo ex impotentia, secundum illud Ioan. x: »nemo rapit oues meas de manu mea: non autem quod nullus pereat ex propria malitia.

Quartum plurima continet, quae hoc ordine soluuntur. Sunt
Theo-

(17) In locum Matthaei.

(18) P. ii. cap. 4. Sect. 23.

Theologi negantes aequam esse habendam rationem de morte ac de oratione Christi: quoniam, inquit, Christi mors beneficium est generale pro totius generis humani reconciliatione oblatum, et oratio est quid magis particulare respiciens applicationem meritorum huius beneficii generalis ad aliquos particulares effectus: vnde potuit mori pro his, pro quibus non orauit. Nos tamen, admissa propositione maiori, hoc pacto minorem distinguimus: Christus non orauit pro omnibus, oratione procedente a voluntate consequente, et absoluta, esto: oratione proueniente a voluntate antecedente et conditionata, nego. Orat Christus pro salute omnium oratione a voluntate, qua eam volebat, proueniente, quae antecedens fuit; non oratione a consequente voluntate proueniente. Orat propterea pro mundo, non speciali oratione de qua Ioan. xvii; sed generali, et a voluntate antecedente procedente. Exaudita autem omnis Christi oratio perpetuo fuit, quae a consequente voluntate proueniret.

Nec aliquid roboris argumento accedit ex auctoritate Augustini et Thomae. Primum enim sic nonnulli exponunt, vt dicant longum esse discrimen inter Christum et Ecclesiam, videlicet quod Christus sit prouisor vniuersalis, cuius officium sit omnibus necessaria prouidere; non sic Ecclesia, quae particularis prouisor est. Verius tamen cum aliis respondemus, loqui Augustinum de oratione profecta ex voluntate absoluta et consequente, qua Ecclesia peteret absolute salutem reprobatorum, qua reprobi sunt. Colligunt hanc responsonem ex ipsius Augustini scopo: nam disputat inibi Sanctus Doctor aduersus adserentes, in iudicio Dei omnibus reis propter Sanctorum preces esse parcendum; proindeque nullum impium finaliter, et in aeternum fore damnandum. Quem errorem vt refellat Augustinus, scribit, quod si res ita se haberet, Ecclesia etiam nunc orasset pro Diabolo et Angelis eius, quod tamen non facit. Additque, quod si certo sciret qui sint reprobi, pro eis non oraret, ea scilicet oratione, quae ex voluntate absoluta et consequente procederet, et qua veller, vt reprobi, qua reprobi, saluarentur. Haud tamen negat Augustinus, quod pro eisdem oraret oratione procedente ex voluntate generali et antecedente eorum salutis.

Sanctus autem Thomas verissime ibi argumento quod sibi obiecerat, responderet, Christum scilicet Dominum non orasse pro omnibus crucifixoribus oratione illa, quae semper exaudita fuit; seu oratione proprie ac simpliciter dicta, absoluta, et efficaci, de qua erat
quaes-

quaestio. Atque hac sua responsione Syluius, ceterisque discipulis praeiulit. Consultatur ipse S. Doctor. (19)

Quid vero Syluius? Quid reliqui Sancti Thomae discipuli? Scilicet adhibita ab illo est eadem Magistri distinctio, quum ad alios ex crucifixoribus orationem Christi restringeret; ut videre est in ipsa Syluii littera. Reliqui vero omnes constanter eam distinctionem tenuerunt; adeo ut ne vnum, ex antiquioribus etiam, reperire fas sit, qui Sanctum Doctorem non eo sensu intelligat, explicetque, quo se ipse explicuit, explicantque iuniores.

Ad secundam argumentorum classim venientes, primum solutus ex his quae alibi dicebamus, ut varios Paullini testimonii sensus exhiberemus. Recenset praecipuos Sanctus Thomas, ab Augustino doctus, hisce verbis: (20) »dicendum, quod illud verbum »Apostoli, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, cet., potest tripliciter intelligi. Vno modo, ut sit admodum distributio secundum hunc sensum, Deus vult saluos fieri omnes homines qui saluantur; non quia nullus homo sit quem saluum fieri non velit, sed quia nullus saluus fit quem saluum fieri non velit, ut dicit Augustinus. Secundo potest intelligi, ut fiat distributio pro generibus singulorum, et non pro singulis generum; secundum hunc sensum, Deus vult de quolibet statu hominum saluos fieri, mares et foeminas, Iudaeos et Gentiles, paruos et magnos; non tamen omnes de singulis statibus, Tertio secundum Damascenum, intelligitur de voluntate antecedente, non de voluntate consequente; quae quidem distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis diuinae, in qua nihil est prius vel posterius; sed ex parte volutorum. Qualiter ex his S. Thomae explanationibus admissa euincitur, ne remote quidem paruulis omnibus, qui sine Baptismo moriuntur, gratiam quae satis sit ad salutem, dari; sed id vnice, exhibita parataque pro eis quoque auxilia remote sufficientia fuisse.

Pro secundo soluendo neganda est illatio. Quamuis enim ex Christi morte, atque ex eius voluntate antecedente, quae eadem cum voluntate Patris est, colligi possit, omnibus praeparata fuisse media quae ad salutem sufficiant, et virtutem sanguinis Christi fuisse pro omnibus sufficientem; colligi tamen non potest ea media omnibus actu conferri: ut enim loquitur Catechismus Romanus: »si

» eius

» eius virtutem inspiciamus, pro omnium salute sanguinem a Salvatore effusum esse fatendum erit: si fructum, quem ex eo homines perciperint, cogitemus, non ad omnes, sed ad multos tantum eam »utilitatem peruenire facile intelligemus.»

Ad tertium dicendum: iniustitiam habere tantum locum in eis qui digni sunt, non vero in indignis. At infideles omnes, et propter originale peccatum, et propter actualia indigni prorsus gratia, qua ad fidem venire possint, sunt. Sed ex dici potest: Infideles, de quibus agitur, non esse damnandos, quod fidem non habuerint, sed propter originale peccatum, pluraque actualia, quorum vel per omissionem, vel commissionem in legem naturalem, voluntariae rei facti sunt. S. Thomae est haec responsio. (21)

Quarto sic occurrit: damnatam propositionem quam longe distare a nostra adsertione: nam in ea sermo instituitur copulatiue de Paganis, Iudaeis, Haereticis, aliisque hominibus, qui in sinu Ecclesiae non sunt: vnde potuit absolute damnari ratione Iudaeorum, Haereticorum, ac plurium aliorum qui in Ecclesia non sunt, quantum relate ad Paganos vera illa sit. Quinimmo, quum illius propositionis subiectum, nempe *Pagani*, indefinitum sit, proindeque secundum exactae logices regulas de omnibus omnino Paganis intelligatur, siue aliquid de Euangelio audierint, siue non audierint, siue Deus aliquod credulitatis initium eis fuerit largitus, siue non largitus fuerit. Contra vero in nostra adsertione subiectum illud definitum sit; restrictum scilicet ad Paganos illos, qui nihil vnquam de Euangelio audire potuerunt, nihil certe commune illae inter se habent.

Quinti solutio ex S. Thoma haec est: (22) Verbum Dei illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum per lumen rationis, iuxta illud Psalmi IV: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Quod si laudata Ioannis sententia intelligatur de illuminatione per gratiam, intelligenda erit vox illa *mundum* de mundo christiano; ita sane ut sensus sit, eum hominem qui per Baptismum non fidei, sed sincere Christi discipulus sit, illuminari per doctrinam et gratiam actualem, si sit adultus; et per solam gratiam sanctificantem, si nondum ratione sua fruatur. Quin et fideles ipsi obdurati et excaecati, quandoque per actualem gratiam fuisse illuminatos haud repugnamus; nimirum priusquam in voluntariae obdurationis poenam sibi ipsis fuerint relictis; neutiquam vero postquam in miserimum illum

sta-

statum per repetitos actus incidere, et quoties posthac tentatio viger, aut instat praeceptum: tunc enim aequum est, vt subtractione gratiae puniantur. Postremo, adducta Ioannis sententia per distributionem adcommodam accipitur ab Augustino et Thoma; non quia nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur, vt primus loquitur. (23)

Ad sextum dicatur: Non posse excaecatos et induratos id Deo obiurganti respondere: neque enim Deus gratiam cuique debet: alioquin *gratia*, vt Paulus ait, *non esset gratia*. Si autem nulli Deus gratiam debet, potissimum illis non debet, qui per innumera scelera ac flagitia indignis sese reddiderunt. Insuper adscribere illi tenetur suam praecepto conuersionis inobedientiam, non Deo, sed iniquitati per primum parentis peccatum contractae, ac per plures iniquos actus maxime liberos aduatae. Desumpta est haec responsio ex Augustino. (24)

Septimum ex variis Scripturae locis compactum soluitur dicendo: Intelligi ea omnia loca de vocatione ad conuersionem per auxilia extrinseca; scilicet respectu Iudaeorum, ad quos praecipue spectant Prophetarum oracula, per legis manifestationem, per Prophetarum exhortationes, aliaque eiusmodi. Nequaquam vero intelligi de vocatione per auxilium interius, per bonae voluntatis, ne incoatae quidem subministracionem. Demus tamen libentissime, quod certe falsum est, intelligi illa de vocatione per gratiam interiorem; non illico probant fuisse Iudaeis praesentem eam vocationis speciem, quoties urgebat tentatio, vel adimplendum erat praeceptum: non enim aliud sonant voces illae *tota die*, quam fuisse eos ad conuersionem vocatos, et Mosaicae legis tempore, et tempore Euangelii, vt exponunt Interpretes.

Octauum facile est discutere. Rectissime quidem in cap. *Firmiter* dicitur, posse hominem lapsum per poenitentiam reparari; quoniam potest Deus hominem illum gratia praeuenire. Vt enim adposuit Augustinus scribit: «nemo dicit sic hominem factum, vt de iustitia quidem possit in peccatum ire, et de peccato ad iustitiam redire non possit: sed vt in peccatum ier, sullicet et liberum arbitrium; vt autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quia sanus non est; opus habet viuificatore, quia mortuus est.» Hunc

(23) In Enchir. cap. 103.

(24) In libr. de corrept. et grat. cap. 6.

tamen medicum quandoque implere desistere Augustinus ipse paullo inferius tradit. Ad Concilia quod spectat, Tridentinum apertissime de iustificatis loquitur; nostranque propterea adsertionem amplius firmat. Senonense autem et Colonense prouincialia Concilia sunt atque possunt commode exponi. Nam primum dicit, adesse semper gratiam, quatenus est *in promptu*, singulis videlicet praeparata: omni etiam momento Deum stare ad osium, et pulsare; nec tamen singulos homines pulsantem interius sentire, quia alio distracti sunt: itaque non interior, sed exterior eorum gratia est. Secundum vero Concilium consulto vocem *penitus* addidit, vt designaret cuilibet peccatori scelestissimo quamdiu in via est, non omnino gratiam subtrahi, quia interdum illustrationes recipit, aut saltem ius ad Sacramenta habet, quibus peccata delentur.

Nonum argumentum hoc ordine soluendum est. Prosper aperte docet exteriorem gratiam omnibus hominibus dari, concedo: gratiam interiorem, nego. Nempe cap. iii. gratiam communem suadet, quia Deus quosdam (Gentes nimirum) ad se cognoscendum, coeli et terrae testimoniis conuenit; alios (Iudaeos nempe) doctrina legis, Prophetarum oraculis, miraculorum signis adiuuit. Cap. v. gentes quae Decalogi legem non obseruauerunt, ideo esse inexcusabiles probat, non quidem quod gratiam habuerint, sed quod doctrinae mensuram sibi in creaturis oblatam neglexerint. Quod si de gratia interna loquuntur velint Auctorem librorum de vocatione gentium, accepisse illum gratiam non simpliciter et absolutam, sed per distributionem adcommodam dicemus. Scilicet gratiam internam semper, seu temporibus, et legis naturae, et legis mosaicae, et legis euangelicae, datam esse omnibus hominum generibus; non ita singulis generum, vt conuenit in Scholis dici. Sed et addendum postremo loco libros de vocatione Gentium falso adscribi Prospero.

Augustinus hoc tantum adserit de natura et gratia scribens, nullum posse iuste suam ignorantiam in sui excusationem adferre, quia Deus, aut per legem scriptam, aut per naturalem, aut per Euangelii praedicationem homines omnes instruit et vocat: adeo vt nemo vnus sit, qui ignorantiam superare non valeat sui ipsius conscientia, rerumque spectaculum contemplatione; et qui fidei mysteria ignorat, ea ab euangelizantibus audire potest; et si non potest, non ei imputatur ad culpam. In Psalm. vero lviij. scribens, de his loquitur quorum Dominus factus est suscepter, vt in omnibus eorum operi-

ribus singularem exerceat prouidentiam. Et quidem si quid ex hoc testimonio euinceretur, adesset singulis, nedum gratia sufficiens, sed et efficax, et quodammodo compellens et adtrahens. Reuincitur eadem responsione obiectio desumpta ex Enarrat. in Psalm. cii.

Vltimum Augustini testimonium probari certe Pharaonem, obduratosque huic similes, quolibet gratiae auxilio destitutos fuisse: neque enim de eo qui sufficienti gratia adiuuatur, dici poterit quod de Pharaone Augustinus dicit, »quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat.« Quoniam vero dignum se praebuit Pharaon, cui cor obduraretur, peccauit, eique fuit imputatum: sicut et peccare obduratos alibi Augustinus tradiderat. Itaque dum Augustinus ait »non hoc illi imputatur,« sic venit exponendum, quod tunc primum non meruit non obtemperare. Profecto quum haec Augustinus scripsit, arbitrabatur initium fidei esse a nobis determinantibus gratiam. Sed quam ante Episcoporum opinionem expresserat, postea retractauit. (25)

Orosii testimonium nostrae sententiae fauere liquido constat. Ille enim aduersus Pelagianos adserentes posse vnumquemque per naturam et liberam arbitrium salutem quaerere et ingemiscere, licet adiutorio Dei tandem tribuerint salutis consequutionem, et oblicentes Zachaei exemplum, qui desiderabat Deum videre, et ideo salus domui eius facta est, ait: »numquid si vnus credidit, statim vniuersa domus sine peccato fuit?« Quibus aperte tradit, Zachaei familiam antequam crederet ille, non habuisse initium illud salutis: id est, posse quaerere et ingemiscere: quale initium in natura, et libero arbitrio Pelagius irronebat. Reponentibus autem Pelagianis: »Quomodo ergo peccabunt, qui destituti sunt gratia, et non habent ex se posse quaerere et ingemiscere? Occurrit Orosius dicens, quod gratia ad libertatem peccandi necessaria non est illa specialis, quam Coelestius et Pelagius indicant in solo bono naturae omnibus contributam: sed veritatis notitia, et lumen ipsum rationis adiutum testimonio, et distributione elementorum: atque id per atomos, et per momenta singulis ministrari, et necessarium esse ne imputetur peccatum: licet ad recte agendum requiratur praeterea specialis gratia, a natura et libero arbitrio diuersa. Consulatur ipse Orosius.

Sancti Thomae loca expeditam habent interpretationem. Quod enim ex quaestionibus de veritate sumitur, verum habet: sed puer

il-

(25) Lib. 1. Retract. cap. 23.

ille non posset rationis ductum sequi sine gratia, quae ipso S. Thoma docente, quibusdam datur, quibusdam non datur. Constat siquidem ex ipso Praeceptore Angellico, (26) quod »adpetitur voluntatis rationalis sequitur propter corruptionem naturae bonum priuatum, nisi sanetur per gratiam Dei.« Quod in puero illo contingeret ex carnis concupiscentia progenito. Quidam vero si puero illi superna aliqua illustratio adsit, quae tamen et a caecitate poenali dispellatur, et a voluntate in malum procliuu pessundet? Haud repugnabimus.

Reliqua S. Thomae testimonia generalem hanc responsionem habent. Ea nempe demonstrare tantummodo Deum, quantum in se est, omnibus auxilia praeparare, quae insuper illis subministrat, qui nullum obicem ponunt: quamquam istud non ponere, aut remouere gratiae munus sit quae aliquibus denegatur, vt docet ipse Sanctus Thomas. (27) Sed singula exponamus. Et in primo quidem S. Thomas de gratia habituali, vel actuali efficaci loquitur; quas illi dari vult, qui ad eam recipiendam sese, vt par est, praeparauit. Nam verbis illis, »gratia nulli deest,« haec alia praemittit, »tamen oportet quod homo faciat quod in se est.« Quam insuper praeparationem ex gratia esse adserit scribens: »dicendum est, quod hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia prouenit.« Vt igitur inde inferatur, gratiam de qua loquitur, nulli deesse, oportet in ea S. Thomam fuisse sententia, quod gratia ad praeparationem illam ad non ponendum illud obstaculum requisita, omnibus detur. Id quod S. Thomas nedum non docuit, sed docuit contrarium.

Dum vero ait in Summa Theologica, quod Deus non deficit ab agendo quod necessarium est ad salutem, non sic intelligendus est, vt velit, Deum ab agendo non deficere, quoniam ea agere debeat, vel teneatur; tametsi ea agere potens sit; proinde eiusmodi dum agit, haud ipsi adscribitur peccatum, aut perditio impii, quemadmodum adscriberetur naturae naufragium navis, si ea non ageret, quae ad nauis salutem sunt necessaria, quaeque et potest, et teneatur agere. Desumpta est responsio haec ex ipso S. Thoma. (28)

Vbi autem dicit, quod lex noua, quantum est ex se, auxilium dat ad non peccandum; non de actuali, sed de habituali gratia verba facit. Quaerit enim ibi, an lex noua iustificet, quod proprium ha-

Q 2

bi-

(26) Prim. Sec. q. 109. art. 3. et in ipsa lect. 111. in cap. 12. Epist. ad
(27) In 111. cont. Gent. cap. 160. Hebr. (28) Prim. Sec. q. 79. art. 1.

bitualis gratiae est. Dato tamen et de actuali gratia S. Thomam fuisse loquutum, non inde colligitur eam dari obcaecatis et induratis: nempe licet lex noua, quantum in se est, det auxillium sufficiens, non sequitur, quod auxillium huiusmodi omnibus adplicetur. Quod propter peccati obstaculum euenire ipse S. Doctor adfirmat. (29)

Tandem contra gentes scribens aperte nostram confirmat sententiam. Putarum siquidem Deum dicit omnibus dare gratiam: gratiam quidem sufficientem: nam loquitur eo in loco de gratia, per quam possit homo Deum proximumque diligere, mysteriis reuelatis credere, et eius ope in potestate illius sit aliquid explicitè credere. Non ergo omnibus eam confert ex S. Thomae mente.

Decimum argumentum quod e ratione ductum est, hoc ordine solui desiderat. Prima quidem eius ratio, quae duo complectitur, duplici hac solutione; concedimus praecipuis Deum praecipere obcaecatis et induratis conuersionem; praecipere quoque ut tentationes superent: nec tamen conferre illi gratiam sufficientem, sed tantum offerre. Negamus deinde impiis qui gratiam non habent, praecipere simpliciter, et absolute impossibilia esse, vel dici debere. Ratio esto: quia illud tantum dicitur impossibile, quod neque per proprias vires, neque per auxillium Dei facere possumus; proindeque quum excaecatus et induratus quilibet per gratiae auxillium conuertitur, tentationes superare, et Decalogum obseruare possit, dici nequit, quod Dei mandatum ei simpliciter et absolute sit impossibile; sed habita solum virtutum naturae ratione, ut docet S. Thomas. (30) Atque satis est, ut auxillium illud in extrinseca excaecati et indurati potentia sit; nec requiritur ut sit in intrinseca potentia. Vel quod in idem redit, sat est, quod illud valeat recipere, nec necesse est quod re ipsa illud recipiat actu, ipso S. Thoma docente. (31)

Nec tamen recte quis ex hac doctrina inferre poterit, et daemones, et homines iam in inferis damnatos diuina posse seruare mandata, quum et gratiae auxillium recipere possint; posse quoque hominem caecum absolute videre; hominem mortuum posse viuere; vtrumque scilicet ex Dei auxilio. Nam obcaecati et indurati recipere Dei auxillium possunt, inspecta Dei potentia ordinaria. At vero daemones, damnatique homines, quum iam in termino sint, id potentia vniue extraordiaria poterunt. Similiter et hac extraordiaria po-

(29) Prim. Sec. q. 106. art. 3. ad 2.

(30) Prim. Sec. q. 109. art. 4.

(31) Secunda Sec. q. 2. art. 5.

tentia potest caecus a Deo visum recipere, et mortuus ad vitam redire. Tradit hanc doctrinam S. Thomas. (32)

Ad secundam dicendum, quod induratus ille libere, non necessario peccaret: neque enim, ut quis sic peccet opus est, quod possit per gratiam quae praesens est, bonum operari; quia non requiritur ad libertatem indifferentiam contrarietatis seu specificationis, hoc est, ad bonum et malum; alioquin Christus liber non fuisset, quum malum non potuerit operari; sed satis ad libere peccandum est contradictionis indifferentia; hoc est, ut ita intra idem genus boni aut mali haec vel illa boni aut mali species eligi possint; quae quidem indifferentia in indurato sufficiente gratia destituito reperitur; qui hanc illamue peccati speciem eligens, aliam etiam eligere potest. Docet id S. Thomas. (33) †

Tertiae rationis haec est solutio: Quum nesciant Pastores, an Deus suam gratiam induratis sit daturus, necne; tenentur ex officio quemcumque peccatorem admonere atque corripere, diuinaeque prudentiae admonitionum, correptionumque suarum committere euentum. Et licet Deus admonitione et correptione non adhibitis, impium conuerrere possit, passim tamen non conuertit, nisi admonitiones correptionesque praecesserint: quemadmodum licet absque praedicatione Euangelii fidem largiri possit, nisi tamen ea praecesserint, non solet infidelem ad fidem conuerrere. Desumpta est haec responsio ex Augustino scribente: (34) »haec est correptionis utilitas, »quae nunc maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate adhibetur, et tunc salubris, quando supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi quum facit ut peccati sui quemque poeniteat. »Et quis hoc dicat, nisi qui reperit Apostolum Petrum negantem, et »fecit flentem &c. Sed quare isti sic, illi aliter, atque alii aliter, »diuersis, et innumerabilibus modis vocentur, ut reformentur, absint ut dicamus iudicium luti esse debere, sed filii.«

(32) In Quaest. disput. q. 24. de verit. art. 11.

(34) In lib. de corrupt. et gratia, cap. 5.

(33) Lib. III. cont. Gentes, cap. 160.

*Nota per
esse de
pote bien
Al impium
no arguo
de la im
posita lida
reclusa
gratia
sufficiens*

LIBER XII.

De Incarnationis consecrariis; seu de humanae
Christi naturae praecipuis orna-
mentis.

CAPVT I.

De multiplici scientia Christi animam exornante.

Habuit Christus, praeter increatam diuinamque scientiam, perfectissimam scientiam creatam infusam.

Habuit et adquisitam atque experimentalem.

Fuit quoque in Christo a primo conceptionis suae instanti scientia Beatorum: quae tamen comprehensua non fuit.

Primam propositionis partem ea omnia argumenta commonstrant, quibus superius vsi sumus, dum aduersus haereticos ostendebamus fuisse in Christo humanam naturam perfectionibus et dotibus sibi naturalibus instructam, animamque mente praeditam. Quum enim perfecta humanitas perfectam cognitionem seu scientiam proprio labore non adquisierit, sed eam in primo suae conceptionis instanti accepit: infusa, indita, congenita fuerit opus est.

Hanc vero scientiam fuisse perfectissimam testantur Scripturae. Dicitur enim Isaias xi: »requiescet super spiritus sapientiae et intellectus.« Ioan. i: »plenum gratiae et veritatis.« Ad Colos. ii: »in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.«

Docent idipsum Patres. Ambrosius: (1) »plenam habuit scientiam et certissimam veritatem.« Augustinus quoque: (2) »ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis.«

Ratio tandem suffragatur: Nam Christus per intellectionem hu-

(1) Lib. v. de Fide cap. 18.

(2) Ad Damasum.

manam ipsi inditam, ac cum humana pariter et creata voluntate coniunctam meruit: non enim poterat per intellectionem diuinam atque increatam promereri, quum Diuinitas incapax meriti sit. At non potuit in merito proficere, sic vt noua meriti perfectio illi adueniret, alioquin imperfectam animam a principio habuisset: ergo perfecta semper scientia seu cognitione exornatus fuit.

Alteram propositionis primae partem, quae de adquisita scientia loquitur, probat Paulli testimonium ad Hebr. v: »quum esset filius Dei, didicit ex iis quae passus est, obedientiam.« Probat etiam complurium Doctorum iudicio verba illa Lucae ii. »proficiebat sapientia et aetate.«

Deinde probat auctoritas Patrum adfirmantium in Christo manifestationem atque explicationem, quum sapientiae, tum Diuinitatis, quae sane sit rerum efficientia et experimento. Ita Athanasius et Cyrillus. (3)

Probat denique ratio: Christus absdubio in vitae suae decursu percepit sensuum ministerio atque experientia quaelibet praesentia obiecta; videlicet miracula a se patrata, discipulorum obedientiam, Pharisaeorum machinamenta, cetera. At eiusmodi non percepit scientia infusa, quae rerum substantias spectat tantum, ac veritates exhibet vt sunt in ideis; minime vero veritatum iam perceptarum modum et determinationem, siue obiectorum praesentiam considerat: percepit igitur illa scientia experimentali et adquisita. Alias e ratione ductas probationes legere est in S. Thoma. (4) Eius insuper auctoritas ac pondus trahit nos, vt hanc scientiam in Christo fuisse tenemus etiam pro habitu, vt aiunt, sumtam. Decretoria siquidem nobis sunt quae laudato loco profert. (5)

Secundae propositionis priorem partem non obscure Scripturae innuunt. Habentur nempe haec Ioan. i: »vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre.« Quae quidem verba ex istis sequuntur: »Verbum caro factum est, et habitauit in nobis:« vnde intelligitur adserere Ioannem gloriam animae Christi, seu beatam visionem ex ipsa Incarnatione sequi: ergo Christus ea visione fruitus est a primo suae conceptionis instanti, quum nullum fuerint instans, quo illius anima hypostaticae Verbo coniuncta non fuerit. Habetur deinde eodem

(3) Orat. iiii. cont. Arian. lib. iiii. (5) In corp. art. et in resp. ad 1. cont. Nestorium, argum.

(4) III. Part. q. 9. art. 4.

dem capite dicere Ioannem, humanitatem Christi plenam fuisse gratiae et veritatis: quod de Christo vt homine, sensibus quidem subiecto, intelligendum esse ex eo constat quod dixerat: « vidimus eum. » At huiusmodi gratiae et sapientiae plenitudo in Christo vt homine ex visione beatifica ortum duxit: ergo. Habentur tandem eodem capite haec: « Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis: » Qui autem in sinu Patris est, visione beante fruatur. His adfinia leguntur in capitibus 3. et 8.

Patres eandem veritatem tradunt. Augustinus, (6) exponens allegoricam significationem Lazari a Domino suscitari, scribit, hoc esse nos inter et Christum discrimen, quod nos post mortem tantum feuituri simus inuitina Dei cognitione; quum contra Christus ea ante mortem etiam fuerit potius. Scribit deinde (7) « humanitatem Christi nusquam amisisse haereditatem et claritatis notitiam, qua diuinum Verbum erat apud Patrem priusquam mundus fieret. » Laudari quoque potest pro hoc argumento Eusebius Caesariensis, qui exponens verba Psalmi xxii: « in te proleclus sum ex vero, » cer., sic Christum loquentem inducit: (8) « quum enim adhuc in vero latere gestantis me genitricis, te Deum meum intuebar. » Cuius quidem privilegii hanc reddit rationem, quod licet anima Christi coniuncta esset carni, sese tamen haberet quasi eius vinculis plane libera. Praeterea demonstrat ipsam veritatem omnium catholicorum Scriptorum consensus. Scilicet eorum nullus adseruit Christum, ex quo viuere coepit, diuino aspectu caruisse: nullus est modo, siue peritus ille sit, siue idiota, qui id inficietur: Vnde cuique potest Ecclesiam ex apostolica traditione accepisse hanc veritatem.

Accedit quoque ratio ex dictis fluens: Christus enim plenus erat omnis gratiae et veritatis; ipse erat veritas, et hominum praeceptor atque mediator; super eum spiritus sapientiae requiescebat; in ipso erat fons aquae et virtutis salientis in vitam aeternam: At qui haec omnia in se habebat, scientia Beatorum destitutus esse non poterat, sed facie ad faciem Diuinitatem ipsam intuebatur: ergo. Alias adducit rationes S. Thomas. (9)

Hanc vero scientiam non fuisse comprehensiuam sic euincitur: Nam comprehensiuam cognitionem diuina omnia scrutari debet, verum etiam singula diuinorum adtributorum obiecta, et creaturas

(6) Lib. LXXXIII. qq. quaeest. 65.

(8) Lib. x. Dem. Euang. cap. 21.

(7) In Psal. xv.

(9) III. Part. quaeest. 34. art. 4.

quasque possibles. At haec virtutem exigunt infinitam, qualem creatus animus nequit habere: ergo. Tradit hanc rationem Sanctus Thomas. Deinde: sapientia in anima recepta non comprehendit omnia, sed potius animi limitatione ipsa circumscribitur. Atqui Christi anima non est suamet sapientia, sed eam recipit per spiritum in ipsa habitantem, vt dicitur Isaiae xi: non ergo comprehensiuam illa cognitio fuit. Postremo: Basileense Concilium damnauit (10) hanc Augustini de Roma propositionem: « anima Christi Deum videt tam clare et intense, quam clare et intense Deus videt seipsum. »

SCHOLION.

Quidam hac triplici scientia anima Christi cognouerit, quod Theologi nostri paullo prolixius inquirere solent, paucis non indigebimus. Ac de aduersa et experimentalis scientia dictum fuit quae illa sint quae sensuum ministerio comperita Christo fuisse. Itaque cognouit anima Christi per scientiam beatam existentia omnia in qualibet temporis differentia concipiantur: Christus nempe cognouit per scientiam illam omnia ad suum statum ac dignitatem spectantia: docent enim Theologi Beatos videre in Verbo quaecumque ad illos spectant: At res existentes in qualibet temporis differentia concipiuntur, ad statum et dignitatem Christi adtinent; quandoquidem a Patre constitutus est rerum omnium dominus, hominum et Angelorum iudex.

Cognouit insuper Christi anima per scientiam infusam res omnes necessarias, omnium entium existentium species, artes omnes, omnique generis disciplinas. Habuit siquidem Christi humanitas perfectionem omnem naturalem, quam potest habere res creata. Quum igitur illorum obiectorum cognitio ad mentis creatas perfectionem conferat, in Christo ponenda illa est. Prolixiorem horum tractatum inueniet Lector in Scholasticorum scriptis.

CAPVT II.

Haereticorum Christo scientiam denegantium error describitur. Eorundem argumenta solvuntur. Hugonis Victorini falsa opinio obiter notatur.

De diuina Christi cognitione nemo vnus, praeter Arianos et sim. Tom. IIII.

(10) Sess. 11.

R

mi.

mili pestilentia erroris infectos, controuersiam mouit. Erga humanam vero et creatam duo genera veterum haereticorum inuenimus a se mutuo dissentium in eam conuenire opinionem vt ignorantiam Christo tribuerent; Nestorianos uidelicet, vel horum antecessores ac parentes; et Eutyrianos Acephalos. Quod ad priores adtinet, horum auctorem fuisse Theodorum Mopsuestenum consentiunt antiqui, testaturque grauisissimus Scriptor Leontius Byzantinus. (1) Verum de Theodoro, qui Nestorio imperatoris auctor extitit, vt et de ipso Nestorio ac Nestorianis mirandum non est in eam opinionem incurrisse, quae reliquo illorum dogmati connexa est. Iusta admiratio de Apollin aristis et Eutyrianis, qui factum sit vt illorum aliqui multa nescisse Christum putauerint. Nam ex Acephalorum secta, qui fidem Eutyriani fuerunt, noua est factio coorta, cui Agnoitarum, ab ignorantia quam in Christo fuisse dicebant, nomen inditum est. Atqui quum vnicam in Christo naturam inesse illi haeretici sentirent, et in diuinam substantiam totam hominis absortam esse naturam, merito in dubium vocatur, quoniam pacto ignorantiae locum in Christo vindicare potuerint; qui quod hominis proprium fuit, in Diuinitatem cecidisse crederent. Sed quis decretorum constantiam ab haereticis requirat?

Ex Catholicis autem Hugo Victorinus falso opinatus fuit nullam aliam praeter increatam in Christo homine sapientiam fuisse. Quum enim sibi obiecisset, (2) si Christi anima cognoscit omnia, falsum esse »Deum in omni bono maiorem habere sufficientiam, quam creaturam eius, hoc ita dissoluit; verum esse, Deum in omni bono creaturis suis antecellere, »vbi aliud creaturae bonum a bono creaturis inuenitur. Sed quum sapientia illius animae non sit alia quam diuina sapientia; quomodo potest fieri comparatio? Cui statim ista subicit, »indubitanter namque dicendum est, quod alia sapientia quam diuina non fuit in Christo.

Quae quidem Hugonis sententia, si eam quam vocat *actualem* cognitionem expresserit, prorsus absurda est: sin increatam illam sapientiam habitus instar, aut intriecti ac medi fuisse dixerit, quemadmodum passim in Scholis, *in verbo*, vel *per verbum* Beatos cognoscere creaturas affirmant, non erit firma Hugonis argumentatio, qua Christi animam tantundem scire concludit, quantum Deus ipse cognoscit. Alioqui Sanctos omnes, qui *in verbo* res creatas contuentur,

(1) In lib. 3. cont. Nestorium. (2) Tract. 1. Sum. sent. cap. 16. tom. 3.

tur, omnes nulla excepta, ne possibili quidem, contueri necesse foret; quod non est consequens; et vera sunt illa, quae capite antecedenti diximus, ne animam quidem Christi omnem adsequi rerum possibilitum infinitatem, ne Deum ipsum comprehendere dicatur; quae est communis Scholasticorum ratio a S. Thoma tradita. (3) Sed pro falsa Hugonis sententia dicrum est satis.

Eorum modo argumenta producamus, qui haeretice de Christi scientia et cognitione senserunt: et primo quidem loco quae plenam in Christo homine rerum notitiam fuisse contradicunt. Primum est: Lucae ii. legimus: »Iesus proficiebat sapientia, et aetate, et gratia »apud Deum et homines.« Non ergo plenam habuit a primo suae conceptionis instanti rerum omnium scientiam.

Secundum: Nescisse Christum vt hominem iudicii extremi diem, ex eiusdem verbis constat Marci xiii. nempe: »de die autem illa vel »hora nemo scit, neque Angeli in coelo, neque filius hominis, nisi »si Pater,« cetera. Non ergo habuit omnium cognitionem. Leguntur similia in Scripturis passim.

Tertium: Patres nonnulli, de quorum numero sunt Eustachius Antiochenus, (4) Epiphanius, (5) Cyrillus Alexandrinus, (6) et Ambrosius, (7) profectum illum vt aetatis, ita et sapientiae et gratiae in Christo verum fuisse adfirmare videtur: ergo.

Quartum: Haud potest Beatorum scientia, quae in clara Dei visione sita est, cum vita, quam Christus inter homines egit, componi: nam neque ille vmquam in hac mortali vita glorificatus est: sed tantum gloriae libamina in transfiguratione degustauit, et tristina ac moerore adfectus est, atque derelictum se a Patre in cruce clamauit: ergo.

Quintum: In visione beata nulla rerum cogitarum successio est. At Deus animae Christi quaedam demonstrabat, secundum illud Ioan. v. »Pater omnia demonstrat filio quae ipse facit,« cetera: ergo.

Sextum: Praestantius est gloriam consequi per opera digna, quam sine vilo omnino merito: sed Christus animae felicitatem tanquam virtutis praemium accepit: non ergo in primo instanti visionem Dei consequutus est.

Septimum: Annon sciebat omnia Christus per scientiam increatam?

(3) III. Part. q. x. art. 2.
(4) In lib. cont. Arian.
(5) Haer. lxxvii.

R 2
(6) In Dialogo de vno Christo.
(7) In lib. de Incarnat.

tam? Igitur superuacaneae in illo fuissent creatae scientiae, beata, infusa, et experimentalis. Haec potissima argumenta sunt, quae contra scientiam animae Christi obici solent.

Non sunt autem explicatu multum difficilla. Primum itaque, quod Theodorus Mopsuestenus et Nestorius nimis fidenter extollebant, hanc habet expositionem: proficiebat sapientia, demonstratione externa, quatenus in dies plura dedit sapientiae, qua praeditus erat, argumenta, concedo: reipsa, nego. Vel Christus sapientia experimentaliter proficiebat, quoniam experiebatur in rerum euentu, quae ab initio praenouerat mentis intelligentia, esto: quia plura experimento discebat antea ignota, nego. Quo etiam sensu Deus Abrahamo dixerat, Gen. xxii: »nunc cognoui quod times Deum.« Et ipse Iesus post sanatum a sanguinis profluvio mulierem, dicitur Marc. v., cognouisse »in semetipso virtutem quae exierat de illo: scilicet cognitione in experimento sita. Scripturae siquidem mos est plura coniungere, quae non eodem modo sumi debent; ut patet in hac Christi sententia Ioan. xx: »ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum: necnon in hac alia Matth. viii: »sinite mortuos sepelire mortuos suos.«

Ad secundum dicendum: Complures illorum Patrum qui inscitiae aliquid in Christo homine initio fuisse significant, et sciendi profectum, magis id concessione quadam vsurpasse, ut Arianos et Eunomianos abundantiore vi argumentationis obruerent, quam quod reuera et ex animi sententia istud adseuerarent.

Atque hoc sensu videntur accipiendi veteres omnes Patres in argumento relati, alii etiam qui referri poterant. Quamquam enim Petrus Lombardus Ambrosii locum emolite conetur, adserens, (8) Ambrosium adfirmasse profecisse Christum quantum ad visum hominum, et sui sensus ostensionem: aptius illum vindicatum credimus, si de scientia experimentaliter loquutum illum fuisse teneamus. Difficile enim Magistris sensa cum Ambrosii verbis conciliari possunt: nam nihil Apollinarem, et similem haereticum illa offenderent, si sic intelligerentur: nec duplicem fuisse sapientiam in Christo satis inde constaret.

Tertium solummodo licet a nobis iam pridem fuerit, (9) denuo soluendum adsumimus dicendo: Certum esse fide catholica sciuisse Christum, absolute loquendo, quo praecise tempore futurus esset extremus iudicii dies, dixisse tamen nescire se diem illum et horam, quatenus

(8) In lib. lxxi. dist. 13. sub lit. D. (9) Lib. v. cap. 6. part. prim. Inst. Theol.

caput Ecclesiae, et patrum Conciliorum administer: id est, non ita scire, ut expediret diem illud discipulis indicare. Itaque dixit Christus se illum nescire, impropria sane, seu metaphorica loquutione; quod scilicet Apostolos non fecerit illius scientes, vel ipsi non manifestauerit. Sic locum Marci exponunt Augustinus, (10) Ambrosius, (11) Hilarius, (12) alique Patres.

Verum tamen est Patres alios contra Arium disputantes adseruisse, Christum ut hominem reuera ignorasse iudicii diem, sed possunt illorum dicta commode exponi dicendo: contendisse illos, ut se aduersus Arianos tuerentur, qui Christo ut Verbum est, ignorantiam adscribebant, Christum dum verba de quibus agitur, protulit, tanquam hominem fuisse loquutum, non ut Patris Verbum: scilicet ne alio disputationem distraherent, et aduersariorum argumentationes facilius contererent; et adfirmasse, quod ex vltimae dei ignorantiae nequeat cuius inferior in verbo natura; quum etsi haec daretur ignorantia, non in diuinam Filii mentem, sed in humanam cederet. Haud tamen haec fuit vniquam eorum mens ac sententia.

Quartum plurima claudit, quae idcirco multis exponi debent. Dicimus ergo minime repugnare beatam visionem, cognitionemque his, quae de Christi vita memorata sunt: nam apud Ioannem dicitur Christus nondum glorificatus manifesta in Coelum ascensione: quo etiam pacto ibidem dicitur nondum fuisse spiritum datum, quia ut exponit Augustinus, (13) »antea non adparuerat.« Ut igitur iam datus spiritus erat, tametsi absque manifestatione, Prophetis, aliisque; ita Christi anima fruebatur beatifica visione, priusquam in corpore glorificato resurgeret. Et quidem fuisse in Christi potestate ut gloriae splendor in corpus redundaret, aut se inde substraheret, ex eo abunde constat, quod in monte gloriosus adparuerit.

Reliqua persequamur: Tristitia moerorque Christi arguit certe adsumisse illum carnis nostrae infirmitatem; sed non contradicunt spiritus beatitudinem: difficile licet illud explicetur, quomodo cum intuitiva Dei visione moeror atque tristitia consistere potuerint. Id quod sic in Schola explicare edocti fuimus, quod Christi anima secundum partem ipsius superiorem, seu quatenus Diuinitati in se inspectae mens adhaerebat, omni momento fruebatur et delectabatur

sed

(10) Lib. 1. de Trin. cap. 12. (12) Lib. ix. de Trin.
(11) Lib. v. de Fide ad Gratian. (13) Tract. xxxii. in Ioan.
cap. 7.

sed secundum rationem inferiorem, quam sensualitatem dicunt, tristitiam doloremque patiebatur: equidem gaudium et dolor secundum diuersam operationem et oppositum obiectum minime ad inuicem aduersantur. Habemus huius doctrinae sponsores S. Thomam, (14) atque Scholasticos omnes.

Ad sextum responderet egregie S. Thomas, (15) cuius doctrinae summa est: gloriam Christi ante passionem nondum fuisse consummatam; sed quidquid ei propter nos, et propter nostram salutem ad absolutam hominis glorificationem defuit, hoc non dubium est per passionem suam Christum meruisse. Sane non eodem modo omnia aedificia consummantur: quibusdam enim vel parietes desunt, aliis non deest nisi tectum: Nos itaque consummatur accepta non solum gloria corporis, verum etiam animae, quoniam vtriusque partis gloria deerat: at Christo non nisi alterius duntaxat; quare per illius adiunctionem consummatus est.

Septimum verbo soluitur: Sciuisse quidem Christum omnia per increatam scientiam, quatenus Deus erat; non ita quatenus erat homo. Alit enim S. Thomas: (16) »si igitur non fuisset in anima Christi aliqua alia scientia praeter diuinam, nihil cognouisset: et ita fuisset frustra assumpta, quum omnis res sit propter suam operationem.« Hinc necessario admittenda in Christo creata scientia, eaque multiplex; vt demonstratum est.

CAPVT III.

*De Christi sanctitate, impeccantia, libertate,
ac merito.*

Fuit in Christo sanctitas substantialis et increata; vt et creata et aduentitia: vnde omni prorsus peccato expertus Christus fuit.

Plenissima tamen libertate mortuus ille fuit: vereque nobis meruit salutem, eaque omnia, quae ad illam ordinem dicunt.

Constat prima pars propositionis prioris ex Scripturis: nam Danielis

(14) III. Part. q. xv. art. 4. et q. xviii. art. 6. atque q. xlv. art. 7. et 8.

(15) III. Part. q. xix. art. 3.

(16) III. Part. q. ix. art. 1. ad 1.

lis ix. Christus dicitur *sanctus sanctorum*; et Lucae i. Gabriel sic Christi sanctitatem Mariae praedicit: »quod nasceretur ex te sanctum, »vocabitur filius Dei:« vbi causam sanctitatis esse vtriusque naturae substantialem vnitionem praecedentia verba demonstrant: »virtus »Altissimi obumbrabit tibi.«

Constat quoque ex Patribus, qui vnanimiter ex personae vnitate gratiam naturalem Christo inesse, atque Spiritus Sancti vnitionem inferunt. Duorum hic tantum loca memorabimus. Gregorius Nazianzenus sic loquitur: (1) »Deus Pater vnxit Christum oleo exultationis prae consortibus suis, quum humanitatem Diuinitati iunxit, vt »ambo vnum faceret.« Augustinus haec habet: (2) »vnctio inuisibilis Spiritus Sanctus: Vnctio inuisibilis caritas illa est, quae in quocumque fuerit tanquam radix illi erit, quamuis ardente sole arescere »non potest,« cet.

Constat et ex ratione: Christus enim ex quo Verbum humane animam adsumerit naturam in vnitate personae, filius Dei naturalis est; vt infra data opera demonstrabimus. Oportet ergo vt ratione personae diuinae ius ad haereditatem et gloriam habeat, praeciso etiam quolibet dono aduentitio quod filiationem tantum adeptum praestare posset, si persona foret Deo extranea, et non filius Dei naturalis. At ius illud a sanctitate substantiali oritur; ergo.

Secunda pars eiusdem propositionis has habet probationes. Prima: Creata, aduentitia, et accidentalis sanctitas, quae ortum ducit a dono, quod a subiecto cui inest distinguitur, perfectio est quae non repugnat perfectioni naturae quae in Verbo subsistit: admittenda igitur in Christo est.

Secunda: Eiusmodi sanctitas, siue actualis siue habitualis illa sit, nihil est aliud, quam caritas, quae vel actu vel virtute in anima remanet. At haec caritas eaque summe intensa in Christo fuit: ergo et sanctitas creata et aduentitia.

Tertiam propositionis primae partem docent Scripturae. Enimvero Ioannis viii. ita Christus inimicos suos loquutus dicitur: »quis »ex vobis arguet me de peccato?« Et Paulus ad Hebr. iv. de ipso inquit: »tentatus per omnia pro similitudine absque peccato.« Item cap. vii: »talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impolutus, segregatus a peccatoribus.« Petrus etiam Epist.

(1) Ad calcem Orat. v.

(2) Tract. III. in cap. 2. Epist. 2. Ioannis.

pist. 1. cap. 11 : »peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Habent consimilia Patres. Augustinus sic scribit : (3) »non tantum Diuinitate, sed nec in anima, nec in carne vllum potuit esse peccatum. « Item : (4) »nonne de Spiritu Sancto et Virgine Maria Dei filius vnicus natus est, non carnis cupidine, sed singulari Dei munere? Numquid metuendum fuit, ne accedente aetate homo ille libero peccaret arbitrio? An ideo in illo non libera voluntas erat; ac non tanto magis erat, quanto magis peccato seruire non poterat? Testantur id ipsum omnes Graeci et Latini Patres, quorum loca vt plurimum collegit Petauus. (5)

Accedit multiplex ratio. Praecipua est: Christi humanitas a Diuinitate regebatur: ac non exisset Diuinitas humanitatem, si permisisset vt in scelera prolaberetur: neque ergo in ea quandoque Christus prolapsus est, neque prolabi potuit.

Est et haec alia: Si Christus contaminabilis fuisset, atque contaminatus iniquitate, alio ipse indignisset Redemptore; nec Patri satisfactionem pro nobis exhibuisset, quia debita peccatis suis essent ignominia, et crucis supplicium.

Postrema est: Si impeccantiae priuilegio non fuisset Christus exornatus, nullum ipsum inter aliosque Sacerdotes fuisset discrimen: debuissetque pro suis delictis hostias offerre, vt et illi: Contrarium docet Paulus apertissime ad Hebraeos scribens: ergo.

Propositionis secundae primam partem docent quoque Scripturae. Apud Matth. siquidem cap. xxvi, Saluator ipse suam in moriendo libertatem ostendens, ait: »jan putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? « Similiter Ioannis x. inquit Christus: »potestatem habeo ponendi animam meam. « Sed ne quis inferret, posse illum Patris praeceptum transgredi, vel nullum esse darum a Patre praeceptum, subiunxit: »hoc mandatum accepi a Patre meo. «

Suffragatur ratio: Arbitrii libertas sita est in indifferentia, seu in potestate agendi et non agendi, vt alibi a nobis demonstratum fuit. Atqui eiusmodi potestas in Christo fuit respectu mortis quam subiit: nempe sic mortuus est, vt tamen potuerit non mori, dicens ipso

(3) In lib. 2. de peccat. merit. et remiss. cap. 13.

(5) Theol. Dogm. de Incarn. lib. xi. cap. 10.

(4) In lib. de praedest. Ss. cap. 15.

ipso Christo Ioan. x. : »ego pono animam meam, et iterum sumo eam: nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso: et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam: « ergo.

Altera propositionis pars quae de Christi merito loquitur, probatur ex Scripturis. Enim vero in ii. ad Corinth. cap. 5. legimus: »quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, « cer. Et in Epist. ad Rom. cap. iii. »per redemptionem quae est in Christo Iesu: Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius: « Similiter i. Ioan. cap. 2. : »sed etsi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatus pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. « Petri cap. 1. : »non corruptibilibus auro et argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati. «

Accedit Concilii Tridentini auctoritas. Expresse enim definit Sess. vi. cap. 3. Christum nobis gratiam sanctificantem meruisse, his verbis: »nisi in Christo homines renascerentur, nunquam iustificarentur, quum ea renascentia per meritum passionis eius gratia qua iusti fiunt illis tribuatur. « Igitur et ex Scripturae Sacrae testimonio, et ex Tridentinae generalis Synodi decreto liquet Christum salutem, ceteraque ad eam spectantia nobis meruisse.

CAPVT IV.

Falsa quorundam haereticorum opinione prius relata, argumenta diluit, quae aduersas memoratas Christi persectiones pugnant.

Carnem omnem inquinatam esse, eiusque propterea consortio ac commercio animam foedari, et prauis atque vitiosis cogitationibus implicari, persuasum fuit Ariantibus et Apollinaristis; qui proinde ambas in Christo conuenisse nequaquam existimauerunt: sed vel carnem dumtaxat animam carentem, vel hanc solam cum carne mentis expertem. Persuasum quoque fuit Valentinianis, Marcionitis, Apelleianis, Manichaeis, ac similibus pestibus, quibus ob hanc causam placuit carnem Christi aut nullam omnino, aut quoquo modo aliam praeter

humanam tribuere; vt ait Tertullianus, (1) ne *peccatrix caro* illi imputetur. Hanc labem erroris haereticis illi a Platone, siue potius a Platonis didicerunt; ex quibus vnus, etsi haereticis lisdem, Manichaeo forsitan excepto, posterior Porphyrius dixit, »vt beata sit anima, corpus omne esse fugiendum,« vt testatur Augustinus. In quo contradicunt illi a Platone Magistro suo pluribus ostendit. (2)

At christiani Theologi ex aduerso pugnant, negant cum carne coniunctam necessario esse peccati corruptelam, et vitiosas illas cogitationes, quae ortum capiunt ex peccato, et in peccatum pertrahunt: quam *concupiscentiam* christianae litterae, et harum auctoritate ducti catholici Doctores nominant. Inter quos maxime commemorandus Augustinus, qui de hoc naturae humanae morbo omnium eruditissime disseruit, tum in plerisque alijs locis, tum in libro quartodecimo de Ciuitate Dei, vbi multa dixit ad praesentem sermonem adcommodata.

Pugnant autem aduersus sanctitatem creatam animae Christi haec argumentationes. Prima: Sanctitas accidentalis hominem reddit filium Dei adoptiuum; quod tamen Christo repugnat.

Secunda: Haec accidentalis seu aduentitia sanctitas continetur eminenter in sanctitate increata et substantiali; siue in hypostatica vnione: inutilis igitur in Christo est.

Tertia: Scripturae et Patrum loca, quibus formalis Christi sanctitas a substantiali distincta probari dicitur, facile exponi possunt, aut de caritate efficaci, seu gratia per quam Christi humanitas ad suas operationes mora ac determinata fuit, aut de ipsa sanctitate substantiali, quae alia non est quam vnio hypostatica. Certe Patres sanctitatem Christi substantialem adpellant, et in hoc a sanctitate aliorum discrepantem, quod in his aduentitia sit, et labore, et operibus comparata; in Christo autem naturalis, et ipsam hypostaticam vnionem consequens: locum ergo non habet in Christo creata et aduentitia sanctitas.

Aduersus nostram sententiam de libertate Christi militant haec alia argumenta. Primum: Non potuit Christus Patris praeceptum violare: atqui mors connectitur cum praecepto: ergo nec potuit non mori.

Secundum: Christus promeruit moriendo et adimplendo praeceptum Patris: legimus siquidem Ioan. x. : »propterea me diligit Pat-

(1) De carne Christi cap. 2. et 8. (2) Lib. xx. de Civ. Dei cap. 26. et 27.

ter, quia ego pono animam meam. « Atqui ad merendum requiritur libertas indifferentiae, scilicet posse agere et non agere: ergo potuit Christus non mori, atque praeceptum Patris non adimplere.

Tertium: Si Christus poterat non mori, poterat quoque transgredi praeceptum Patris: et si hoc poterat, et peccare poterat: ergo si poterat non mori, poterat etiam peccare.

Quartum: Actus voluntaris Christi necessarius fuit prout in finem vltimum tendit; quoniam non poterat a fine vltimo deuiare: atqui Patris praeceptum impleuit voluntate in finem vltimum tendente: ergo adimpleuit actu necessario.

Quintum: Quamfacile Christi libertas cum praecepto conciliari valet, admissio quod ad meritum sufficiar libertas lubentiae: non enim de Christo intelligi etiam potest quarta in Iansenio damnata propositio, quae de hominibus naturae lapsae loquitur. Atqui lubentiae libertatem in Christo sufficere docet S. Thomas, suadet ratio: ergo. Probat minor propositio: in sententias scribens haec Sanctus Doctor profert: (3) »dicendum quod etiam si liberum Christi arbitrium esset determinatum ad vnum numero, sicut ad diligendum Deum, quod non facere non potest; tamen ex hoc non amittit libertatem, aut rationem laudis siue meriti, quia in illud non coacte, sed sponte tendit; et ita est actus sui dominus. « Ratio sic habet: promeruit Christus praecepta seruando, promeruit Deum diligendo; quod est primum ac maximum praeceptum: sed Deum necessario diligebat, quia illum in se intruebat; adeoque non erat in huiusmodi amore iudicii indifferentia: ergo et meritum absque tali indifferentia habuit.

Postremo pugnant contra Christum pro hominibus meritum haec argumenta. Primum: Gratia et iustificatio nostra sunt omnino gratuita ex Apost. ad Rom. iii. : ergo ex nullis meritis etiam Christi.

Secundum: S. Thoma docente, (4) »passio Christi effectum non habet nisi in illis, qui coniunguntur illi per fidem et caritatem. « Non ergo omnibus meruit.

Tertium: Saltem non meruit nobis fidem et spem, quas Adamus non amiserat: ergo.

Quartum: Nec meruit Christus suam Incarnationem; quae sane ad nostram salutem maxime erat necessaria.

Sed responderetur. Ad primum quidem primi ordinis: Christum ratione vnionis hypostaticae incapacem esse filiationis adoptiuae; pro-

(3) In iii. Sent. dist. 18. art. 2. ad 5. (4) III. Part. q. 79. art. 7. ad 2.

indeque accidentalis sanctitas seu gratia habitualis adoptiuam filiationem non operatur in Christo; neque enim forma effectum suum producit in subiecto, quod capax illius non est. Verum de hoc redibit sermo.

Ad secundum respondemus: Christi humanitatem per sanctitatem accidentalem compleri, vt modo conaturali, per principium nempe sibi proportionatum, supernaturales actus eliciat: vnde non est in Christo inuultus.

Ad tertium soluendum principio fatemur propter eiusmodi rationem Vasquesium, Meratum, aliosque Scholasticos censere, non esse de fide, quod praeter sanctitatem substantialem sit in Christo sanctitas accidentalis, quae saltem vt in nobis, illius humanitati per modum habitus, seu formae habitualis adhaerere; conuenientissime tamen, imo et solidissime, Scripturae et Patrum loca de illo accipi, ad his quae superiori capite adducebamus, euincitur. Et Patres quidem dum sanctitatem substantialem in Christo affirmant, de ea loqui quatenus humanam naturam eleuat in Diuinitatis consortium ex ipso iure scopo habetur: videlicet, aut naturam diuinam, aut Personae unitatem, aut Incarnationis oeconomicam demonstrare. At quum re pugnet ipsam Diuinitatem modificationem humanitatis fieri, necessum est, vt ad constituendam Christi voluntatem formaliter sanctam etiam habitum aduentitium et accidentarium ei tribuamus.

Ad secundum argumentorum ordinem venientes, quod primo loco obiectum fuit, hac distinctione solutum esto: ergo potuit Christus non mori, sumta morte in se ipsa, concedo: considerata vt sub praeecepto cadit, subdistinguo: et praeeceptum istud inducti necessitatem moriendi, atenta ipsa morte, et voluntate mortem eligentis nego: inspecta connexionione finis, et voluntate summo bono immobiliter adhaerente, concedo. Solutionis summa est: requiritur profectio ad libertatem arbitrii necessario quod obiectum cum indifferencia iudicij proponatur; vti cuenit in propositione mortis, si in se ipsa consideretur; adeo vt nequeat nisi cum eiusmodi indifferencia proponi: at non sic opus est vt obiectum quatenus sub praeecepto cadens nequeat vitari, nisi finis ordine perturbato; adeo vt si hoc desit, libertatis sequatur inheritus; quinimo profectio haec libertatis erit. Atque in praeecepti exequutione, et est motus voluntatis, in quantum fertur in opus, quo praeeceptum ipsum completur, et in quantum medio hoc opere fertur in finem. Priori modo voluntatis motus

tendit in media, altero in finem. Itaque quum libertas in ordine tantum ad media spectetur, Christus perfectissime liber in adimplendo praeecepto erit, si vere illius voluntas libera potestate praedita fuit, relate ad exequutionem operis praeecepti; quamquam non posset praescriptum opus omittre, quatenus illud implendo vitimo fini perfectura adhaerebat unitione.

Quae mox tradita est mortis distinctio in se spectatae et cum praeecepto coniunctae, aliis quidem vocibus, sed eundem sensum habentibus, a plerisque explicatur: sunt huiusmodi eorum distinctiones: potuit Christus non mori, *negatiue* ita; *priuatiue*, neuiquam; potuit non mori, *potentia antecedente* annuit; *potentia consequente* renuit: potuit non mori *in sensu diuiso*, seu *potentia diuisa ab actu*, aiunt; *in sensu composito*, seu *potentia cum actu coniuncta*, negant.

Ad secundum distinguenda est minor: requiritur ad merendum libertas indifferentiae, ordine finis seruato; hoc est, requiritur potestas eligendi vnum vel alterum mediorum, quae valeant ad finem perducere, concedo: requiritur libertas indifferentiae, ordine finis praetermisso ac perturbato; potestas nimirum abiliendi media, etiam sub ea ratione qua ex Dei proposito ac praeecepto habent firmisimam cum ipso fine connexionem; nego.

Tertii solutio pender etiam ex propositionis maioris explicatione. Si Christus poterat non mori morte in se inspecta, poterat quoque diuinum praeeceptum transgredi, nego: si poterat non mori spectata mortis cum praeecepto connexionione, concedo. Habentur haec in solutione primi argumenti ex instituto explicata.

Quartum etiam ibi fuit enodatum: placet tamen sic distinguere minorem: impleuit Christus praeeceptum Patris voluntate vitimo fini adhaerente eodem actu quo impleuit praeeceptum, nego: diuerso, concedo: vt enim superius dictum fuit, voluntas naturaliter in finem tendit; in media autem per electionem, quae ratione finis eliguntur: vnde consequitur voluntatem diuerso actu fini adhaerere, et mandata seruare. Itaque Christi voluntas diuerso actu vitimo fini adhaerebat, ac praeeceptum impleuit: diuerso quidem connotatiue; quemadmodum Deus diuerso modo seipsum ac creaturas amat, etiam creaturarum amor ab amore sui ipsius sit re ipsa indistinctus.

Pro quinto soluendo, quidquid recentioribus nonnullis visum sit, nos in ea tuto manemus sententia, quae ruetur non dari absque liber-

beritate indifferentiae liberi arbitrii potestatem; nedum in nobis, sed neque in Beatis, neque in Christo, neque in Deo ipso. Hanc alibi firmare conati fuimus; ibidemque obiectam S. Thomae auctoritatem exposuimus. Quod vero a ratione additum fuit, sic diluitur: Deus vt summum bonum est, necessitate ab his amatur, qui illum facie ad faciem intuentur, libere tamen diligitur hoc aut illo actu ad creaturas relato.

Primum ex tertio ordine hanc habet solutionem: haud colligi ex Pauli testimonio gratiam et iustificationem nostram gratuitas esse respectu Christi, sed tantum respectu nostri. Inuit hunc sensum ipsemer Paulus laudato loco, dicens: »iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu.«

Ad secundum dicendum: loqui S. Thomam de completo perfectione passionis Christi effectu, seu de remissione culpae et infusione gratiae, quae sit Sacramenti effectus, cuius ibi sermonem habet.

Tertii solutio est: quod licet Adamus non amiserit virtutes fidei et spei sibi ipsi, amissit eas nobis: ait enim Concilium Arausicum II: (5) per peccatum primi Parentis ira fuisse aduenatum liberum arbitrium hominis, vt nec posset in Deum credere, nec sperare.

Quattuor duobus verbis soluitur: Incarnatio fuit principium meriti in Christo, estque quid sequutum ad nostram praedestinationem; nentiquam illius effectus. Hinc nulla erga eam instituta a nobis quaestio.

APPENDIX.

Supersunt ad eandem quam adcurate discussimus explorandam Christi sanctitatem explicanda quaedam; per paucis licet: ideo in vnam adpendicem omnia collegimus. Horum illud est primo loco ponendum quod proxime declaratis connexum est et affine. Quare dici nequeat Christus filius Dei adoptiuus, si ad hanc filiationem euectus est gratia ac praedestinatione diuina?

Cum his autem praecipue nobis est suscepta contentio, qui ceteroquin catholicae regulae consentientes, ex sola hominis natura proprietatem filii adoptiuu metiuntur. Fuere istorum principes Hispani aliorum Praesules, qui hoc vno erroris capite insigniti Romanorum Pontificum sententias, ac Synodalia decreta contra se concitauerunt; Felix nempe Episcopus Orgellitanus, et Ellipandus Toletanus; qui Christum, qua homo est, non proprium, sed adoptiuum esse Dei filium

ar.

(5) Can. xxv.

arbitrati sunt: eumque talem adseruisse in Nestorii sensu; adeo vt hulus haereseos, vel extinctae, vel saltem compressae, semina quaedam in Hispaniis, auctoribus duobus Episcopis, pullulasse iudicer grauisissimus Theologus Dionysius Petauus, Felicianae haeresis historiam texens. (6)

Ac cum Gilberto etiam Porretrano Episcopo Pictauiensi nobis contentio erit, qui vt ex Gaufridi monachi Clareuallensis Epistola quadam constat, (7) eandem de Christi adoptione opinionem sequutus est. Tandemque et quum Theologis quibusdam de Schola.

Contra quos omnes, more nostro, Scripturarum auctoritate, Synodalia decretorum ac Patrum suffragiis, atque ratione etiam pugnabimus, vt sartam tectamque hanc veritatem consistere demonstremus: *Christus nequit adpellari filius Dei adoptiuus etiam secundum humanitatem.* Apertissima sane sunt Scripturae testimonia, quae in adpellando Dei filio non Diuinitatem tantum, sed humanam etiam naturam indicant. Sic Paulus ad Romanos scribens; cap. viii. »proptio filio suo non peperit, inquit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Lucae i. legimus: »hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur.« Ioannis i: »vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre.« Item et cap. iii: »sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.« Leguntur similia per sim. His Scripturarum testimoniis publica Ecclesiae vox consonat, legitimis professionis testata formulis, quae Symbola vocantur, ac Synodorum decretis. Ita in Conciliis Nicaeno, Constantinopolitano, Ephesino, Calcedonensi, aliisque omnibus. Quibus adnumeranda iure Synodus Francofordiensis contra Felicis et Ellipandi haeresim collecta, et ante hanc Hispanensis secunda, et quarta Tolerana.

Quid vero Patres? Concors est omnium testimonium, quum Graecorum, tum Latinorum in adserenda Christo vera et naturali Dei filiatione, repellendaque adoptiua. Ex Graecis sic Athanasius loquitur: (8) »filius vnus est: ideo falluntur, qui dicunt alium esse filium qui passus est, et alium qui non est passus. Non enim alter est, quam filius Dei qui mortem et passionem suscepit.« Ex Latinis haec Augustinus habet: (9) »vnus Dei filius idemque hominis filius: vnus hominis filius idemque Dei filius. Non duo filii Dei Deus

et

(6) Theol. Dogm. de Incarn. lib. I. cap. 22.

(7) Ad Cardin. Albanensem.

(8) In lib. de Incarnat. cont. Apollinarem.

(9) In Enchir. cap. xxxv.

«et homo, sed vnus Dei filius.» Habent similia reliqui, quorum dicta accuratissime collegit Petaulus. (10)

Ex quorum sententiis hae rationes conficiuntur. Prima ex adoptionis natura et proprietate: nam nemo adoptiuus dici potest, nisi qui prius alienus ab eo sit, a quo adoptari desiderat. At ne momento quidem temporis Christus, etiam vt homo, fuit alienus: numquam enim non fuit Deus: nullum igitur vacauit spatium adoptiuo illi statui. Vnus fuit hoc argumento Paullinus Aqueleiensis. (11)

Secunda ex personae vnitatem ducitur sub hac forma: Filii ratio, seu filietas, ex persona ipsa et ex personali proprietate, non ex natura praecise considerata sequitur: Ergo quum vna tantum persona in Christo sit, et vna filiationis ratio, eaque naturalis, in ipso est. Plures alias rationes mittimus.

Iam vero adoptiua filiatione Dei a Christo relegata, exurgit secundum loco explicandum, qua ratione Christus praedestinatus dici possit filius Dei, si persona, praedestinationis vtique subiectum, ab aeterno est, et eidem diuina conuenit filiatio, non gratia, sed ipsa natura? Sic enim Paullus Christum vocat ad Rom. i. scribens: «qui praedestinatus est filius Dei in virtute.» Rectissime quidem, siue Patrum Graecorum interpretationem, siue Latinorum intelligentiam inspiciamus. Graeci enim simplicius verba illa exponentes, contendunt, nihil aliud in Paullina phrasi praedestinatum esse ac manifestatum; adeo vt Christus praedestinatus dicatur, quoniam virtute miraculorum manifestatus seu declaratus Dei filius sit. At Latini, linguae suae proprietatem sequuti, sic ea intelligunt; vt idem ille Christus, qui ex Davidis stirpe factus dicitur, praedestinatus sit a Deo ad summam illam dignitatem filii Dei naturalis: quatenus nullis meritis praecedentibus praedestinatus fuit, vt Christus quum primum conciperetur, per summam hipostaticae vniouis gratiam idem naturalis Dei filius esset, qui ab aeterno est in sinu Patris. Tradunt hanc interpretationem Augustinus (12) et Thomas. (13)

Nodum praeterea soluit Augustinus, quo aliqui solent illigari; nempe exponit, quomodo Verbum aeternum quum sit, subiectum praedestinationis diuinae dici valeat: atque Verbum esse, sed in quantum caro factum est. (14) Id quod docet etiam S. Thomas. (15)

(10) Theol. Dogmat. de Incarn. lib. vii. cap. 2.

(11) In libello sacrosyllabo.

(12) In lib. de praedest. Ss. cap. 15

(13) In Comment. in cap. i. Epist. ad Roman.

(14) Tract. cv. in Ioan.

(15) III. Part. q. 24. art. 1. ad 2.

CAPVT V.

Mediatoris officium, Sacerdotii dignitatem, atque potestatem regiam Christo vindicat.

Christus, vt homo Diuinitati coniunctus, est Dei et hominum mediator.

Est etiam Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

Atque regia spirituali potestate praeditus.

Consulto tria haec vno eodemque capite complexi sumus: nam et mediatoris proprium Sacerdotium est; nec huic spiritualis potestas regia extranea. Itaque primam propositionem sic ex Scripturis demonstramus. Paullus in i. ad Timotheum ii. scribit: «vnus Deus, vnus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus.» At ea voce homo reliquis addita aperte testatur Apostolus Christum mediatorem esse in humana natura: ergo. Significantur enim vocibus illis vnus Deus, et Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, quum persona Filii Deus sit aequae ac Patris et Spiritus Sancti personae: sed excluduntur tantum Dei gentium; ita vt sensus sit, vnum esse Deum, non plures. At excluderetur persona Filii vocibus illis si vox alia homo designaret personam Verbi ab humanitate praecisam: siquidem significasset Apostolus Filii personam mediatorem respectu sui ipsius esse: dixisset enim Filium in se sumtum mediatorem esse vnus Dei, proindeque et ipsiusmet Filii in se subsistentis.

Insuper ab ipso Paulo in Epist. ad Ephes. cap. ii. edocemur, pacificationem ac reconciliationem, praecipuas scilicet mediatoris functiones, peractas quidem esse a persona diuina Filii, sed ratione naturae adsumtae. Inquit enim: «in Christo Iesu vos qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.» cet. Edocemur quoque quum ab ipso Apostolo, tum a Ioanne Euangelista et cetera mediatoris officia a Christo homine Diuinitati coniuncto fuisse adimpleta: cuiusmodi sunt interpellare atque orare pro nobis. Consulantur cap. vii. Epist. ad Heb. v. Tom. IIII.

25. et viii. Epist. ad Rom. v. 34. atque cap. ii. v. l. prioris Epistolae Canonicae Ioannis.

Accedit Patrum auctoritas. Augustinus Psalmos exponens inquit: (1) »quid est mediatorum esse inter Deum et homines? Non inter »Patrem et homines, sed inter Deum et homines. »Quid est Deus? Pa- »ter, et Filius, et Spiritus Sanctus. »Qui sunt homines? Peccatores, »impii, mortales. Inter illam Trinitatem et hominum infirmitatem »et iniquitatem mediator factus est homo, non impius, sed tamen »infirmus. « Habent similia alii Patres.

Suffragatur ratio ex dictis descendens: Christus siquidem ut Deus est ab humanitate praecisus, medius certe non est inter Deum et hominem; nisi id de tribus Trinitatis personis dicere quis audeat: est ergo mediator ut homo coniunctus Diuinitati.

Secundam propositionem expressam in Scripturis legimus; in Psalmo nempe cix. verbis illis: »tu es Sacerdos in aeternum secundum »ordinem Melchisedech: « quae sane de Christo esse accipienda adfirmat Paulus in cap. v. Epist. ad Hebr. et testaturque Patrum, Theologorum, atque ipsorum haereticorum assensus: quoniam in prisca Melchisedech oblatione panis et vini sacrificium corporis et sanguinis sui praefiguratum fuit.

Deinde Patres eam concorditer tenent. Clemens Alexand. haec habet: (2) »Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei Altissimi, qui »vinum et panem sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistiae. « Augustinus sic loquitur: (3) »in Sacerdote Melchisedech »Dominicum Sacramentum praefiguratum videmus, secundum quod »diuina Scriptura testatur, et dicit: et Melchisedech Rex Salem protulit panem et vinum. « et. Leguntur similia in ceteris.

Et ratio theologica hanc propositionem suadet. Ille enim est vere Sacerdos, qui consecratus est ut pro peccatis ac salute hominum praees et sacrificia offerat; ait nempe Apostolus ad Hebr. iii.: »omnis »Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in »his quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. « Atqui Christus Diuinitatis vnctione consecratus, Patri praees ac sacrificia obtulit, offeratque pro hominibus: est ergo Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

Tertiam tandem propositionem commonstrant praepriis Scrip-

(1) In Psal. xxix.

(2) In iv. Strom.

(3) Lib. iv. de Doctr. Christiana

cap. 21.

turarum locupletissimi textus. Legitur enim Psal. iii.: »ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. « Zachariae xl.: »ecce Rex tuus venit tibi iustus et saluator. « Lucae i.: »reg- »nabit in domo Iacob in aeternum. «

Hanc vero regiam Christi potestatem, de qua nullam audio inter Theologos esse controuersiam, spirituales tantum fuisse Scripturis, Patribus, ac ipsi rationi conformius videtur: Scripturae quidem: non enim falso dixit Christus ipse Pilato praesidi de regno sciscitanti, Ioan. xviii.: »regnum meum non est de hoc mundo. « Patribus insuper: scribit siquidem Ambrosius: (4) »regnum eius non erat in hoc »saeculo, supra saeculum erat. « Et Hieronymus: (5) »regnum eius »non erat terrenum, sed perpetuum atque coeleste. « Postremo et rationi ipsi: Neque enim regia temporalis dignitas ad redemptionis finem, nedum necessaria, sed nec conueniens erat, immo erat superuacanea: neque erat Christus Rex Iudaeorum, aut ceterarum gentium, vel successione haereditaria, vel populi electione, aut iure belli, aut Patri dono, a quo spirituale tantum regnum ipsi fuerat concessum: erat igitur regia vnice spirituali potestate exornata.

ACCESSIO.

Ab Regis, praesertim spiritualis, functione perparum distat dos capitis: ideo non multum in illa declaranda immorabimur. Christum igitur esse Ecclesiae caput Apostolus non vno in loco tradidit; ut in Epist. ad Ephes. cap. xv.: »mulieres, inquit, viris suis subditae »sint, sicut Christus caput est Ecclesiae. « Et in i. ad Corint. cap. 2: »omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus. « Quibus ex locis, aliisque tria maxime in capitis proprietate spectanda sunt, quae Christo admodumque scilicet cum membris omnibus, ac toto corpore summa coniunctio, praeminentia vel principatus, atque viuifica vis, seu vitalis in membra influxus. Christus etenim tam aere cum corpore cuius caput est coniungitur, ut scribat Augustinus: (6) »et multi homines sunt, et vnus »homo est: multi enim Christiani, et vnus Christus. Non ille »vnus et nos multi; sed et nos multi in illo vno vnum. Vnus »ergo homo Christus caput et corpus. « et. Praeminere autem, peculiarique prouidentia corpus suum regere testatum saepe facit Paulus

T 2

(4) Lib. iiii. in Lucae.

(5) In cap. xxii. Hierem.

(6) In Psal. cxxviii.

lusi laudatis locis: atque gratiam in corpus, membraque singula ex eo fluere egregie describit in Epist. ad Hebr.

Quidni vero? Erit et Christus penes tria haec, non solum hominum, sed etiam Angelorum caput? Pro confesso hoc Theologi habent, et horum Princeps S. Thomas: (7) in eo tantum inuicem discordantes, quod velint aliqui omnia prorsus gratiae et gloriae munera ex Christi merito in Angelos deriuasse; contententibus reliquis accidentaliter vnice gloriae incrementum eis accessisse. Postremum hoc nobis ardet de Christo Domino loquentes, quatenus morte sua mundum reparauit; hoc enim pacto, vt pro solis hominibus crucifixum omnes fatentur, ita ad solos homines gratiam fructusque passionis vberitimos promanasse intelligitur. At Christum vt Deum Verbum, et rerum omnium conditorem, esse gratiae ac gloriae Angelorum aequae ac hominum auctorem ac caput, post Paullum docent Patres. Qua distinctione Diuinitatis personae a suscepta pro hominum redemptione *serui forma* s; vt et creatoris vniuersorum ac reparatoris comparate ad diuersam naturam, expeditissime dirimi posse arbitramur acrem illam Theologorum controversiam.

CAPVT VI.

Haereticorum ex aduerso positae opiniones indicantur, atque eorumdem argumenta dissoluntur.

De mediatore Christo duplex extitit opinio, haeretica vtraque, et ab haereticis auctoribus profecta. Nam alii Christum tantummodo qua homo est, mediatorem esse contendunt; nullo vero modo, quatenus est Deus. Alii qua homo est et Deus: ita vt Diuinitatem illius mediatrix functiones usurpare velint. Primae opinionis antistes fuisse perhibetur Franciscus Stancarus Mantuanus, in Academia Regiontana in Borussia Professor, qui aduersus Andream Oslandrum haereticis repetitorem nouae vehementius contendens in alium incurrit errorem. Nam quum Oslander Christum esse iustitiam nostram adsereret solius ratione Diuinitatis suae, non humanitatis; Stancarus contra non diuinae, sed humanae tantummodo naturae ratione illum eundem esse iustitiam nostram pertinacius coepit adseuerare.

Oppugnarunt hunc Stancari errorem, vt primum prodire coepit,

prae-

(7) III. Part. q. 8. art. 4.

praeter viros catholicos, Caluinus, Philippus Melancton, Ioannes Wigandus, aliique. Sed dum impotentius in Stancarium effurunt, iidem vt ille aduersus Oslandrum diuicans, contrariam in extremitatem immoderatus effusi sunt. Siquidem mediatorem esse Christum, eiusque manus et officium usurpatum ab illo statuunt secundum vtramque naturam.

Ambabus his de mediatore falsis sententis addendae veniunt cauilationes Apollinaristarum, siue Monophysitarum, necnon horrenda magis, et detestabilis haeresis Anabaptistarum, Socinianorum, veterum Photinianorum, et Samoseranorum propago. Horum primi mediatorem eum proferebant, qui natura vnica constabat, ne duas in Christo naturas admittere cogerentur. Alii autem, quorum antesignanus Ioannes Crellius, Apostoli verbis abutentes: » vnus est mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, « Christum nihil esse praeter nudum hominem arguebant.

Et erga Christi Sacerdotium vel Pontificatum haereticos diuisos in suis erroribus legimus. Nam Ariani, qui naturam filii Dei diuersam a paterna, eaque longe inferiorem existimabant, quidquid Christo inerat qualicumque Diuinitati illius adscribebant; adeoque omnia Sacerdotii propria: illumque qua Deus est vt Patre minorem, sic eius Sacerdotem inter illum et humanum genus esse statuebant. At Nestorius, qui hoc peccatum imbiberat, hominem a Deo reipsa esse diuisum; Sacerdotem esse Christum praecise qua hominem existimabat: nec dici patiebatur filium Dei, vel Deum esse Sacerdotem; vel si hoc adderes *secundum carnem*, vel *vt homo est*, quippe veram vnitionem negabat.

Nunc argumentationes haereticorum expendamus ac dissoluamus oportet: reliquas etiam, quae contra regiam Christi dignitatem alii producere possint. At principio quidem, quae partim e Scripturis petita, partim ratiocinando collecta, sparsim in suis libris Stancarus exposuit, haec sunt. Prima: In Scripturis vel mediator adpellatur homo Christus Iesus; vt in priori ad Timotheum cap. ii; vel eidem homini Christo gratia et redemptio tribuitur; vt quum Apostolus ad Rom. v. ait: » si enim vnus delicti multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. « Et in i. ad Corinth. xv: » quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. «

Secunda: nemo potest esse mediator sui ipsius: atqui si Christus

lusi laudatis locis: atque gratiam in corpus, membraque singula ex eo fluere egregie describit in Epist. ad Hebr.

Quidni vero? Erit et Christus penes tria haec, non solum hominum, sed etiam Angelorum caput? Pro confesso hoc Theologi habent, et horum Princeps S. Thomas: (7) in eo tantum inuicem discordantes, quod velint aliqui omnia prorsus gratiae et gloriae munera ex Christi merito in Angelos deriuasse; contententibus reliquis accidentaliter vnice gloriae incrementum eis accessisse. Postremum hoc nobis ardet de Christo Domino loquentes, quatenus morte sua mundum reparauit; hoc enim pacto, vt pro solis hominibus crucifixum omnes fatentur, ita ad solos homines gratiam fructusque passionis vberitimos promanasse intelligitur. At Christum vt Deum Verbum, et rerum omnium conditorem, esse gratiae ac gloriae Angelorum aequae ac hominum auctorem ac caput, post Paullum docent Patres. Qua distinctione Diuinitatis personae a suscepta pro hominum redemptione *serui forma* s; vt et creatoris vniuersorum ac reparatoris comparate ad diuersam naturam, expeditissime dirimi posse arbitramur acrem illam Theologorum controversiam.

CAPVT VI.

Haereticorum ex aduerso positae opiniones indicantur, atque eorumdem argumenta dissoluntur.

De mediatore Christo duplex extitit opinio, haeretica vtraque, et ab haereticis auctoribus profecta. Nam alii Christum tantummodo qua homo est, mediatorem esse contendunt; nullo vero modo, quatenus est Deus. Alii qua homo est et Deus: ita vt Diuinitatem illius mediatrix functiones usurpare velint. Primae opinionis antistes fuisse perhibetur Franciscus Stancarus Mantuanus, in Academia Regiontana in Borussia Professor, qui aduersus Andream Oslandrum haereticis repetitorem nouae vehementius contendens in alium incurrit errorem. Nam quam Oslander Christum esse iustitiam nostram adsereret solius ratione Diuinitatis suae, non humanitatis; Stancarus contra non diuinae, sed humanae tantummodo naturae ratione illum eundem esse iustitiam nostram pertinacius coepit adseuerare.

Oppugnarunt hunc Stancari errorem, vt primum prodire coepit,

prae-

(7) III. Part. q. 8. art. 4.

praeter viros catholicos, Caluinus, Philippus Melancton, Ioannes Wigandus, aliique. Sed dum impotentius in Stancarium effurunt, iidem vt ille aduersus Oslandrum diuicans, contrariam in extremitatem immoderatus effusi sunt. Siquidem mediatorem esse Christum, eiusque manus et officium usurpatum ab illo statuunt secundum vtramque naturam.

Ambabus his de mediatore falsis sententis addendae veniunt cauilationes Apollinaristarum, siue Monophysitarum, necnon horrenda magis, et detestabilis haeresis Anabaptistarum, Socinianorum, veterum Photinianorum, et Samoseranorum propago. Horum primi mediatorem eum proferebant, qui natura vnica constabat, ne duas in Christo naturas admittere cogerentur. Alii autem, quorum antesignanus Ioannes Crellius, Apostoli verbis abutentes: » vnus est mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, « Christum nihil esse praeter nudum hominem arguebant.

Et erga Christi Sacerdotium vel Pontificatum haereticos diuisos in suis erroribus legimus. Nam Ariani, qui naturam filii Dei diuersam a paterna, eaque longe inferiorem existimabant, quidquid Christo inerat qualicumque Diuinitati illius adscribebant; adeoque omnia Sacerdotii propria: illumque qua Deus est vt Patre minorem, sic eius Sacerdotem inter illum et humanum genus esse statuebant. At Nestorius, qui hoc peccatus imbiberat, hominem a Deo reipsa esse diuisum; Sacerdotem esse Christum praecise qua hominem existimabat: nec dici patiebatur filium Dei, vel Deum esse Sacerdotem; vel si hoc adderes *secundum carnem*, vel *vt homo est*, quippe veram vnitionem negabat.

Nunc argumentationes haereticorum expendamus ac dissoluamus oportet: reliquas etiam, quae contra regiam Christi dignitatem alii producere possint. At principio quidem, quae partim e Scripturis petita, partim ratiocinando collecta, sparsim in suis libris Stancarus exposuit, haec sunt. Prima: In Scripturis vel mediator adpellatur homo Christus Iesus; vt in priori ad Timotheum cap. ii; vel eidem homini Christo gratia et redemptio tribuitur; vt quum Apostolus ad Rom. v. ait: » si enim vnus delicti multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. « Et in i. ad Corinth. xv: » quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. «

Secunda: nemo potest esse mediator sui ipsius: atqui si Christus

esset mediator etiam secundum naturam diuinam, esset mediator sui ipsius, quia est vnus cum Patre et Spiritu Sancto: ergo. Atque hanc argumentationem mutuatum se gloriatur Stancarus ex Magistro Sententiarum, et Sanctis Thoma et Bonauentura, aliisque Scholasticis.

Tertia: Si mediator est Christus, quatenus Deus, necesse erit illum fateri pro hominibus orasse, passum ac mortuum esse, cetera fecisse, quae in Deum vtiq; cadere nequeunt, et tamen sunt cum mediatoris officio coniuncta: non ergo mediator est vt Deus, sed vt homo.

Quarta: Augustinus Psalmos enarrans (1) scribit: «Christus mediator inter hominem et Deum, non quia Deus, sed quia homo: non quia Deus aequalis Patri; sed si aequalis Patri, non mediator.» Et in Ioannem scribens: (2) «mediator autem Dei et hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo, est Christus Iesus.» Ergo et Augustino docente, Christus mediator quia homo est.

Quae vero Caluinus, alique ex opposito pugnantes producunt, sunt huiusmodi: verba haec «ego pono animam meam,» mediatoris verba sunt: Atqui non sunt hominis, sed Dei solius; quum solus Deus vitae ac mortis sit arbiter: ergo.

Deinde: Sub ea ratione Christus est mediator, sub qua nos reconciliavit ac pacem sanciuit: At id praestitit vt Deus ab humanitate praecisus, secundum illud Epist. ii. ad Corinth. cap. 5: «omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum... Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi:» ergo.

Praeterea: Patres adseruere, necesse fuisse Christum esse Deum, vt mediator esset. Ita enim docent Irenaeus, (3) Chrysostomus, (4) et Augustinus: (5) ergo docuerunt Patres, Christum qua Deus est, mediatorem esse.

Rursum: Adseruere quoque plurimi ex Patribus, Christum, etiam ante Adami lapsum, fuisse Angelorum, et hominum caput; legemque per Christum mediatorem datum fuisse: ergo.

Postremo: Haec mediatoris inter alia esse officia Augustinus tradit; (6) dare Spiritum Sanctum, renouare corda, docere: At ea Deo soli vt Deus est conueniunt: Christus igitur mediator est solum qua Deus est.

§ Quae

(1) In Psalm. cxxx.

(2) Tract. Lxxi.

(3) Lib. iii. adu. haer. cap. 20.

(4) In cap. 2. i. Epist. ad Timotheum.

(5) In Eueh. cap. 18.

(6) Ibidem cap. 33.

§ Quae vero contra Christi Sacerdotium haeretici obiciunt? Haec potissimum: perperam ad Sacerdotium Melchisedechi panis vniq; oblationem spectasse dicitur: nam Paullus ad Hebraeos scribens, atque omnes Sacerdotii Christi caracteres enumerans in Melchisedech praesignatos, hos tantum memorat, quod illud in aeternum manserit; quod ipsi Melchisedech decimas Abrahamus dederit; nulla prorsus panis vniq; oblationis facta mentione: ergo et perperam Christus Sacerdos adseritur secundum ordinem Melchisedech ob oblationem allatam.

Deinde: nullatenus oblationem quam fecisse Melchisedechum legimus, sacram fuisse ac mysticam euincunt Scripturae Sacrae versiones, praesertim hebraica, et vulgata: habent enim illae Melchisedechum protulisse, seu exire fecisse panem et vinum; neuiquam obtulisse: quin in graeca, facta oblatio dicitur ipsi Abrahamo: consuetudinem nempe obseruans, suppeditandi cibaria victoribus et bello redeuntibus, Melchisedech protulit illi panes ac vinum. Quod factum narrat Iosephus historicus, (7) et adserunt Damascenus, (8) et catholici nonnulli Scriptores: cuius igitur tantum oblatio illa fuit.

Si a similitudine rei obiectae ordo Sacerdotii desumendus est, Christus potiori titulo dicendus erit Sacerdos secundum ordinem Aaron, quam secundum ordinem Melchisedech: fuit siquidem praecipuum, imo vnicum Christi sacrificium illud cruentum crucis: atqui numquam Melchisedech immolasse fertur cruenta sacrificia, quod Leuitae praestiterunt: ergo.

Addenda hic momenta, quae temporalem regiam in Christo potestatem suadere videntur: sunt huiusmodi. In Scripturis legimus bene multa, quae ad regnum spirituale coaretari haud patiuntur: scilicet, «omnia subieci sub pedibus eius.» Psal. vii: «hic est omnium Dominus.» Act. x: «princeps regum terrae.» Apocalyp. i: «rex regum, et dominus dominantium,» ibidem xix: ergo quantum adinet ad potestatem et regni ius, fuit Christus regia vtraque spirituali et temporali potestate praeditus, etiamsi hanc exercere noluerit.

Praeterea: an non ex ipsamet conditione regni spiritualis consequitur potestas in temporalia? Nonne oportet gladium esse sub gladio, et potestatem temporalem spirituali subici potestati, «quem admodum Bonifacius Papa aiebat in Extrauaganti? Haec obiciunt.

Sin-

(7) Lib. i. Antiq. cap. 10.

(8) Lib. iv. de Fide orthod. cap. 14.

Singula seruatō ordine expendamus, soluamusque sequitur. Et primum quidem Stancari argumentum ex Scripturis ductum prorsus imbecillum est: non enim ex locis huiusmodi sequitur Christum tantummodo qua homo est, mediatorem esse; quod vnum in quaestione ponitur; sed ad summum illud euincitur, Christum hominem esse mediatorem; non tamen solam id sibi vindicare humanitatem, verum in eadem persona naturam utramque: hominis tamen, id est, humanae naturae, mentionem idcirco fecit Apostolus, quod et mediatoris officia praestitit, et sine ea mediator esse Dei filius nequiuerit.

Pro secundo soluendo primum castigandus est Stancarus, quod ita loquatur, *vnus est cum Patre*, cet. non enim vnus est, sed vnus seu non vna persona, sed vna natura vel substantia. Deinde dicendum, debuisse animaduertere quo in sensu Sententiarum Magister fuisset loquutus; ne pessime illius auctoritate abuteretur. Quo etiam in sensu Thomas et Bonauentura essent accipiendi, ne illis talem adferret iniuriam. Itaque Magister Sententiarum, et Ss. DD. Thomas et Bonauentura, mediatorem considerarunt, non ratione status et substantiae, sed tanquam exequentem mediatoris officia: falsus itaque ac tantis viris iniurius Stancarus est.

Tertia argumentatione nihil est leuius. Nam haec omnia, iisque similia in Deum minime conueniunt, vt agat illa, vel patlatur, ac in se suscipiat; congruunt tamen sic, vt in adsumta, ac per eam eadem ista perficiat. Quare omnia Dei filium eundem gessisse, suscepisseque dicimus, sed non eadem in natura.

Ad quartam dicendum: Haec et similia Augustini loca illud tantummodo declarare, filium Dei qua Deus est, et nulla adhuc humanae naturae communionē implicari, mediatorem non fuisse, sed tum demum esse coepisse, quum homo factus est: siquidem per carnem mediator exiit. Quod enim Lutherani dicunt, Augustinum priorem sententiam retraherisse, id vero oppido est ridiculum, quippe iisdem in libris vtrumque restatū est, et mediatorem non esse Christum, qua est Deus, sed quatenus homo est; et ad mediatoris eiusdem statum vtriusque naturae societatem fuisse necessariam. Legendus est Augustinus, in libris potissimum *de Ciuitate Dei et Confessionum*.

Primum insuper quod Calvinistae obiciunt, hac distinctione solutum esto: Deus solus est vitae ac mortis arbiter, potestate non receptus

(9) Lib. ix. cap. 9. et seq. lib. x. cap. 42.

cepta ab alio, concedo: potestate ab alio recepta, nego. Homo enim in Christo arbiter est vitae ac mortis potestate a Verbo accepta, cui substantialiter vnitus est: ait siquidem Augustinus: (10) «caro ponit animam suam, et caro iterum sumit eam: non tamen sua potestare caro, sed potestate inhabitantis carnem.»

Secundum sic soluitur: Sub ea ratione Christus est mediator sub qua nos reconciliauit ac pacem sancluit, orando, supplicando, satisfaciendo pro nobis, concedo: sub qua nos reconciliauit exaudiendo, probando, acceptando; nego. Hac itaque postrema ratione, non priore, Deus nos reconciliauit sibi, ac pacem nobiscum inuit: proinde qua homo Diuinitati vnitus mediator Dei et hominum est, non vero qua Deus seorsim ab humanitate conceptus.

Tertium hanc habet intelligentiam: Adseruisse Patres necesse fuisse Christum esse Deum vt mediator esset, hoc est, vt mediatoris operibus moralem conferret dignitatem; non ita vt mediatoris opera ipse eliceret ac faceret. Is enim qui pretium et dignitatem confert operibus, non est mediator; sed is qui opera elicit, quibus nostram reconciliationem et liberationem impetrat: ea autem opera humanitas hypostatice Verbo vnita elicit; nimirum illi tantum conuenit orare, interpellare, pari, satisfacere.

Quartum duo dicit: quorum primum eo tantum sensu dictum a Patribus iudicamus, vt Christum fuisse caput Angelorum et hominum, quum dignitate, tum influxu, vulerint; minime vero mediatorem cum adseruerint: alioquin et Pater et Spiritus Sanctus mediatōres quoque fuissent; quum ea quae sunt ad extra, vt Schola loquitur, toti Trinitati sint communia: hinc Paullus, licet Christum caput Angelorum vocet, nusquam tamen eum Angelorum, aut innocentis hominis mediatorem adpellauit. Secundum quoque Patres proferunt contententes, personam quae in humanitate adsumta futura erat mediator, vel personam in qua homo mediator subsistit, Mosi legem dedisse: concludentes inde aduersus Arianos Verbi diuinitatem: ast nusquam expresse Patres adfirmant, per Christum quatenus mediatoris legem fuisse daram.

Quintum ex dictis solutum est: aliter nempe mediatori memorata officia competere, ac Deo competere: Deus enim corda renouat, docet, atque Spiritum Sanctum dat tanquam principalis causa; mediator vero velut causa meritoria et instrumentalis.

Tom. IIII.

V

Ad

(10) Tract. XLVII. in Ioan.

Ad ea modo accedentes quae contra Christi Sacerdotium pugnant, primum quod ex Paulli silentio sumitur, nihil habere firmitudinis ipsi Dialectici dicerent. Nos et hoc addimus, praetermissam ab Apostolo Melchisedechi oblationem, quoniam ad scopum sibi propositum parum facere visa fuerit. Studebar quippe ille animos hebraeorum ab Aeonis sacrificiis remouere, noui Sacerdotii excellentiam ex Melchisedechi typo eis exponens: quae sane excellentia Sacerdotii Christi praefigurata praesertim fuit in Melchisedech, in duratione perpetua, in Leuitarum declinatione, et in vnctione spirituali, et virtute indissolubilis vitae. Quod si de Sacerdotii ordine sermo Paulo fuisset, haud praetermisisset certe *panis et vini* oblationem, in quarum rerum similitudine ordo ritusque Sacerdotii fuerat praesignatus.

Ad secundum, aliorum responsionibus missis, dicimus, quod Melchisedech, quum esset Summi Dei Sacerdos, accepto victoriae nuntio obulam Abrahamo processit, oblatoque in gratiarum actionem *panis et vini* sacrificio, atque parte Deo sacrata, Abrahamo eiusque pueris panem sacram vinumque libaminum distribuit. Id nempe adfirmant Patres, qui *panem sanctificatum* Abrahamo porrectum tradunt: id et Rabbinii doctissimi censent. Itaque ad auctoritatem textuum hebraici, aliorumque, reponimus, veram et nobis videri lectionem illam; nec tamen nostrae officere sententiae: nam ex vrbe Sacerdos Summi Dei *exire fecit panes, vinumque* ad offerendum Deo sacrificium gratiarum actionis, simul et ad praebendum Abrahamo, eiusque militibus nutrimentum, non de communi pane, sed de consecrato, typumque mensae dominicae praeferente.

Ad tertium respondemus ex S. Thoma: (11) etiam participationem sacrificii crucis eiusque effectum; »in quo praecipue attenditur excellentia Sacerdotii Christi,« expressis fuisse praefiguratam in sacerdotio Melchisedech; tamen oblatio crucis cum effusione sanguinis magis fuerit expressa in Sacerdotio leuitico; propterea quod panis et vinum significant Ecclesiae eiusque membrorum vnitatem, vt inquit Augustinus. (12)

Postremo et ea, quae pro temporali regia Christi potestate facere videntur, argumenta soluere paucis volumus. Et primum quidem hoc tantum nobis euincit, quod regia spiritualis dignitas excellentissimo modo Christo Domino conueniat: neque enim temporalem quamlibet

(11) III. Part. q. xxii. art. 6. ad 2. (12) In Psalm. cxlviii.

potestatem conciliare nos possumus cum ipsius Christi testimonio; cum his etiam quae abunde protulimus.

Secundum grauissimam tangit disputationem, magno quidem Theologorum aestu agitamam, de vtraque nempe potestate temporali et spirituali; quam praetermissam omnimode hic volumus, ne Tyrones nostros his implicemus. Hoc pro difficultate obiter soluenda, ac nostra indigitanda sententia dictum sit: vtramque potestatem et temporalem et spirituales a Deo esse: vtramque esse in suo genere primam: nec tamen consequens esse, vt qui spirituales habet, habeat et temporalem; neque e contrario, quod spirituales teneat, qui temporali praeditus est. Nobis haec fixa, constitutaque sunt. Ast qui plenioram notitiam desideret, consulat prae aliis doctissimum atque illustrissimum Meldensem Episcopum, Iacobum Benignum Bossuet. (13)

CAPVT VII.

Idiomatum communicatione exposita, regulae in eiusdem usum traduntur.

In Christo admitti debet respectu personae idiomatum communicatio: non ita inter vnā et alteram naturam.

Primum propositionis partem docent Scriptura et Traditio. Scriptura siquidem hanc proprietatem seu idiomatum communicationem, vel vocabulorum permutationem, testatur variis in locis. Ita Ioannis iii. Christum eundem a coelo venisse, et in coelum redisse dicit; »nemo,« inquit, ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis qui est in coelo. « Ad Rom. i. eundem *Deum ac Dei filium* vocat, et *Davidis filium*. In Epistola ad Hebr. cap. i. et ii. *quem filium Dei* nominat, ac *splendorem gloriae, figuramque substantiae eius, qui omnia portat verbo virtutis suae; paululum, ait, ab Angelis minoratum*, propter passionem mortis, etc.

Eandem mutuum proprietatum attributionem testatur traditio: nam Symbolum Nicaenum Verbo tribuit natiuitatem ex Virgine, mortem, passionem, quae tamen soli humanitati conueniunt. Ex Patribus sic loquitur Augustinus: (1) »quis est ille, inquit, qui quum in forma

V 2

(13) Defens. Decl. Cleri Gallic. p. 1. (1) Lib. iv. de Trinit.

Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo? Respondetur voce apostolica, Christus Iesus. Ergo et illa Diuinitas huius humanitatis nomen accepit. Item si quaeramus, quisnam sit factus obediens usque ad mortem crucis? rectissime responderetur, ille, qui quum in forma Dei esset: ergo et ista humanitas illius Diuinitatis nomen accepit. « Habent similia alii Patres.

Quemadmodum ergo de vna hominis persona, in qua corporea ac spiritalis substantia simul funguntur, verificatur quod sit ratione praedita acque et morti obnoxia; quorum primum animae proprium est, secundum corporis: ita et de vna Christi persona, in qua diuina humanaque natura in eadem hypostasi subsistunt, affirmari potest, quod sit Deus mundi creator, omnipotens, immensus, cetera; et quod sit homo factus ex semine Dauid, passus, mortuus, cetera. Quae posteriora attributa humanitati competunt; priora Diuinitati. Quare recte ab Scholasticis definita haec idiomatum communicatio est: *loquendi forma vel modus, quo ea quae vnius naturae in Christo propria sunt, eique vere et realiter competunt, propter personae quae in vtraque natura subsistit unitatem concreto attribuuntur.*

Secundam propositionis partem docent nos Patres. Cyrillus enim haec habet: (2) «duarum naturarum discretio ex dictis et factis necessario facienda est. Quare debemus, quae vero Deo conueniunt, Diuinitati eius, quae homini vero humanitati nostrae, quam propter nos adsumit, accommodare. « Augustinus (3) demonstrat, ea verba Matth. xxvi: «tristis est anima mea usque ad mortem, non nisi ex natura hominis intelligenda, quum non valeat percipi, naturam Verbi Dei vniuersi tristem esse potuisse. « Vigilius (4) sic loquitur: «impium et sacrilegum est, ea quae sunt propria carnis Christi, ad naturae Verbi proprietatem referre; et quae sunt propria Verbi carni adscribere. «

Quemadmodum ergo in vnione hypostatica, non moraliter, sed substantialiter vtraque natura, humana et diuina, ad eandem personam Christi spectant; eadem naturae in vna eademque persona cum suis attributis ac proprietatibus distinctae et impermixtae sunt: vnde sicut admittitur communicatio proprietatum respectu personae propter indiuisibilem unitatem; ita ob naturarum impermixtionem et distinctionem nequit vna natura alteri impertiri, quae sui propria sunt.

Pro-

(2) In x. Thesaur.

(3) Lib. II. contr. Max. cap. 20.

(4) In v. cont. Eutyct.

Pronuntiandum itaque contra Nestorium est: « Verbum est filius hominis; Dominus gloriae crucifixus est; filium Dei peperit Maria; Virgo; Deus suffixus est cruci; et his similia; quia Deus Verbum et Filius hominis est vnus Christus. Pariter contra Eutychem pronuntiandum « natura humana quam Verbum adsumit in tempore, non est Diuinitas quam habet sempiternam a Patre; Christus carne, non Diuinitate passus est. Vna Christi natura est aeterna, infinita, passionum expers; altera autem creata, finita, ac morti olim subiecta: « quoniam vtraque natura suam proprietatem retinet in personae unitate.

Sed sunt cautiones quaedam ac regulae ex antiquorum Patrum decretis sumtae, ad quas huiusmodi communicationis proprietatum erigenda, moderandaque tractatio est. Duodecim adnumerat conficitque Peraius; (5) quarum prima est: quod proprietates duarum naturarum vni personae tribuendae sunt: ex. gr. dum Christus dicit: « ego et Pater vnus sumus, « et « Pater maior me est; « de eadem Christi persona enuntiat, quod sit Patri consubstantialis; et quod sit inferior Patri: quorum vnum ex proprietate diuinae naturae, alterum ex conditione naturae humanae vnus ducit.

Secunda ex hac consequens est huiusmodi: nonnumquam totus Christus ab vna natura eiusque proprietatibus denominari solet: interdum a duabus, quod notatum est a Damasceno, (6) vbi ait: « quando ex naturis compositam hypostasim consideramus, interdum ab vtroque Christum denominamus: velut Deum et hominem simul, necnon Deum incarnatum: alias ab vna tantummodo parte, Deum dumtaxat, et Dei filium, vel hominem tantum et hominis filium. « cetera.

Tertis regula vel cautio, quae ad depellendas haereticorum cauilaciones magno est vsui, haec esto: De eadem Christi persona propter naturarum numerum et unitatem personae, contraria interdum enuntiantur, ex. gr. *Quod Christus in cruce patiebatur, et gloria fruebatur: viuens mortuus est: aliaque huius generis plurima.*

Quarta cautio in hunc modum concipitur: de vna quidem persona opposita enuntiantur, sed ratione diuersae naturae: ait siquidem Leo Magnus: (7) « quamuis in Domino Iesu Christo Dei et hominis vna persona sit, aliud tamen est vnde contumelia in v-

»tro-

(5) Theol. Dogmat. de Incarnat.

lib. IV. cap. 16.

(6) Lib. III. cap. 3.

(7) Epist. x. quae est ad Flavian.

»troque communis : aliud vnde communis est gloria. De nostro enim »illi est minor Patre humanitas ; de Patre illi est aequalis cum Patre Diuinitas.« Hac cautione de Christo dicimus : *expers patienti quatenus Deus, passus est carne : vt Deus coruscabat miraculis, dum vt homo adficebatur iniuriis.*

Quinta regula est desumpta ex Vigilio, (8) quae huc redit : abstracta quae naturis conueniunt, non communicantur promiscue, neque in abstracto, neque in concreto : non enim recte dicitur, *Diuinitas est humanitas ; vel homo est aeternitas ; vel Deus est mortalitas* : nam vt Vigilius tradit, quae sunt propria naturae cuiusque, Christi propria dicenda sunt ; communia vero, non ipsi Christo, sed in Christo.

Sexta regula quam Nazianzenus indicauit, (9) est huiusmodi : Communicatio proprietatum sic in Christo fit, vt non secundum formam, sed secundum materiam vel subiectum, quae vnus naturae sunt, in censum alterius cedant ; quod vulgo sic efferunt, in sensu materiali, vel ratione subiecti dicti, non sensu formali. Itaque quum *homo Deus, et Deus homo*, siue *Verbum caro factum* dicitur, non sic intelligimus, vt hominis natura siue forma ipsa naturam Diuinitatis et proprietatem acceperit ; ac vicissim Deus in natura sua aliquam admitterit nouam formam ; sed vt idem suppositum vtrumque capiat.

Septima : Quum singularum naturarum proprietates de ipsis multo, vel de toto Christo praedicantur, inter adfirmantes et negantes enuntiandi formulae discrimen hoc est seruandum ; vt priores absolute proferantur ; posteriores non nisi alterius naturae, de qua proprie efferuntur, expressa mentione restrictae. Hoc modo Christum simpliciter *mortuum* dicimus : at non dicimus absolute, Christus vel Dei filius *non est passus, non est mortuus, nisi aduincto illo, qua Deus est.* Enim particula *non* remouet adtributum ; quare adponenda est expositio.

Octaua : Eandem expositionem adponere congruit in iis enuntiationibus, quae licet alias verae, in prauum tamen sensum ab haereticis trahuntur. Hinc consultius dicetur, *Christus est creatura, quatenus homo*, ne cum Arianis sentire quis videatur Verbi personam creatam adserentibus, et etiam *vnus de Trinitate passus est carne*, ad vitandum Eutychnorum errorem, aientium, Diuinitatem

et

(8) In lib. v. cont. Eutychn.

(9) Orat. LI.

et humanitatem, qua Christus passus est, vnam eandemque esse naturam.

Sequitur nona cautio, cuius formulam Ioannes Duns Scotus obtulit : (10) Quaecumque naturae cum persona vnionem expriment, non supponunt, ab lege communicationis idiomatum excipiuntur : quia vt Scotus ait, illa communicatio in praedicationibus fit propter vnionem, et ita praesupponit vnionem : non ergo fit secundum illa, quae expriment vnionem. Ita vera erit haec enuntiatio, *Verbum caro factum est*, siue *Deus factus est homo* : falsa haec : *homo factus est Deus* : quia haec exprimit vnionem, non supponit. Commendat plurimum hanc cautionem Petauus tanquam maxime expeditam.

Decima regula est : Nequeunt enuntiarum de Christo adiectiua concreta, quae quidem diuersam personam designare possunt : ea vero, quae diuersam tantum infrunt naturam, recte enuntiabuntur. Hinc blasphemum est in Nestorii sensu haec propositio : *Christus est homo Dominicus.*

Vndecima : Dum de Christo enuntiantur ea, quae ipsi naturaliter et substantialiter insunt, idiomatum communicatio *naturalis* dicitur ; vt *Christus est homo* : dum autem ea praedicantur quae misericordia ductus suscepit, communicatio dicitur *secundum habitudinem*, vt *Christus factus est pro nobis maledictum*, aliaeque eiusmodi.

Postrema cautio erit, quod haec proprietatum communicatio substantialiter et secundum hypostasim in Christo intelligenda est non moraliter et secundum adtributionem. Ex.gr. quum dicimus *Deus est homo*, non significamus vnum in altero tanquam in templo inhabitare ; sed Deum et hominem indiuiduo nexu vnam personam constituere.

COROLLARIUM.

Consequitur igitur ex dictis nequaquam transferam esse omnipraesentiam in naturam Christi humanam ; proindeque haereticum esse adserere humanitatem a Verbo adsumtam esse vbique. Quod deinde consecrarium firmant Scripturae, Traditio, et ipsa ratio. Scripturae enim testantur Filium hominis descendisse de caelo, terrenoque corpore fuisse circumscriptum, in variis commemoratum locis, aliaque plurima, quae illius humanitatem non fuisse vbique euincunt. Quid enim haec significant : » Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mor-

» tuus,

(10) In III. distinct. 7. q. 2. ad 3.

taus, « Ioan. xi: » surrexit non est hic, « Marci xvi: » relinquo mundum, et vado ad Patrem, « sexcentaque alia his adfina? Ex Patribus etiam id euincitur, quorum vnus idemque est super hac re sensus, quum Graecorum, tum Latinorum. Athanasius (11) demonstrat, ea verba *sede a dextris* meo Christo conuenire, non secundum Diuinitatem qua coelum terramque implet, sed ratione corporis adsumi; propterea quod ait, « sedere idem est ac esse circumscriptum in loco. » Augustinus scribit: (12) « secundum hanc formam non est putandus vbique diffusus, » cer. Proferunt similia alii Patres.

His pedissequa accedit ratio: nam quum Incarnationis mysterium importet in vnitrate hypostasis duas naturas impermixtas, nullamque singularum proprietatem sublatam esse Fides doceat; aduersus fidem pugnant hi, qui Christi humanitatem vbique diffusam dicunt, transfundentes in humanitatis circumscriptam naturam omnipraesentiam, quae propria est Diuinitatis. Offerunt alias rationes regulae superius traditae.

CAPVT VIII.

Errore duplici obiter notato, quae aduersus idiomatum communicationem et ex ea ductum consecrarium opponi possunt, argumenta soluit.

Quemadmodum contra Nestorium vnam in Christo personam profitemur, id est, vnum Deum hominem, et aduersus Eutychem duas distinctas impermixtasque naturas; ita eidem personae tribuenda sunt, quae vtrique naturae conueniunt, vt fuse expositum est; sed vnus naturae proprietates non sunt in alteram transferendae. Hinc, et qui idiomatum communicationem denegant, et qui eam inter naturas ponunt, omnes aberrant, haud recte distinguentes, quae naturis dumtaxat conueniunt, ab his quae de sola persona enuntiantur, atque errores instaurant damnatorum haereticorum: nam primi Nestorianis merito accensendi veniunt; secundi Eutychanis.

Accedunt his Vbiq̄uitatū, sic dicti, quod immensitatem, seu omnipraesentiam in Christi humanitatem transfundant, vt narant non tantum catholici Scriptores plurimi, sed etiam posteriores haeretici post Theodorum Bezam et Hessiandrum. Cuius qui-

(11) In Orat. de Fide.

(12) In Epist. ad Dardan.

quidem erroris nonnulla licet deprehendantur vestigia in Lutherana confessione de Coena Domini; scribit tamen memoratus Theodorus Beza in Praefatione ad Christianum Hessiandrum, errorem illum inuexisse Brentium post obitum Melanctonis, propugnasseque pertinacissime Iacobum Andream in Apologia ad Ingsolradianos. At verius dictum a Petauio credimus haeresim hanc recentem Eutychanismi faciem esse. Cuius historiam adcuratissime, more scilicet suo, describit. (1)

Sed quod ad historica adrebar facta, paucis his delibasse sat sit. Argumenta iam proferamus, quae pro his erroribus facere videntur. Primum: admissa in Christo idiomatum communicatione, admitti quoque deberet haec propositio, « vnus de Trinitate passus est. » scilicet vnigenito Dei filio per communicationem illam tribui deberent, quae humanitatis propria sunt: atqui nequit illa propositio admitti, quam in Petro Cnaphaeo damnauit Felix Papa III. an. 483: ergo.

Secundum: Circa annum 519 Monachi quidam Scythiae adserabant, praeter Concilii Calcedonensis professionem dicendum esse, « vnum de Trinitate crucifixum: » quae tamen loquendi formula ab Hormisda Romano Pontifice damnata est: at non fuit damnata in sensu Eutychanorum; neque enim Monachi illi huiusmodi errore tenebantur: ergo proscripta fuit in sensu obuio, seu quem verba praesferunt.

Tertium: Christus vt homo ad dexteram Dei Patris exaltatus est, id adestante Scriptura Matth. xxvi. Act. ii. ad Ephes. i. et ad Hebr. item i.: atqui Dei dextera est vbique; non enim corporalis est, quae certo valeat loco definiti: ergo.

Quartum: Christo vt homini data est omnis potestas, dicente ipso Matth. cap. vltimo: « data est mihi omnis potestas in coelo et in terra: » ergo et immensitas seu omnipraesentia dari illi potuit: non enim potior est ratio de vno, quam de alio.

Quintum: Christus non in vno tantum est loco, quum dicat ipse Matth. xxviii. se futurum nobiscum vsque ad consummationem saeculi; Apostolus vero dicat ad Ephes. iv.: « ascendisse in coelum vt impleteret omnia: » ergo.

Sextum: vera est haec enuntiatio: Christus est vbique: ergo et ista: humanitas Christi est vbique: nam ex duabus rebus sibi inuicem inseparabilī nexu coniunctis, vbi vna est, ibi et altera esse debet.

Tom. IIII.

X

Sep-

(1) Theol. Dogm. de Incarn. lib. x. cap. 7.

Septimum : Omnipraesentia non videtur essentialis Diuinitatis proprietates, vt est aeternitas atque independentia: nam priusquam crearetur mundus, erat Deus, nulli tamen loco praesens: potest igitur adtributum eiusmodi Christi humanitati communicari.

Haec tamen quam inepra sint et iocularia, neque vel mediocri Philosopho, nedum graui Theologo digna, eorundem solutio docet. Et quidem primum ac secundum argumentum iam pridem, quasi in antecessu soluimus, dum de Eutyichiana haeresi ageremus.

Itaque verbo nunc rem absoluemus: damnauit Felix III. primam propositionem in sensu a Coaphis intento, Eutyichiano quidem, cui secretae nomen ille dederat: non vero in sensu obiuo qui sane alius non est, quam quod catholice profiteremur, nempe *vniam de Trinitate personam passam fuisse in carne*. Damnauit quoque Hormisdas propositionem secundam, vel quod Eutyichianum etiam sensum redoleret, vt placuit nonnullis Theologis; vel quod temere prolata a Monachis Scythis maneam Synodi Calcedonenensis professionem esse argueret: quod nobis magis arduet.

Tertium, quod primum Vbiquistarum argumentum est, hac distinctione diluitur: Christus vt homo exaltatus est ad dexteram Dei Patris ratione suppositi, concedo: ratione humanitatis, nego. Atque dextera eo loci, Patribus passim adstantibus, metaphorice accipienda venit, pro aequalitate nempe honoris, dignitatis, et potestatis: adeo vt sensus sit, Christum eodem honore, eadem dignitate, eadem potestate ac Patrem frui.

Ad quartum dicendum primo: Christo Domino reuera data illa omnia quae sunt propria Diuinitatis; sed non eo modo quo sunt huius propria: hoc est, vt *essentialiter*, et *formaliter* insint, et humanam adficiant naturam; verum vt *personaliter*, vel ratione personalis vnitionis conueniant. Ex hoc vero personalis communicationis modo non efficitur *recta* et *formalis* adfirmatio vnus de altero, quam enuntiatio directa significat, sed obliqua dumtaxat.

Dicendum secundo: falso argumentum supponere potestatem, quae Christo vt homini tradita est, esse omnipotentiam, quam Scriptura Deo tribuit tanquam characterem Diuinitatis proprium. Tradita itaque est Christo potestas tanquam Ecclesiae capiti, in res omnes quam exercere potest, etsi vbique non sit.

Quintum hanc habet intelligentiam: Christum futurum nobiscum ex verbis relatis, non quidem praesentia quae corpori conueniat,

nat, sed auxilio et virtute: cuius enim est eo in loco Christum auxilium polliceri, quo Apostoli eorumque successores, et veritatem agnoscerent, et difficultates superarent, quas in Euangelii promulgatione erant experturi. Dicitur praeterea ab Apostolo Christum impleuisse omnia, vel quia illius in coelum ascensus complementum fuerit omnium Oraculorum, quae de eo a Prophetis edita fuerant; vel quia posteaquam in terris potestatem suam miraculis probasset, terram sic implens, coelos conscendit, vt sua gloria et maiestate eos repletet.

Ad sextum respondemus: Maximum esse discrimen inter adductas enuntiationes: quia huius subiectum *Christus est vbique* pro duabus supponit naturis; proinde particula *vbique*, quae locum praedicari tenet, in Christum prout habet diuinam naturam cadit: contra vero huius subiectum *humanitas est vbique*, pro sola natura humana supponit, cui quum creata sit, repugnat prorsus quod sit *vbique*: sed neque Verbum est vnium adaequante et totaliter, ne Scholae phrases abiicimus, humanitati; quod erat necesse, vt non sit alicubi, vbi non est humanitas.

Septimum ridiculum quammaxime ac puerile est: non enim minus *omnipraesentia* proprietates Dei substantiua et essentialis est, quam ceterae omnes, et ipsae adeo omnipotentia et aeternitas: ast non est existimandum *omnipraesentiae*, seu *immensitatis* rationem in eo esse sicam, vt reipsa et actu in omnibus existat Deus; quum infinito ante spatio quam creata res vlla extaret, Deus aeternus, omnipotens, et immensus fuerit: sed eam notionem illius esse, vt nulla res possit esse, in qua non insit Deus, eamque replet: sicut omnipotens non propterea dicitur, quod re ipsa dominatum, et potentiam in res omnes exequatur; vel quod aliquid effici, aut procreari habeat; sed quod omnia, quandocumque libitum erit, efficiere, et effectus dominari possit. Et hic tandem de Verbi Incarnatione disputandi finem facimus.

LIBER XIII.

*In quo de Ecclesiae Sacramentis generatim
agitur.*

Sacramenta resque in Ecclesia Christus, quibus dum vterentur homines, suae mortis meritum adsequerentur. Media igitur et illa sunt, Dominicae incarnationis reliquiae a S. Thoma aptissime nuncupata, quorum beneficio, ut Patres Tridentini loquuntur, »omnis vera iustitia vel incipit, vel caepta augetur, vel amissa reparatur.« Eapropter absoluta de Verbo incarnato tractatione, de Sacramentis agere adgredimur, velut de medijs hominem in beatitatem ducentibus.

CAPVT I.

Sacramentorum nouae legis numerus, dignitas atque necessitas adstruuntur.

Septem sunt, nec plura, nec pauciora, legis Euangelicae Sacramenta.

Quae neque sunt dignitate paria, neque superflua.

Primam propositionem seu Fidei catholicae dogma his verbis post Florentinum sanctam in Tridentino Concilio legimus: (1) »si quis dixerit, Sacramenta nouae legis . . . esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam-Vnctionem, Ordinem, et Matrimonium; aut etiam aliquid horum septem non esse vere et proprie Sacramentum, anathema sit.«

Quam veritatem Patres Tridentini desinierunt, quod testatam illam in Scripturis ac Traditione viderint. In Scripturis quidem: nam etsi Nouatoribus libentissime demus in illis non legi Septenarium Sacramentorum numerum; adeo tamen aperte ex eis colligitur, ut cae-

(1) Sessio VII. Can. 1.

cus sit oporteat, qui illum numerum non legat. De Baptismo enim legitur Matth. ultimo: »euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,« etc. De Confirmatione Actor. VIII: »tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.« De Eucharistia Matth. XXVII: »accipit panem, et benedixit ac fregit,« etc. De Poenitentia Ioan. XX: »accipite Spiritum Sanctum, quorum remisseritis peccata remittuntur eis.« De Extrema-Vnctione Iacobi V: »infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.« De Ordine I. ad Timoth. IV: »noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteris.« De Matrimonio denique Matth. XIX: »quod Deus coniunxit, homo non separet;« et ad Ephes. V: »Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et Ecclesia.« Sed loca isthaec Scripturarum singillarim expendemus ac vindicabimus, quum de vnoquolibet Sacramento disputabimus.

Traditionem nunc perscrutemur; atque egregium Tertulliani (2) dictum principii loco ponamus. Est huiusmodi: »sine dubio tenendum est, quod Ecclesiae ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit: omnem vero doctrinam de mendacio praedicandam, quae sapiat contra veritatem Ecclesiarum, et Apostolorum, et Christi, et Dei.« At Ecclesiae omnes constantissime hanc de Sacramentorum numero septenatio doctrinam retinuerunt, e sinque suo eos eiecerunt, qui vel aliquid ex septem assignatis Sacramentis reiecerunt, vel nouum aliquid inducere ausi sunt: nam Ecclesiae Romanae hanc esse traditionem, vel sola generalia Concilia memorata euincunt; quibus tamen praecuerant aliae Synodi, quum generales, tum provinciales idipsum decernerent; necnon Romanorum Pontificum Gregorii, Lucii, aliorumque Decretales. Fuisse praeterea ceterarum Ecclesiarum, scilicet Africanae omniumque Orientalium, abunde colligitur ex scriptis Tertulliani, Oprati Mileuitani, Cypriani, et Augustini: colligitur et Ritualibus Goar, Martenii, Allatii, atque ex scriptis Simonis Thessalonicensis, Epiphanius Graeci, Ioannis Palaeologi, aliorumque.

Ceterum et constat aequae Ecclesias omnes, seu potius Ecclesiam vniuersalem, eiecisae saeculo III. e suo sinu Nouatianos, qui Neophytos confirmare renuebant; saeculo IV. Wiclefitas, qui Extremam-Vn-

(2) De Praescript. cap. 21.

tionem despicebant : tandemque Lutheranos, Zuinglianos, et Calvinistas, duo tantum vel tria Sacramenta admittentibus : igitur stat pro stabilita veritate constans ac perpetua Ecclesiarum traditio.

Fauet quoque huic veritari probabilis congruentiae ratio, quam sub hac forma tradit S. Thomas : (3) per Sacramenta prouidet Deus homini quoad vitam spiritualem, sicut per naturam prouidet quoad vitam corporalem : sed septem modis prouidet homini quoad vitam corporalem : ergo septem modis per Sacramenta ei prouidet quoad vitam spiritualem. Modos insuper designat sic : ad corporalem vitam necesse primum est nasci, dein augeri, alii, si in morbum incidat sanari, imbecillitatem ex morbo relictam reficere, magistratum dari quo regatur, atque ad humani generis conseruationem filios procreari : quae omnia in spiritualibus ope Sacramentorum euenire obseruat : nam per Baptismum in Christo renascimur, crescimus ac roboramur per Confirmationem, nutriamur in spiritu per Eucharistiam, amissam animae sanitatem per Poenitentiam recuperamus, per Vnctionem extremam recuperamus vires per reliquias peccatorum eneruatas, per Ordinem gubernamur, postremo per Matrimonium homines ad vitam spiritualem Deique cultum procreantur. Aptauit hanc S. Thomae rationem Carechismus Romanus. (4)

Secundam propositionem sanciuit quoque Tridentina Synodus contra Heterodoxos definiens : (5) « si quis dixerit, haec septem Sacramenta nouae legis esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit. » « Si quis dixerit, Sacramenta nouae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua . . . anathema sit. » Pergit vltimus Sacrosancta Synodus, atque Eucharistiae Sacramentum omnia alia praecedere dignitate, his verbis declarat : (6) « commune hoc quidem est Sanctissimae Eucharistiae cum ceteris Sacramentis symbolum esse rei sacrae, et inuisibilis gratiae formam visibilem : verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua Sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, quum quis illis vritur : at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante vsum est. » Hanc Tridentinali rationem tradiderat S. Thomas, alias duas eidem superaddens. (7)

Quod autem ad necessitatem Sacramentorum spectat, absolute de-

(3) III. Part. q. 65. art. 1. et 1v. contra Gent. cap. 58.

(4) P. II. cap. 1. n. 20.

(5) Sess. vii. Can. 3. et 4.

(6) Sess. xiiii. cap. 3.

(7) III. Part. q. 65. art. 3.

definitam a Tridentino profiteremur : non sic tamen vt singulis fidelibus omnia Sacramenta necessaria sint, sed sub distinctione recitissime a S. Thoma tradita, (8) vbi scribit : « dicendum quod necessarium respectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter : vno modo sine quo non potest haberi finis : sicut cibus est necessarius vitae humanae : et hoc est simpliciter necessarium ad finem. Alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo non haberetur finis ita conuenienter : sicut equus necessarius est ad iter : hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis sunt tria Sacramenta necessaria : duo quidem personae singulari; Baptismus quidem simpliciter et absolute : Poenitentia autem supposito peccato mortali post Baptismum : Sacramentum autem Ordinis est necessarium Ecclesiae, quia *vbi non est gubernator, populus corruet*, vt dicitur Proverb. xi. 14 : sed secundo modo sunt necessaria alia Sacramenta : nam Confirmatio quodam modo perficit Baptismum ; Extrema-Vnctio, Poenitentiam ; Matrimonium vero Ecclesiae multitudinem conseruat. »

SCHOLION.

A Sacramentorum euangelicae legis numero, dignitate, atque necessitate consulto initium scribendi fecimus, nihil de Sacramenti nomine, deque varia eiusdem acceptione praefari, vt faciunt plerique longissime. Nouimus scilicet de Sacramenti nomine recipiendo, quod certe Lutherus, Zuinglius, et Carlostadius expunxerunt, Catholicos inter et Nouatores iam dudum conuenisse ; id adserentibus eiusdem furfuris Scriptoribus Buddeo, (9) Wuitfio, (10) et Limborchio. (11) Et licet apud Gentiles Sacramentum iusurandum fuerit, quo milites ad fidem et officia illis propria sese adigebant, vt discimus ex Vegetio ; (12) apud Latinos vero quandoque Sacramentum vocaretur pecunia in loco sacro deposita, donec lis contestata deponeretur, vt docet Varro : (13) quin et apud Scriptores ipsos ecclesiasticos vntiores vocabulum *Sacramentum* cum duplici notione vsurparum sit vna pro re arcana quacumque, vt in vulgata Versione ad Ephesios 1. ad Tim. 3 ; altera pro signo sacro rei arcanae et coelestis, vt in eadem

(8) Vbi supra art. 4.

(9) In Theol. Dogm. lib. iv. cap. 1.

(10) De oeconomia foederum, lib. 1v. cap. 10.

(11) In Theologia Christ. lib. v.

cap. 66.

(12) De Re milit. lib. 11. cap. 5.

(13) De lingua Latina lib. 1v.

dem Vulgata ad Ephes. iii: tamen exploratum iamiam apud Christianos est quae sit communis huius vocis *Sacramentum* significatio: nam Catholici omnes, quibus nec abnuunt Nouatores, fatentur, Ecclesiae Sacramentum in genere signi esse: quare quum Sacramentum, vt in Catechismo Concilii Tridentini legimus, »ad hoc rerum genus, quae »significandi causa instituta sunt, referri perspicuum sit, siquidem »specie quadam, et similitudine id nobis declarat, quod Deus in nobis potenti sua virtute, quae percipi non potest, efficit, »rectissime illud ab eiusdem Catechismi Auctoribus definitur: »inuisibilis gratiae »visibile signum ad nostram iustificationem institutum.« Nimirum, quamquam in nostra religione Deus spiritu et veritate adorandus est; quum tamen homo non sit sola mens, sed mens corpore vtens, et religio a toto homine Deo debeatur; Deus quaedam corporea signa instituit voluit gratiae iustificantis et sancificantis, quibus adhibitis cum omni pietate gratia illa nobis conferretur.

Illud forsitan ex nobis exquiret non nemo, an Sacramentum sit signum practicum vel speculatiuum: illud etiam, an sit signum ad placitum sacrumque, quum ex parte rei significantis, tum ex parte rei significatae: an sit quoque signum stabile et permanens. Perdiscat haec, sexcentaque alia his similia, qui volet, ex aliorum scriptis: Nobis certe piget puerque haec leuissima persequi ad vtiliora progredientibus.

CAPVT II.

Varios haereticorum errores profert; atque eorum argumenta dispellit.

Multiplex equidem fuit praepriis haereticorum error in numero Sacramentorum noni foederis statuendo: missi enim Archonticis, Canianis, Paulicianis, Seleucianis, Herminianis, Manichaëis, Bogomilis, aliisque; quorum aliqui, Epiphanio teste, (1) nulla prorsus Sacramenta admittebant; alii vt Tertullianus refert, (2) Baptismum necessarium negabant; nonnulli verbotenus Sacramenta admirebant, Eurymio attestante; (3) vel Baptismum in aqua repudiabant, Augustino teste; (4) vel alia demum delicta promulgabant. Soli Nouatores perpetuo in hac re inconstantes, mirum quam variae errauerunt.

Ex

(1) Haeresi xl.

(3) III. Part. Panop. tit. 21.

(2) Lib. de Bapt. cap. 13.

(4) Haer. xlvi.

Ex his Lutherus principio vnum, mox duo, tandemque tria admissit: nempe Baptismum, Eucharistiam, et Poenitentiam; Zuinglius, Melancton, et Caluinus duo, Baptismum et Eucharistiam agnouere: Brentius tria memorata: Lucas Lossius quatuor: Wilhelmus Postellus sex; quorum varias sententias legere est in Cardinali Belarmino, (5) aliisque.

Sed est communior magisque recepta eorundem sententia, Sacramenta proprie dicta esse tantum duo, scilicet Baptismum et Coenam, vt scribunt Lutherus et Caluinus; (6) quam modo vniuersus Nouatorum grex sequitur. Antumant praeterea, praesertim Caluini aecclae, aequalia inter se Sacramenta esse, vt Confirmationem et alia, quae vt Baptismus et Eucharistia in sacris noui Testamenti libris non commendantur, e Sacramentorum numero extrudant. Eo quoque sine Caluinum omnia Sacramenta paria fecisse quidam existimant, quoniam Eucharistiam Baptismo comparando facilius negare poterant realem Christi in Sacramento praesentiam. Verum, quum etiam Lutherus in hoc Caluino aduersarius, aequalitatem tamen Sacramentorum commentus sit, opinamur Caluini et Lutheri dogma eo collineare, vt Sacramenta paria dicant, quoniam eodem Dei verbo fidem excitando ratione consimili ad salutem proficiant, nullumque in anima sanctitatem operetur. Hinc non esse illa ad salutem necessaria, sed superflua omnino, addunt, ac sine eis homines a Deo iustificationis gratiam adipisci. Haec errantes dicunt.

Quibus vero momentis talia dicant videamus. Arguunt itaque aduersus septenarium Sacramentorum numerum primo: nullibi Scriptura septem memorat Sacramenta, nisi forte Apocalypsis xvii. de septem bestiae capitibus loquens: non ergo tot sunt illa, nisi forte in Antichristi Ecclesia.

Secundo: contrariatur septenario numero Traditio; nedum enim numerus iste apud Veteres non inuenitur; sed quum apud illos mos Fidei mysteria occultandi esset, duo tantum ex Patribus occulta scimus, scilicet Baptismum et Eucharistiam: ait siquidem Augustinus: (7) »quid est quod occultum est, et non publicum in Ecclesia? Sacramentum Baptismi, Sacramentum Eucharistiae; opera enim nostra vident et Pagani, Sacramenta vero occultantur illis.«

Tertio: Patres quum Graeci, tum Latini, locum illum Ioannis

Tom. IIII.

Y

xix:

(5) Lib. 11. de Saeram. cap. 23. Antid. adu. Session. vii. Trident.

(6) Sub fin. lib. de capt. Babyl. In (7) In Psal. c. xii.

xix : » vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiit sanguis et aqua,« exponunt de Baptismo et Eucharistia. Sic enim loquitur ex Graecis Cyrillus : (8) » lancea latus eius perfodiunt, vnde cruor aqua mixtus scaturit, quod Enlogiae Mysticae, et Sancti Baptismatis imago quaedam erat.« Ex Latinis haec Augustinus scribit : (9) » vt illic quodammodo vitae orium panderetur, vnde Sacramenta Ecclesiae manuerunt,« quae alibi ad duo reducit his verbis : (10) » Sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione praestantissimis, societatem noui populi colligauit. Sicuti est » Baptismus Trinitatis nomine consecratus, et communicatio corporis et sanguinis Domini :« ergo.

Quarto : et alii ex antiquioribus Patribus, vel duo memorata tantum agnouerunt, vt Iustinus (11) et Tertullianus : (12) vel tria, vt Cyrillus Hierosolymitanus, (13) Ambrosius, (14) et Gregorius Magnus : (15) ergo.

Quinto : saltem expungenda erunt e Sacramentorum numero Extrema-Vnctio et Matrimonium : nam Scriptor vetustissimus Dionysius Areopagita de Coelesti Hierarchia scribens, prolixè de ceteris pertractat, nulla Extremae-Vnctionis et Matrimonii mentione facta: ergo.

Sexto : videntur septenarius Sacramentorum numerus inuentum quoddam esse Scholasticorum ; nec tamen omnium : etenim septem numerat Sententiarum Magister in iv. Lib. dist. 2. : Durandus Matrimonium reficit : Hugo Vietorinus ad septem illa addit quampuras : vt aspersionem aquae cum sale benedictae, susceptionem sacrorum cinerum, palmarum benedictionem, cereum in Sabbato Sancto benedictum, agnos etiam, qui in Paschali solemnitate benedicuntur. Accedit : quod si ordo inter Sacramenta numeretur, quum Ordines septem sint, non iam septem, sed tredecim Sacramenta erunt : quin et recensenda inter Sacramenta erunt Professio monastica, et Martyrium ; quum magnam illa habeant sanctificandi efficaciam.

Septimo : semel admissis aliis praeter Baptismum et Eucharistiam Sacramentis, necessum erit adstruere saltim pedum lotionem Sacramentum esse : nam et de illa habetur praeceptum diuinum Ioan. xiii. verbis illis : » si non lauero te, non habebis partem mecum ;« et

(8) Lib. xii. in Ioan.

(9) Tract. cxx. in Ioan.

(10) Epist. cxviii. ad Januar.

nunc lix.

(11) In Apol. ad Antonia.

(12) Lib. iv. cont. Marc. cap. 34.

(13) In Cateches. Mystagogicis.

(14) Lib. vi. de Sacram. cap. 2.

(15) Relatus in 11. part. Decreti, q. 1. causa 1.

eam Sacramentum adpellant aliqui Patrum. Hos inter Ambrosius scribit : (16) » mundus erat Petrus, sed plantam laurare debebat : habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando cum supplantauit serpens, et persuasit errorem. Ideo planta eius abiuitur, » vt haereditaria peccata tollantur : nostra enim propria per Baptismum relaxantur.« Et alibi : (17) » aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi quia mysterium est, et sanctificatio : nisi » lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.« Habent similia Auctor sermonum de Ablutione pedum, (18) et Eligius Nouomiensis Episcopus. Bernardus vero expressius loquitur, (19) vt pedum lotionem reuera Sacramentum esse ostendat : ait nempe : » in hunc iraque modum appropinquans passioni Dominus, de gratia sua inuestire curauit suos, vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili praestaretur. Ad hoc instituta sunt omnia Sacramenta ; ad hoc Eucharistiae participatio ; ad hoc pedum ablutio ; ad hoc denique ipse Baptismus initium Sacramentorum omnium.« Igitur pedum ablutio signum institutum est, non ad humilitatis exercitium, sed ad iustificationem causandam ex Christi praecepto.

Octauro : Non est Eucharistiae Sacramentum ceteris dignius ; sed alia sunt Eucharistia digniora : ea nempe quae ad bonum multitudini ordinantur, vt Ordo et Matrimonium ; vel quae digniorem exposcunt ministrum, vt Confirmatio et Ordo : vel a quo omnia, etiam Eucharistia, pendent, vt Baptismus.

Septimo : Videntur omnia Sacramenta parem dignitatem habere, eo quod et eundem auctorem, et aequè gratiam omnia causent : ergo.

Nono : Qui Sacramentorum necessitatem tuentur, perfectionem euangelicae legis imminuunt, et Christianos ad Iudaismum reuocare volunt : quum enim Sacramenta signa sint, ac quibusdam elementis sensibilibus perficiantur ; quomodo potest eorum vsus cum lege euangelica componi, quae veritatis et gratiae status est ? Quorsum etiam necessario Sacramentis vtatur, quum Christus salutem nostram sua passione satis iam superque operatus sit ? An non Paullus sensibilibus quorumcumque elementorum vsum explosit, quum ad Galat. iv. scripsit pertinuisse illum ad statum pueritiae, seu legis mosaicae ; neque ad legem gratiae spectare ? Haec in specie obliuunt.

Y 2

Quae

(16) In lib. de Mysteriis, cap. 6.

(17) Lib. iiii. de Sacram. cap. 1.

(18) Inter opera Cyprian.

(19) Serm. 1. de Coena Dñi.

Quae tamen non est difficile soluere. Ad primum itaque respondendum : Nos non tantum ex Scripturis, sed ex apostolica Traditione Ecclesiae dogmata, cuiusmodi est istud de Sacramentorum numero colligere : vnde ex Scripturarum silentio nihil Heterodoxos concludere. Deinde responderi potest, etiam in Scripturis singula commendari Sacramenta, vt supra dicebamus ; non tamen in illis tradi Sacramentorum numerum collectum ; quoniam non traditur ibi catechismus. Sic neque enumerat Scriptura fidei articulos, neque librorum canonicorum catalogum. Atque vt aduersarij virgeamus ; vbi nam Sacramenta esse duo vel tria tantum in Scripturis dicitur ? Sed neque ex Traditione possunt id illi euincere ; quod nos in dogmate nostro adserendo praestitimus. Est vero summa Nouatorum temeritas, qua Sacramentorum numerum e septem bestiae capitibus repetunt : vt enim scribit Bellarminus, (20) non eo loci septem Sacramenta dicuntur bestiae capita ; sed vnum Sacramentum mulier et bestia, quae portat eam, et habet capita septem, et cornua decem.

Secundum sic soluitur : Ecclesiam Sacramentorum numerum definiuisse, quando id opportunum iudicauit ; quemadmodum in texendo sacrorum librorum numero fecisse scimus : ceterum septenarium Sacramentorum numerum seruasse, vel ex eo constat, quod a primis saeculis anathemate eos percussit, qui Sacramenta aliqua negabant. Nec obest huic responsioni quod de Sacramenta aliqua negatione addebatur : patet enim ex Basilio, (21) adnumerari inter arcana olei inunctionem ; et ex Chrysostomo, (22) Sacram ordinationem, precesque et ceremonias in ea adhibitas. Augustinus vero in eodem laudato sermone scribit : » munus Sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia, in ceteris Sanctis Sacramentis, « Non itaque reliqua excludit, dum duo memorat.

Tertium eandem habet intelligentiam : Cyrillus enim et Augustinus praecipua Sacramenta commemorant, quibus Ecclesiae vnitas ac communio magis exprimitur, ac non excludunt reliqua. Quin et Augustinus aperte de Ecclesia sermonem instituit, vt eam ex Christi latere aedificatam demonstret Sacramentorum numero : vt ex comparatione Noëdicæ arcae qua vititur, colligitur. Ad Ianuarium autem scribens, non agebat de signorum numero, sed natura et efficientia, in

(20) Lib. 11. cap. 27.

(22) Homil. xviii. in 2. Epist. ad

(21) De Spir. Sancto cap. 27.

Corinth.

in quibus praestant ceteris Sacramentis Baptismus et Eucharistia : ideo duo haec memorauit, alia silentio praeteriens.

Ad quartum dicendum : laudatos Patres duo, vel tria Sacramenta commemorasse, prout suscepti operis ratio postulabat : Iustinus de Baptismo loquutus est vt impactam christianis calumniam retunderet, quod scilicet malefica superstitione initiarentur : egit et de Eucharistia ad dispellendam illorum adcusationem, qui aiebant in Ecclesiarum conuentibus trucidatas infantium carnes adponi ; sed alia Sacramenta non exclusit. Tertullianus aduersus Marcionem disputans duo illa memorat, quoniam eadem admittebat Marcion ; sed ceterorum meminit de Praescriptionibus scribens. (23) Cyrillus et Ambrosius cum Catechumenis loquentes, de tribus illis Sacramentis agunt, quae simul illis conferebantur. In decreto tandem trium illorum mentio fit, quia a nonnullis temere adserbatur, sanctificata non esse dum conficiuntur eorum officio, » quorum vita aliorum oculis adparere ignobilis. « Ast sententia illa in Gregorii operibus frustra requiretur.

Ad quintum respondetur ex S. Thoma ; (24) Dionysium, vel quisquis sit auctor operis de Ecclesiastica Hierarchia, de illis tantam Sacramentis pertractare, quae praecipue considerantur in actionibus officisque hierarchicis, seu quae consecratione quadam exercentur in Ecclesia : vnde non meminit duorum quae in argumento adducuntur, neque meminit, nisi obiter, reconciliationis.

Sextum plura continet ; quorum primum soluitur dicendo, Magistrum Sententiarum numerum illum tradidisse traditionem peruulgatam sequutus : Durandum vero Ecclesiae mentem non fuisse adsequutum : Hugonem praeterea Victorinum de illis etiam pertractare Sacramentis, quae praecipua non sunt, sed quibus sanctitas augetur per deuotionis exercitationem : et in horum numero recenset aspersionem aquae, ceteraque enumerata : quae tamen Sacramenta non esse proprie dicta, sed tantum sacramentalia, ex ipso Hugone constat. Secundum soluit S. Thomas dicens : (25) quod diuisio ordinis in minores et maiores est » totius protestarij ; cuius haec est natura, quod totum secundum completam rationem est in vno ; in aliis » autem secundum participationem ipsius : et ita est hic. Tota enim » plenitudo Sacramenti huius est in vno ordine, scilicet Sacerdotio ; » sed in aliis est quaedam participatio ordinis. Et hoc significatum » est

(23) Cap. xl.

(25) III. Part. q. xxxvii. Supp.

(24) III. Part. q. xlv. art. 1. ad 3. art. 2. ad 2.

est in hoc quod Dominus dixit Num. 11: Moysi, auferam de spiritu tuo, et tradamque eis vt sustineant onus populi. Et ideo omnes Ordines sunt vnum Sacramentum. Quod ad professionem monasticam spectat, eam non agnoscimus a Christo institutam, nec per se sanctificantem, sed solum ratione dispositionis quam inuenit: dicitur tamen a quibusdam Graecis Sacramentum, quia per eam viri religiosi sacris mysteriis initiuntur, aut saltem se sacrae alicui deuocent militiae. Martyrium denique ob caritatem, fidem, atque patientiam Martyrum eisdem sanctitatem tribuit: ast quum non habeat Christi institutionem, neque verborum sanctificationem, neque gratiae significationem, Sacramentum non est. Id dictum volumus et de aqua benedicta, ceterisque in argumento designatis, quoad postremas illius partes.

Septimo sic occurrimus: Loto pedum non est proprie Sacramentum; quia instituta non est ad gratiam conferendam, sed ad humilitatem et caritatem profitendam, quas Christus ipse in pedum lotionem professus est. Et hoc est certe mysterium, quod Patres in argumento laudati in pedum lotionem contineri adserunt. Profecto Ambrosius, dum sanctificationis mysterium in illo esse dicit, eo sensu dicit, quatenus concupiscentia serpentis fraude ingenerata, per quam quotidie in plura prolabimur peccata, lotionem pedum frenatur, hoc est, humilitatis exercitatione: atque hoc pacto lotio illa, tametsi peccatum non deleat, tribuit aliquod sanctificationis subsidium. Ambrosius ipse sui Interpres est in Psalmos scribens; (26) vbi data opera consulendus. Deinde, Auctor sermonis de ablutione pedum huius mysterii necessitatem commendat, quatenus necessarium nobis est, vt exemplo magistri non dedigemur humilitatis officia in alterum exercere: non tamen ait lauari sordes ipsa materiali pedum ablutione; sed ablutione recte cognita et intellecta, seu quotidiana satisfactione, sicut humilitate quotidie exercenda. Idem prorsus docet S. Eligius. Nec alia sane est Bernardi sententia: quippe qui dicit pedum ablutionem esse Sacramentum, non quidem proprie dictum remissionem peccatorum quotidianorum significans, quae non lotionem pedum, sed largitate diuina purgantur: hinc licet hanc lotionem vna cum Baptismo et Eucharistia inter Sacramenta recenseat, hoc tamen discrimen inter haec innuit, quod duo illa signa sint gratiae efficacia, proindeque proprie Sacramenta; lotio vero pedum significat,

non

(26) In Psal. XLVIII.

non operetur venialium peccatorum remissionem. Legendus ipse Bernardus eodem sermone, vbi tandem sese explicat apertissime.

Octauo solutio est: haud euinci ex adductis rationibus non esse praefendam Eucharistiam etiam memoratis Sacramentis: principio quidem, quum Eucharistia Christum ipsum contineat, qui bonum nobilissimum est quam sit bonum multitudinis; immo bonum ipsius multitudinis sit; nempe totius Ecclesiae, praestantissimum Sacramentum inter omnia est, vt docet S. Thomas. (27) Praeterea, Sacramentorum dignitas non a ministro conferente, sed a re quam continet, et a fine petenda est; in quibus certe Eucharistia praestat ceteris; nam et continet Christum, et est ipsa omnium officiorum, ad quae per reliqua Sacramenta homines deputantur, finis, vt ait S. Thomas. (28) Demum, licet praesupponat illa Baptismum, vt et praesupponunt alia Sacramenta, non inde conficitur praefendum illi Baptismum esse, nisi ordine, seu ratione necessitatis, neuiquam dignitatis, vt loquitur S. Thomas. (29)

Ad nonum dicendum: Quamoptime Sacramentorum vsum cum lege gratiae componi: est enim illa status medius inter veterem legem, cuius figuras omnes impleuit, et gloriam patriae, in qua nulla plane Sacramenta erunt: quia omnis tunc perfecte et nude manifestabitur veritas: modo vero quam diu peregrinamur a Domino, per aliqua sensibilia signa diuinitus instituta ad spiritualia deducamur oportet. Qua dein fronte Nouatores in sui erroris praesidium Paullum torquere audeant, haud intelligimus: nihil enim eo loco de Sacramentis Apostolus tradit. Sed hoc Haereticis demum libentissime: num ergo Sacramentorum vsum inutilem prorsus fore Paullus docet? Eorum quippe exercitatio, non pure corporalis, sed quodammodo spiritualis est, significatione scilicet et efficientia.

Neque etiam si passio Christi salutis nostrae causa plenissima est et plane sufficiens, Sacramentorum eueritrit necessitas. Quum enim Sacramenta non nisi virtute passionis Christi operentur, passio vero Christi salutis nostrae causa quasi vniuersalis sit, necesse est vt suum sortiat effectum, specialiter adplicari, iis scilicet mediis, quae Deus ipse constituit: cuiusmodi Sacramenta esse, vel in re, vel in voto suscepta, ab ipsa Apostolorum aetate Patres perpetuo docuerunt, et Ecclesia semper confessa est. His itaque mediis datur et hominibus

sc-

(27) III. Part. q. 65. art. 3. ad 1.

(29) Ibidem in corp. art.

(28) Ibidem ad 2.

secundum modum eis conuenientem gratia, quam Paulo sufficere Dominus dixit; proinde stultissimi haeretici sunt, qui Sacramenta inuicta esse volunt.

SCHOLIION.

Exitisse autem omni tempore Sacramenta, et quidem variis temporibus varia docent Theologi. Quatuor ante Adae peccatum, seu in statu naturae integrae, statuit Witsius primo capite; nempe Paradisum, Arborem vitae, Arborem scientiae boni et mali, et Sabbatum: alii duo tantum admittunt, Paradisum, et Arborem vitae. Ex nostris Theologi Sacramentum fuisse censent Matrimonium Adae et Euae. Verum haec laetiori tantum notione Sacramenta adpellari possunt: non enim erant a Deo instituta tanquam symbola foederis gratiae, quibus gratia ipsa nobis confertur.

Multo plura Sacramenta sibi reperisse visi sunt Theologi quidam in intervallo temporis, quod excurrit ab Adamo ad Mosem: sunt ea tunicae pellicae Adae et Euae a Deo factae, Sacrificia, Iris, Sabbatum, Circumcisio. Mirum quod non etiam inter ea retulerint perizomata fides Theologi isti. At nos facile demonstrari posse credimus, vna excepta Circumcisione, reliqua non fuisse veri nominis Sacramenta: non enim instituta illa a Deo fuerunt tanquam gratiae symbola: quin et grauitissimi Patres censent ipsa legis veteris sacrificia, de quibus posset esse controversia, non a Deo, sed ab hominibus supremi Dei dominii memoribus instituta, seu facta fuisse; a Deo tantum permissa et tolerata. Nec desunt Theologi nobilissimi, qui et de Circumcisione dissentiunt: quoniam vt signum vnice peculiaris foederis Dei cum Abrahamo eam institutam putant.

Postremo, in statu legis mosaicae tria agnoscunt Theologi Sacramenta, Circumcisionem, Agnum Paschalem, et Sacrificia expiatoria: Ex quibus, dum de Circumcisione quaestionem nullam volumus, expiatoria sacrificia a Deo instituta, potius inter veri nominis Sacramenta locaremus, quod symbola illa erant, quibus positus Deus suam gratiam dare promisserat: quod de Agno Paschali non legimus, fuerit licet ille Christi symbolum, adeoque laetioris nominis Sacramentum. Sed et placuit Witsio pro huius status Sacramentis sumere etiam Transiitum per mare rubrum, Manna, et Serpentem aeneum: umbras videlicet rerum noui Testamenti, vt vocat Paulus, non veri nominis Sacramenta.

Haec

Haec per tansenam dicenda tantum a nobis erant, qui totam nostram de re Sacramentaria disputationem ad Christi tempora referimus. Qui tamen longam earum rerum propter notitiam consulat Gasparem Iuenin, (30) aliosque.

CAPVT III.

De Sacramentorum institutione ac partibus essentialibus.

Omnia nouae legis Sacramenta instituta a Christo Domino sunt.

Perficiuntur vero illa verbis et rebus, tanquam materia et forma, a Christo auctore determinatis.

Quas proinde immutare non est penes Ecclesiam.

Docent primum dogma Scripturae: in illis siquidem adpellantur Apostoli, non auctores, sed dispensatores Sacramentorum. Nam in 1. ad Corinth. iii. legitur: »quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis.« Et cap. iv: »sic nos existimet homo, vt ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.« Item in 1. Petri cap. iv: »dispensatores multiformis gratiae Dei.«

Docet ipsum dogma expressius quidem Traditio, cuius testes sunt Patres. Atque vt reliquos praetereamus, Ambrosius haec habet: (1) »Sacramentorum auctor quis est nisi Dominus Iesus? De coelo ista Sacramenta uenerunt.« Augustinus sic loquitur: (2) »ab ipsa Dei sapientia homine adsumto, a quo in libertatem uocati sumus, pauca Sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem christianiani populi, hoc est, sub vno Deo liberae multitudinis continent.«

Docet praeterea Concilium Tridentinum, sic definiens: (3) »si quis dixerit Sacramenta nouae legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta . . . anathema sit.« Qua quidem de Tom. IIII.

Z

fi:

(30) In Comment. hist. et dogm. de Sacram. diss. i. q. 2. capp. 1. 2. 3.

(1) Lib. iv. de Sacram. cap. 4.

(3) Sessione vii. Can. 1.

(2) In Ep. ad Ian. cxviii. nunc l. iv.

initione adeo aperte habetur Christum fuisse omnium omnino Sacramentorum auctorem, vt haereticum sic contrarium adfirmare.

Accedit ratio: nam vim sanctificandi tribuere sensibili elemento, proindeque aquam, oleum, et his similia ad producendam gratiam eleuare, solus supremus dominus valet: ergo.

Deinde: Christus Ecclesiae aedificator est, Fidei conditor, et animarum sanctificator: ergo ipse est qui Sacramenta instituit, quae sunt Ecclesiae compago, Symbola Fidei, animarum remedia.

Secundum dogma quoad primam sui partem, Eugenius IV. tradit in Armenorum instructione: vbi Sacramentis omnibus enumeratis, inquit: »haec omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet »rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministranti conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi quod facit »Ecclesia.« Tradit hoc ipsum dogma Tridentinum de Poenitentia loquens. (4)

Quid autem Traditio? Vnum Augustinum in medium adferre sat sit, cuius dicta Axiomatum loco ab omnibus recepta sunt. Sic enim scribit: (5) »vnde ista tanta virtus aquae, vt corpus abluat, et »cor tangat, nisi faciente verbo?« Et, »mundatio igitur nequaquam »fluxo, et labili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo.« Item: »detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum »ad elementum, et fit Sacramentum.«

Suffragatur ratio ex S. Thoma de prompta; (6) vbi scribit: »ex »verbis et rebus fit quodammodo vnum in Sacramentis, sicut ex forma et materia; in quantum scilicet per verba perficitur significatio rerum. Sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta, ablutio, inunctio, et alia huiusmodi; quia in his eadem ratio significandi, et in rebus.« Ex quibus haec exurgit argumentatio: in omni composito, siue physicum, siue morale illud sit, et est pars vna quae aliam determinat ad speciem talis compositi, et altera quae determinatur: ergo id quoque in Sacramentis euenire necesse est, quae composita quaedam, saltem moralia sunt: atqui in illis verba sunt quae determinant, res vero sensibiles quae determinantur: vt in Baptismo determinatur aqua et ablutio, ex sese prorsus indifferentes, per verba illa: *ego te baptizo*, certi: ergo.

Altera dogmatis secundae pars, etsi ex Scriptura et Traditione

(4) Sessio XIV. Can. 3.
(5) Tract. LXXX. in Ioan.

(6) III. Part. q. LX. art. 6. ad 2.

clare non constet quoad Sacramenta omnia, solidissime tamen ex illis eruitur hoc ratiocinio: determinauit Christus vt Sacramentorum auctor materias et formas Baptismatis et Eucharistiae, vt ex Euangelio et Traditione constat: at certum omnimode est, illum omnia aequè instituisse Sacramenta, Scriptura et Traditione docentibus, vt in prima propositione statutum fuit: ergo et omnium materias ac formas determinasse.

Deinde: Quod in potestate hominis non est, sed Dei solius, haud potest ab homine determinari, sed a Deo: atqui hominis sanctificatio in potestate Dei tantum est, ad quam efficiendam adsumuntur Sacramenta: ergo non ad hominem, sed ad Deum pertinet res illas determinare, quibus homines sanctificantur: quum autem determinationis principium in rebus sit forma, haec potius quam materia a Deo determinari exigit, quae materiam ad esse Sacramenti determinat.

Propositio tertio loco posita ex Dogmatibus firmatis descendit, hisque momentis euincitur. Primum: ita est Christus Dominus Sacramentorum auctor et institutor, vt penes Ecclesiam sit quidem potestas statuendi et mutandi pro temporum et locorum varietate ritus et ceremonias, non vero eorundem Sacramentorum substantiam; vt constat ex Tridentino dicente: (4) »hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua eorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae . . . pro rerum, temporum, et locorum varietate magis expedire iudicaret.« At si penes Ecclesiam esset materiam formamque Sacramentorum immutare, posset nedum ritus ac ceremonias, sed substantiam ipsam immutare: ergo.

Secundum: Ecclesia non potest condere nouum aliquem fidei articulum, neque diuinam abrogare legem, vel vim gratiae effectivam signaculo tribuere sensibili: ergo nec potest instituire nouum aliquod Sacramentum, nec statuta abolere materiam, nec pro libito alicui rei sanctificandi virtutem tribuere; quum aqua in his omnibus, summa quidem et diuina, auctoritas requiratur. (R)

COROLLARIA.

Igitur licet tanquam fidei Dogma a Tridentino non fuerit definitum, omnia Sacramenta a Christo immediate, vt dicitur, fuisset instituta, sed tantum id a nobis theologica inferatur ratiocinationes.

Z 2
(4) Sess. XXI. cap. 2.

propius tamen opinionem hanc ad Concilii mentem accedere iudicamus. Abstinerunt quidem Tridentini Patres a voce illa inserenda, ne opiniones inter Catholicos agitari solitas proscriberent: cuiusmodi erant opinio Hugonis a S. Victore, et Petri Lombardi, qui Extremam-Vnctionem a Iacobo Apostolo institutam scripserunt; et Halensis et S. Bonaventurae, qui Confirmationem post Apostolorum tempora in Concilio Meldensi institutam docuere. Tantum in id intenti Patres fuere, vt haereticos damnarent, qui Sacramenta quaedam nec *mediate*, nec *immediate* a Christo fuisse instituta affirmabant. De cetero in sententiam aientem Concilium potius propendere indubium cuique esse debet, qui eius mentem introspexerit: adeo vt temeritatis notam haud effugere modo posset, qui oppositum sentiret, doceretue.

Verum et ad Sacrae Synodi Tridentinae mentem propius accedere videtur sententia qua adseritur, Christum nedom *in genere* vt loqui amant, sed *in specie* etiam Sacramentorum omnium nouae legis materias et formas determinasse: definit quippe Sacra Synodus, posse Ecclesiam ceremonias Sacramentorum immutare, salua illorum substantia, vt dictum est: quod sane in opinione qua negatur Christum *in specie* Sacramentorum omnium materiam determinasse, falsum esset omnino.

Ex omnibus his toto hoc capite enodatis colligitur, haud posse creaturae alicui communicari potestatem *auctoritatis* in Sacramentorum institutione, quae Dei solius propria est, quaeque importat virtutem conferendi sensibilibus signis vim effectricem gratiae: posse tamen creaturae communicari potestatem *excellendiae*, in eo sitam, vt gratiam illam promerere possit quae per Sacramenta confertur; vt eam etiam absque sensibilibus signaculis possit conferre; vt tandem Sacramenta eadem in Christi nomine administrentur. Comperit haec potestas *excellendiae* Saluatori, sublimiori illo titulo, quod Deo hypostatice vnita eius humanitas fuit; sed tamen potest creaturis concedi, vt docet S. Thomas: (5) addens praeterea, praetermissum nihilominus a Christo eiusmodi potestatem Ecclesiae ministris communicare. Itaque Sacramenta instituit Christus *qua Deus est* potestate *auctoritatis*; in eadem habuit quoque potestatem *excellendiae qua homo est*; licet et haec potestas, diuersa longe ratione, creaturae alicui concedi potuerit; nec tamen concessa ymquam

(5) III. Part. q. LXIV. art. 4.

sit: Ministri demum Ecclesiae delegata tantum potestate, quae est *ministerii* dicitur, in Sacramenta gaudent. Legendus pro horum pleniori intellectu S. Thomas. (6)

CAPVT IV.

Quae ex opposito stare videntur, soluantur: haereticorum errore, varia etiam Scholasticorum opinandi ratione prius expositis.

Quorundam Sacramentorum institutionem haereticos a Christo Domino abiudicasse explorata res est. Philippus quippe Melancton (1) Confirmationem oriosam vocat ceremoniam; Caluinus (2) ne vnus quidem stercoris Chrisma facere se ait: Wiclefius antea scripserat (3) Confirmationem ipsam a Diabolo introductam: Poenitentiam quoque Caluinus mendacium et imposturam appellat; (4) quod Sacramentum factum a Petro Lombardo Kemnicus effudit, ceterique affirmant Nouatores: Vnctionem praeterea extremam deliramentum vocat Lutherus: (5) Melancton ceremoniam superstitiosam: (6) Caluinus Sacramentum fictitium. (7) Has protulere blasphemias haeretici homines.

Scholae vero Magistros quosdam absque errore existimasse non omnia Sacramenta *immediate* a Christo fuisse instituta Bellarminus scribit; (8) et nos superiore capite indigitauimus: Quod sane post Tridentinum Concilium audax nimium errorisque plenum esset adserere. Verum nec modo consentiunt Scholastici, an ad fidei decreta immediata illa Sacramentorum institutio spectet, aientibus compluribus, plurimis contra negantibus, quibus nos subscripsimus.

In partibus autem Sacramentorum essentialibus admittendis tanquam ab ipso Institute designatis errarunt etiam haeretici; variae quoque ab Scholasticis opinatum est. Nam ex haereticis discipuli Pauli Samosatani fuere, qui spreto elemento sensibili, solis e-

(6) III. Part. q. LXIV. art. 3. et 4.

(1) In locis communibus.

(2) In Antid. Ss. 11.

(3) Lib. IV. Trialog. cap. 14.

(4) Lib. IV. Instit. cap. 19.

(5) In lib. de Capt. Babyl.

(6) In locis.

(7) Loco citato.

(8) Lib. 1. de Sacram. cap. 23.

uangelicis verbis Sacramenta constituerunt; materiam proinde Sacramentorum tanquam non praescriptam et inutilem abicietes. At Nouatores, quum uellent uerba in Sacramentis usurpata ad fidem tantum excitandam quasi concionando adhiberi, formam quamcumque negarunt. Quem errorem data opera posthac discutiemus.

Ab hoc insuper errore longissime semoti catholici Scholae Magistri putarunt non pauci non omnium Sacramentorum materiam formamque Christum determinasse; sed quorundam, Confirmationis praesertim et Ordinis, Ecclesiam, quae Apostolorum temporibus fuit, materiam et formam designasse: uel determinasse, aiunt Christum institutorem quorundam Sacramentorum materiam et formam *in genere* tantum, uel *specie subalterna*, non *in specie infima*: sic enim loquuntur: additamque proinde ab Ecclesia ad materiam antiquitus institutam materiam aliam partialem; immo et ab Ecclesia immutatam materiam et formam, saltem accidentalem; arbitrantur.

Quibus autem caullulis errorem suum fulcire haeretici conentur sequitur ut uideamus; atque de argumentis Scholasticorum nobis contradicentium mentionem faciamus. Opponunt haeretici primo: Nequit demonstrari ex Scripturis quondam Christum septem instituerit Sacramenta; potissimum uero si de Sacramento Matrimonii sermo sit: ergo.

Secundo: Quae scripta non sunt, retinentur in Ecclesia tanquam ab Apostolis, uel plenariis Conciliis, quarum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta, ex Augustini (9) regula. Ergo quum non possimus ex Scriptura Sacra colligere omnium Sacramentorum institutionem, sequitur nonnulla ab Apostolis, uel aliqua uaiuersali Synodo fuisse instituta.

Tertio: Augustinus, (10) ubi ait Sacramenta a Christo fuisse instituta, duo tantum commemorat, Baptismum scilicet et Eucharistiam: ergo cetera, uel Sacramenta non sunt, uel instituta fuerunt ab Apostolis, aut ab Ecclesia.

Quarto: Auctor sermonis de ablutione pedum docet, Christum solius Eucharistiae Sacramenti, quem Christi Sacramentum uocat, institutorem et auctorem fuisse; aliorum uero Apostolos auctores facit: ergo.

Quinto: Nonnulli catholici Doctores negant a Christo, *immediate*

(9) In Epist. ad Ianuar.

(10) Lib. III. de Doctrina Christ. et in Epist. laudata.

te saltem, instituta fuisse Confirmationis et Vnctionis-extremae Sacramenta: ergo.

Sexto: Et est argumentum aduersus secundum Dogma: nulla certe uerborum forma requirebatur in Sacramentis ueteris legis: neque ergo in Sacramentis nouae legis requireretur, quae illis successere.

Septimo: Datur in noua lege Sacramentum, in quo nulla datur res sensibilis, quae locum materiae teneat; uel est Poenitentiae Sacramentum, in quo pura uerba sunt, et ex parte poenitentis, et ex parte Sacerdotis: datur et Sacramentum, in quo nullum prorsus uerbum interuenit ex necessitate, quum ualeat inter mutos fieri: ergo.

Octauo: in Eucharistia nulla est materia: etenim in eo instanti quo Eucharistiae Sacramentum est, nulla est reliqua sensibilis res: quum panis et uinum in corpus et sanguinem Christi iamiam sint uersa, nec ualeant materiae locum habere: ergo.

Nono: haud legitur fuisse a Deo ante Circumcisionem res determinatas, aut uerba, quibus uti deberent homines; sed fuisse in lege naturae Sacramenta ad hominum sanctificationem non pauci adserunt: ergo et in lege noua haberi Sacramenta poterunt, quin Christus eorundem materiam et formam determinauerit. Haec aduersus stabilita Dogmata obicit solent.

Aduersus propositionem tertio loco sitam sic catholici Doctores argumentantur. Primo: Ecclesia quorundam Sacramentorum materiam reipsa mutauit: at hoc non fecisset, nisi collata sibi a Domino potestate: ergo. Pr. minor propositio: Ecclesia reipsa statuit materiam Sacramenti Confirmationis esse sacri Chrismatis unctionem, quum Apostolorum aetate sola manuum impositio materia huius Sacramenti haberetur. Deinde: ordinatio sacerdotalis prioribus septem Ecclesiae saeculis absque calicis porrectione peracta est: ut constat ex ordine Romano Aluino adscripto: et tamen Eugenius IV. definit in Concilio Florentino eam porrectionem materiam illius Sacramenti esse. Postremo: ante Tridentinum Concilium contractus clandestinus erat etiam Sacramenti Matrimonii materia: nihilominus Sacra illa Synodus definiuit, (11) irritos ac nullos esse huiusmodi contractus.

Secundo argumentantur: si Sacramentorum forma certis uerbis ac syllabis esset dereterminata, non coelestis et diuina esset, sed superstitiosa et magica: non ergo formas Sacramentorum in specie aro-

ma

(11) Sess. xxiv. cap. 1.

ma determinauit Christus. In idem redeunt alia, quae possent addi.

Itaque ad primum haereticorum argumentum dicimus, quod licet non esset in Scripturis expressa Sacramentorum institutio; nihil hinc nostro Dogmati erueretur contrarium; quum expressa ea sit in Traditione, alia scilicet fidei nostrae norma et irreformabili regula. Ceterum et ex Scripturis supra euicimus instituta a Christo Sacramenta; quorum praeterea mentionem faciunt.

Secundum hanc habet responsionem: apertissime Augustinum in citata Epistola loqui de illis rebus, quas ab vniuersa seruantur Ecclesia praeter Sacramenta; cuiusmodi sunt anniuersaria solemnitas Resurrectionis, Ascensionis Christi, et Aduentus Spiritus Sancti; quae etsi scriptae non sint, retinendae sunt, vt commendatae et traditae, vel ab Apostolis, vel a Synodis Oecumenicis. Legatur Augustinus.

Ad tertium respondemus: Augustinum eo loco aliqua ex omnibus proferre Sacramenta exempli causa: quare sicut ibi reliqua Sacramenta non denegat, ita nec denegat institutionem aliorum Sacramentorum.

Quarti solutio est, quod dum illius sermonis auctor ait: Homines in ceteris habuisse Spiritum Sanctum Doctorem, non adfirmavit ab hominibus instituta alia Sacramenta, sed tantum ea tradita, quae pertinent ad Sacramenti Eucharistiae celebrationem; vti sacram liturgiam, ieiunium, assidue,

Quintum hoc pacto dissoluitur: paucorum Doctorum placitum non constituit locum theologicum ineluctabilem; quinimo patet innixos illos esse fundamentum labili et arenoso; quoniam ex Iacobi Epistola igitur hunc Apostolum promulgasse quidem, non vero praecripisse Extremam infirmorum unctionem; et insuper constat Synodum Meldensem anno tantum 845. celebratam, quum plures Patres Confirmationis meminissent, dumtaxat definire, ne Chorepiscopi Crisma consecrent, aliae huc expectantiae. Illud certe ex objectione colligitur, Patres scilicet Tridentinos ex Traditione in Ecclesia recepta, non ex Petri Lombardi, aut aliorum Scholasticorum priuata sententia suos canones edidisse.

Ad sextum responder S. Thomas: (12) quod verba adhibentur ad expressiorem significationem rerum: »Sacramenta autem veteris legis praenuntia erant Christi venturi: et ideo non ita expresse significabant Christum, sicut Sacramenta nouae legis, quae ab ipso

(12) III. Part. q. 60. art. 6. ad 3.

»effluunt, et quandam similitudinem ipsius in se habent,« cet.

In septimo soluendo negandum absolute est antecessum: nam quum diximus inueniri in omni Sacramento res et verba, non sumimus res elementares proprie, neque verba formalia et stricta; sed vel rem proprie elementarem, vel rem aliquam, seu actum sensibilem, qui per significationem verborum valeat determinari ad esse Sacramenti; vel verba formalia, aut aliquid loco verborum expressiuium et determinantium rei sensibilis ad esse Sacramenti. Hoc sensu, in Poenitentiae Sacramento non sunt res aut elementa proprie; sed tamen actus poenitentis sunt quasi materia, vt docet Concilium Tridentinum; (13) qui tamen vere sensibiles sint, et per absolutionem Sacerdotis determinabiles. Pariter in Matrimonio, licet euenire possit quod non sint verba formalia, tamen nutus sunt, aliaque sensibilia signa consensum mutuum exprimentia; quae propterea locum verborum tenent.

Octauum sic soluitur: Sacramentum Eucharistiae habere aliquid singulare praeter ceteris Sacramentis; videlicet quod quum reliqua in vsu seu susceptione consistant, proindeque transcutia sint, solumque durent, quamdiu durat vsus; Eucharistia Sacramentum sit ante vsu et susceptionem, vt de Fide est contra Lutherum ex Tridentino; (14) et prolatis verbis consecrationis permanet et conseruatur, quoadusque durat panis et vini species. Vnde summa Eucharistia *in fieri*, vt dicitur, sunt illius materia panis et vinum, forma autem verba consecratoria: Si vero *in facto esse* sumatur, Sacramentum sunt species panis et vini, vt consecratae: adeo vt species sint materia Sacramenti, et consecratio moraliter manens sit forma determinatiua specierum ad esse Sacramenti.

Ad nonum responder S. Thomas, (15) quod diuersis temporibus diuersa congruunt: »et ideo sicut in statu legis naturae homines nullo modo legem exterius data, sed soli interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum; ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum vterentur; postmodum vero necesse fuit etiam exterius legem dari; tum propter obscuritatem legis naturae ex peccatis hominum; tum etiam ad expressiorem significationem gratiae Christi, per quam humanum genus sanctificatur. Et ideo etiam necesse fuit res determinare, quibus homines vterentur in Sacramentis.«

Tom. III.

Aa

Ad

(13) Sess. xrv. cap. 3. (14) Sess. xiii. (15) III. Part. q. lx. art. 5. ad 3.

+
id est, quan-
do huiusmodi
di (ignatius) us
iustitia sig-
na non
exhibeban-
tur. D. Th.
3. s. p. q. 72.
art. 2. ad 1.
qui Symon
allegat di-
centem:
... quam
dices nra:
sai (ultram
Chrismam
horiam
nominam

INSTITUTIONVM THEOLOGICARVM

Ad primum autem argumentum scholasticorum Doctorum nobis adversantium respondendum: Falsum esse quod Ecclesia quorundam Sacramentorum materiam immutauerit. Atque ad exemplum primo loco productum quod adinet, fatemur baptizatos ex Apostolica Traditione manuum impositione confirmari; negamus tamen non fuisse quandoque adhibitum Sacrum Chrisma, quod antiquitus vsu receptum, et ad sanctificationem applicatum, scribunt Cyprianus, (16) Cyrillus Hierosolymitanus, (17) aliique. Qui autem in sola impositione manuum Confirmationis materiam constituunt, respondebunt, Chrisma esse tantum accidentalem materiam, et sine qua hodie etiam Sacramentum Confirmationis valide conficeretur.

Secundi exempli responsio est: quod Eugenius IV. non solum Armenos instruxit, erga Fidei orthodoxae veritatem, verum etiam erga alia, quae tunc temporis discutebantur, atque in Ecclesia Romana servabantur; ut legitur in ipso Eugenii decreto. Itaque quemadmodum non traduntur in instructione illa omnes Fidei articuli, sed illi tantum in quibus vel errabant, vel dubitabant Armeni, ut animadvertit Spondanus; (18) ita non docuit materiam essentialem Sacrorum Ordinum, quam nec Graeci, nec Armeni, nec Latini ignorabant, sed vnice materiam accidentalem adhiberi solitam in Ecclesia Romana, nempe sacrorum Instrumentorum traditionem: non quidem necessariam ad Sacramenti substantiam, sed perutilem ad vniionem cum Sede Apostolica seruandam. Quod si essentialem Ordinationis materiam potestatem illam esse quis contenderet, hoc ei tandem erit reponendum, et eam vna cum Chrismatione a Christo institutam facta Ecclesiae potestate, ut vna vel altera, vel vtraque simul adhiberetur.

Ad tertium exemplum dicimus: Ecclesiam haud mutasse Matrimonii materiam, sed irritum declarasse contractum etiam et sine testibus celebratum, quo in animarum suarum perniciem plurimi abutebantur: quod tantum est conditionem ad contractus validitatem praescribere.

Secundum quod ex haereticorum officina mutuatum est, sic soluitur: verba quibus in Sacramentorum administratione Ecclesia vtitur, non humana praesumptione instituta esse, sed auctoritate diuina; neque ex eorum prolatione effectus spectatur ob aliquod cum demonibus pactum; vti opus erat ad superstitionem et magiam comproban-

(16) Epist. lxx. ad Ian. (17) Cath. iii. Mystagog. (18) Ad an. Chr. 1439.

bandam; sed expectatur effectus ex Dei omnipotentia, ex Christi Domini meritis, et ex orthodoxae Religionis signaculis. Hinc non magica et superstitiosa, sed coelestia et diuina verba illa habentur.

CAPVT V.

De forma Sacramentorum iterum quaestio instituitur: quum erga eius essentiam, tum erga eiusdem diuisionem variumque usum.

Verba quibus Sacramentorum forma constituitur, non promissoria aut concionatoria, sed mere consecratoria sunt.

Conditionalem formam haud adhibere per septem priora saecula maiores nostri.

Ea adhiberi coepit apud Latinos circa saeculum octauum: atque in omnibus Latinorum Ecclesiis adhibetur saltem a saeculo XIII.

Catholicae Fidei dogma prima adsertum propositione hoc pacto quoad singulas eius partes comprobamus. Quoad primam quidem: nam verba quibus conficiuntur Sacramenta, ut ex. gr. »ego te baptizo,« cet., non exprimunt pollicitationem aliquam gratiae conferendae, sed animarum lauacrum, atque Spiritus regenerationem designant et efficiunt: non sunt ergo promissoria in haereticorum sensu: promissio siquidem est tantum gratiae pollicitatio, non actualis collatio.

Deinde: gratiae promissio non credentibus tantum in Sacris Litteris facta est, sed credentibus qui Sacramenta recipiunt. Legitur enim Marci xvi: »qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit.« Et Ioan. iii: »nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest videre regnum Dei.« Item et cap. vi: »nisi manducaueritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis:« quibus aeterna poena praescribitur illis, qui Sacramenta negligunt: ergo Sacramentorum verba non sunt vnice pro-

+
id est, quan-
do hujusmodi
di (ignatius) us
iustitia sig-
na non
exhibeban-
tur. D. Th.
3. s. p. q. 72.
art. 2. ad 1.
qui Symon
allegat di-
centem:
... quam
dices nra:
sai (ultra)
Christi man-
uum
hominam
nominam

INSTITUTIONVM THEOLOGICARVM

Ad primum autem argumentum scholasticorum Doctorum nobis adversantium respondendum: Falsum esse quod Ecclesia quorundam Sacramentorum materiam immutauerit. Atque ad exemplum primo loco productum quod adinet, fatemur baptizatos ex Apostolica Traditione manuum impositione confirmari; negamus tamen non fuisse quandoque adhibitum Sacrum Chrisma, quod antiquitus vsu receptum, et ad sanctificationem applicatum, scribunt Cyprianus, (16) Cyrillus Hierosolymitanus, (17) alique. Qui autem in sola impositione manuum Confirmationis materiam constituunt, respondebunt, Chrisma esse tantum accidentalem materiam, et sine qua hodie etiam Sacramentum Confirmationis valide conficeretur.

Secundi exempli responsio est: quod Eugenius IV. non solum Armenos instruxit, erga Fidei orthodoxae veritatem, verum etiam erga alia, quae tunc temporis discutebantur, atque in Ecclesia Romana seruabantur; ut legitur in ipso Eugenii decreto. Itaque quemadmodum non traduntur in instructione illa omnes Fidei articuli, sed illi tantum in quibus vel errabant, vel dubitabant Armeni, ut animaduertit Spondanus; (18) ita non docuit materiam essentialem Sacrorum Ordinum, quam nec Graeci, nec Armeni, nec Latini ignorabant, sed vnice materiam accidentalem adhiberi solitam in Ecclesia Romana, nempe sacrorum Instrumentorum traditionem: non quidem necessariam ad Sacramenti substantiam, sed perutilem ad vniionem cum Sede Apostolica seruandam. Quod si essentialem Ordinationis materiam potrectionem illam esse quis contenderet, hoc ei tandem erit reponendum, et eam vna cum Chrismatione a Christo institutam facta Ecclesiae potestate, ut vna vel altera, vel vtraque simul adhiberetur.

Ad tertium exemplum dicimus: Ecclesiam haud mutasse Matrimonii materiam, sed irritum declarasse contractum etiam et sine testibus celebratum, quo in animarum suarum perniciem plurimi abutebantur: quod tantum est conditionem ad contractus validitatem praescribere.

Secundum quod ex haereticorum officina mutuatum est, sic soluitur: verba quibus in Sacramentorum administratione Ecclesia vtitur, non humana praesumptione instituta esse, sed auctoritate diuina; neque ex eorum prolatione effectus spectatur ob aliquod cum demoniis pactum; vti opus erat ad superstitionem et magiam comproban-

(16) Epist. lxxx. ad Ian. (17) Cath. iii. Mystagog. (18) Ad an. Chr. 1439.

bandam; sed expectatur effectus ex Dei omnipotentia, ex Christi Domini meritis, et ex orthodoxae Religionis signaculis. Hinc non magica et superstitiosa, sed coelestia et diuina verba illa habentur.

CAPVT V.

De forma Sacramentorum iterum quaestio instituitur: quum erga eius essentiam, tum erga eiusdem diuisionem variumque usum.

Verba quibus Sacramentorum forma constituitur, non promissoria aut concionatoria, sed mere consecratoria sunt.

Conditionalem formam haud adhibere per septem priora saecula maiores nostri.

Ea adhiberi coepit apud Latinos circa saeculum octauum: atque in omnibus Latinorum Ecclesiis adhibetur saltem a saeculo XIII.

Catholicae Fidei dogma prima adsertum propositione hoc pacto quoad singulas eius partes comprobamus. Quoad primam quidem: nam verba quibus conficiuntur Sacramenta, ut ex. gr. »ego te baptizo,« cet., non exprimunt pollicitationem aliquam gratiae conferendae, sed animarum lauacrum, atque Spiritus regenerationem designant et efficiunt: non sunt ergo promissoria in haereticorum sensu: promissio siquidem est tantum gratiae pollicitatio, non actualis collatio.

Deinde: gratiae promissio non credentibus tantum in Sacris Litteris facta est, sed credentibus qui Sacramenta recipiunt. Legitur enim Marci xvi: »qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit.« Et Ioan. iii: »nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest videre regnum Dei.« Item et cap. vi: »nisi manducaueritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis:« quibus aeterna poena praescribitur illis, qui Sacramenta negligunt: ergo Sacramentorum verba non sunt vnice pro-

misoria gratiae secundum haeticorum sensum; ita vt soli Fidei, non Sacramentorum virtuti gratia adligata sit.

Quod vero concionatoria non sint sic demonstratur: Si sacramentalis forma ex. gr. Baptismi in concione locaretur, quemadmodum haeticas nos repudiamus institutiones, ac vicissim haereticis nostras repudiant, ita nec Baptismum nos haeticorum probaremus, nec haereticis nostrum probarent: neque enim dubitari potest, quin concio, institutio, Catechismus apud nos et haeticos discrepent: at non Catholici soli, sed ipsi Caluiniiani Baptismum probant sub hac forma collatum, *ego te baptizo*, cet.: ergo in hac, non veto in concione, sine institutione Catechumeni, quae ablutioni praemittitur, perficitur Baptismus.

Deinde: admittunt haereticis *Poedobaptismum*: at in baptizandis infantibus nulla adparet sacrae concionis necessitas, quam paucorum dierum nati nequeunt percipere: ergo in paruulorum Baptismate concionatoria verba non adhibentur.

Tertia demum pars demonstratur primo: ex dictis verba quibus Sacramentorum forma constituitur, non sunt promissoria: insuper non sunt concionatoria ad Fidem excitandam: ergo sunt consecratoria. Verum hanc veritatem demonstrant etiam Sacrae Litterae, Patrum auctoritas, ac confirmat ratio. Sacrae quidem Litterae: nam verba eiusmodi describunt, vel tanquam prolata super Symbola, vt in Sacramento Eucharistiae, vel tanquam expressiuu effectus spiritualis, ad cuius efficientiam sensibilia Symbola adhibentur, vt in Baptismo: ergo verba illa consecrant, eleuantque Symbola, seu elementa ad causandam gratiam. Praeterea: Sacramentorum verba esse benedictionis verba euinci iudicant Theologi plurimi post Bellarminum ex Paulo scribente in 1. ad Corinth. x: «calix benedictionis, cui benedicimus.» Esse quoque verba vitae ex eodem Apostolo ad Ephes. v. dicente: «mundans (Ecclesiam) lauacro aquae in verbo vitae.» Ast contradicit Guillelmus Estius: (1) atque haud recte ex locis illis aduersus haeticos argumentari. Quod et censet Bertius (2) Estii argumentationibus vtens: tametsi fateatur, haud irrationabiliter secundum textum vti in hac re posse.

Quantum ad Patrum adfines auctoritatem, praetermissis Dionysii et Maximi sententiis; sic Ambrosius loquitur (3) de Eucharistia:

(1) In Paullum pag. 300.

(2) Lib. xxx. cap. ii.

(3) In lib. iv. de Sacram.

»pa-

»panis iste panis est ante verba Sacramentorum: vbi accesserint consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus: Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio autem quibus verbis est, et quibus sermonibus? Domini Iesu... Vbi venit vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus vitur Sacerdos, sed vitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc confecit Sacramentum. Augustinus haec habet: (4) »accedit verbum ad elementum, et fit Sacramentum. Item: »vnde ista tanta virtus aquae, vt corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? Atque alibi scribit: (5) Baptismum »consecrari euangelicis verbis.»

Confirmat hoc ipsum ratio theologica: verba siquidem Sacramentorum adplicantur Symbolis, atque proferuntur, etiamsi suscipientes Sacramenta, illorum sensum non percipiant: neque proferuntur tantum ad Fidem excitandam, et diuinas obsignandas promissiones: proferuntur igitur ac adplicantur ad symbola seu elementa consecranda, eisdemque supernam virtutem tribuendam.

Proposito secunda, qua tempus designatur in quo primum adhiberi in Ecclesia coepit conditionalis forma; tritam illam formae sacramentalis diuisionem in absolutam et conditionalem supponit: harum prior est quae sacramentalem actionem absolute enuntiat, vt dum dicitur, »confirmo te:» posterior eandem actionem praesupposita conditione exprimit vt haec sententia: »si tu non es baptizatus, ego te baptizo.» Hanc autem non adhibuisse maiores nostros in Sacramentorum administratione per septem priora saecula hoc pacto demonstratur: nullum omnino vestigium reperitur conditionalis formae in ecclesiasticis septem priorum saeculorum monumentis; tametsi plurimi euenerint casus, in quibus de valore Sacramenti characterem imprimendis dubitatum sit: ergo. Et quidem, quam interrogatus fuerit Martyr Cyprianus a Magno, (6) an valeret Baptisma per aspersionem datum cliticis; ratum a multis haberi respondit, sibi tamen iterandum videri: nihil tamen de collatione sub forma condicionali facienda dixit. Et Caecilianus Cartaginensis Episcopus paratum se alteri ordinationi recipiendae exhibuit; dum Donatistae ordinationem illis a Felice Aptungitano factam, nullam esse contendebant: nec tamen conditionis alicuius meminit.

Prag:

(4) Tract. lxxx. in Ioan.

(5) Lib. vi. de Bapt. cap. 25.

(6) Epist. lxxvij.

Præterea: Septem priorum saeculorum Patres adseruerunt, nullum esse periculum iterandi Sacramentum; etsi conferatur sub dubio, an valeat per formam absolutam. Sic enim loquitur Leo Magnus: (7) »non potest in iterationis crimen deuenire, quod factum esse omnino nescitur.« Et Gregorius Magnus ad Felicem in Sicilia Episcopum, de Baptismo, Confirmatione, et Ecclesiarum consecratione dubiis scribit: (8) »non monstratur iteratum, quod non certis iudiciis ostenditur rite peractum:« ergo a Patribus septem priorum saeculorum exclusa potius videtur conditionalis forma.

Tertiae tandem propositionis istae sunt probationes: vsum conditionalis formae nonnullis in casibus praescriptum in Capitalibus Caroli Magni saeculo nono conscriptis fuit. Haec enim in eis leguntur: (9) »de quibus dubium est, vtrum sint baptizati an non, omnimodis absque vilo scrupulo baptizentur; his tamen praemissis verbis, non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti:« ergo iam tunc coeperat forma conditionalis adhiberi; et probabiliter quidem circa octauum saeculum.

Deinde: Ius Canonicum conditionalis formae praxim iniungit. Habetur nempe: (10) »de quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizentur his verbis praemissis: si baptizatus es, non te baptizo; sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo,« cet. Atqui omnes Latinorum Ecclesiae amplexae sunt Ius Canonicum saeculo xii. Gregorii Papae IX. auctoritate promulgatum: ergo saltem ab illo saeculo adhibetur eiusmodi forma in omnibus Ecclesiis Latinis. Equidem iam ante illud tempus vbiq; apud Occidentales non obtinuisse, ex eo habetur, quod reuocandam illam docerent Doctores nonnulli paullo ante Gregorium IX. et vt ex his colligitur, quae Petrus Cantor Parisiensis Doctor tunc scribebat; scilicet: »in Confirmatione, vel in Baptismo, de quo dubitatur an sit collatus, non adprobamus conditionem adpositam sic, si non es baptizatus, cet. quia Sacramenta non sunt conditionaliter conferenda.«

(7) Epist. xxxvii.

(8) Epist. xxxi.

(9) Lib. vi. cap. 181.

(10) Extra de Bapt. cap. 2.

CAPVT VI.

Nouatorum commenta profert et refellit. Aliorum argumenta dissoluit.

Quamquam rebus et verbis constare Sacramenta Nouatorum sententia sit; in assignando tamen verborum illorum genere multum a veritate aberrant. Quum enim omnem iustificandi vim Fidei tribuant, censent propterea verba in conficiendis Sacramentis prolata idem ac Euangelii praedicationem esse: nempe gratiam Christi nobis proponere, ad Fidem nos excitare; neutiquam sensibilem materiam immutare aut consecrare: eaque esse aiunt *concionis* vel *promissionis* verba, non consecrationis. Ita Caluinus, (1) Theodorus Beza, (2) et Kemnitus. (3) Verum non vnus idemque apud Nouatores in Sacramentis verborum vsus est: nam eorum quidam dum *concionis* verba in Baptismo adhibent, *consecrationis* verba non omittunt; sic tamen vt *operatiua* non sint: vt Turretinus Geneuensis Minister. (4) In Eucharistia vero conficienda solam adhibent *concionem*; *consecrationem* plane nullam: qui ideo verum Baptisma habent, quippe qui praescripta verborum forma, seu *consecratoris* verbis tingendo vtrunt; licet illis regenerandi vim non adscribant, sed *concionis* praemissae: non autem veram illi habent Eucharistiam, sed nec habere possunt; quia *consecrationis* verba non proferunt. Insana haec sunt eorum deliramenta.

Iam quid illi in sui praesidium proferant perpendamus. Primo itaque ex Sacris Litteris argumentantur: Matthaei vltimo mittens Dominus discipulos per vniuersum mundum, inquit: »docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.« Concionem ergo, seu doctrinae explicationem, Baptismo praemittere praecipit, a qua vt forma virtutem suam Sacramentum obtineat.

Secundo arguunt ex Patribus. Ambrosius scribit: (5) »aqua enim sine praedicatione dominicae crucis ad nullos vsus futurae salutis est.« Augustinus haec habet: (6) »vnde ista tanta virtus aquae,

»VI

(1) Lib. iv. Instit. cap. 14.

(2) In Sum. doct. de re Sacram.

(3) Part. ii. examin. Concil. Trid.

(4) Q. vi. de Sacram.

(5) Lib. de Mist. cap. iii.

(6) Tract. lxxx. in Ioan.

» ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum Fidei quod praedicamus . . . Vnde in Actibus Apostolorum legitur, Fide mundans corda ipsorum, cet. « Et sub finem: » hoc totum fit per verbum, de quo Dominus ait, iam vos mundi estis propter verbum quod loquutus sum vobis: « ergo Ambrosio et Augustino docentibus, tota Baptismi virtus praedicationi mysterium crucis, seu verbo concionis tribuenda est.

Tertio et ratione arguunt; quoddam genus magicæ incantationis est secreto certa verba demurmurare super aquam aut panem, vel aliud eiusmodi symbolum vel elementum; atque ex his verbis iustificandi et consecrandi vim omnem repetere: non ergo consecratoria ea verba sunt admittenda. Haec haeretici obiectant.

Ad catholicos modo Scriptores, quos aduersarios in distinguenda aetate qua vsus conditionalis formae inter Latinos obtinuerit experimur, transitum facimus. Opponunt enim illi: vigeat iam iam conditionalis formae vsus in omnibus Occidentis Ecclesiis ante saeculum xiii. Item Alexander III. Rom. Pontifex, anno mclix. inauguratus, decreuit id quod *Extra de Baptismo* cap. n. laudatur ex iure canonico, *De quibus dubium est*, cet. Item: Odo Episcopus Parisiensis, Alexandro III. aequalis seu coetaneus, hanc Baptismi formulam in suis Statutis Synodalibus tradidit: » Petre, si es baptizatus, non te baptizo; sed si non es baptizatus, ego te baptizo, « cet.: vigeat ergo in omnibus Ecclesiis Occidentalibus conditionalis formae vsus ante saeculum xiii.

Sed ad haeticorum insanas argumentationes refellendas accedamus. In quarum prima longe a vero abeunt. Equidem Baptismo praemittendam esse concionem, seu doctrinae explicationem, quoties a dulcis confertur, euincunt Christi verba *docete baptizantes*, quod et nos Catholici facimus: ceterum hanc ipsam concionem praemitti solitam formam esse Baptismi, qua vim regenerandi Baptismus habeat, hoc falsum prorsus iudicamus. Sequeretur enim inde, quod et debita forma careret, et nullum profecto esset Baptisma pueris collatum, quibus nulla praemittitur concio. Accedit, quod ipsa Christi Domini loquendi ratio concionem a Baptismo secernit: » docete, inquit, omnes gentes, baptizantes eos: « quod praepostere notaretur, si doctrina praemitti solita, Baptismi forma et pars esset. Hinc Hierony-

nymus ait: » ordo praecipuus, iussit Apostollis, vt primum docerent omnes gentes, deinde Fidei intingerent Sacramento. «

Ad secundum dicendum pro Ambrosii verbis exponendis, loqui sibi non de verbis quibus Baptismus ministratur, sed de benedictione aquae fontisque baptismalis: immediate enim addit: » quum vero salutaris fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad vsum spiritualis lauacri, et salutaris poculi temperatur: « neque aliquem mouere debet, quod aqua etiam sine benedictione possit esse Baptismi materia; nam Sanctus Doctor loquitur de consuetudine et vsu, non vero de iure et nullitate. Alias alii Theologi responsiones adhibent.

Difficilius Augustini locus soluitur, sed tamen soluitur. Sunt qui dicunt loqui Augustinum de Baptismatis institutione, non de illius collatione: proinde non de verbo consecrationis, sed de verbo institutionis, quo regenerandi virtutem tribuit elemento esse intelligendum. Aliis placet Augustinum, nunc de verbo sacramentali, nunc de concionali loquutum dicere. Quibusdam Augustinum velle duntaxat sacramentali verbo vim inesse, non quatenus est sonus materialis, sed prout est Fidei mysterium diuinæ virtutis inuocationem continens. At nobis responsio haec praefenda videtur: de verbo consecrationis exponendum Augustinum esse loco a Nouatoribus obiecto. Itaque dum S. Doctor ait, operari verbum hoc in Baptismo non quia dicitur, sed quia creditur, hoc vnum sibi vult Augustinus, sacramentali verbum virtutem operandi obtinere, non ab exteriori sono vocis quo auris obrunditur, sed ab ipso spiritali sensu quo Fides nutritur; non quasi necesse sit verbum hoc actu credi vt sortiar effectum, sed quia catholicae fidei obiectum est: quasi diceret Augustinus: verba haec sanctificandi vim habent, non quia aurem feriunt, sed quia maximum Fidei nostrae mysterium complectuntur, cuius virtute sanctificatur elementum: vnde rectissime Augustinus addit: » hoc est verbum Fidei quod praedicamus. « Verum quid adtinet Augustini mentem fustus exponere, cuius constans doctrina est, euangelica verba, quibus consecratur Baptismus, non esse concionem praecedentem, sed Sanctissimae Trinitatis inuocationem? Consulatur ipse. (7)

Tertium quod opponunt calumniantes, sic dispellitur: nemo catholicorum est, qui verbis illis in Sacramentorum administratione proferri solitis, virtutem naturam inesse contendat, multominus qui vim

Tom. IIII.

Bb

il-

(7) In lib. III. de Bapt. cap. xv. et lib. vi. cap. 25.

illis ex aliquo demonibus inito pacto adscribat : quae duo putant nonnulli incantatores magicis incantationibus inesse. Totum quantum est, ex Christi institutione Catholici repetimus.

Tandem argumentum a catholicis obiectum, loco ultimo producitur, verbo soluitur : Alexandri decretum non statim ad omnium Ecclesiarum Latinarum notitiam peruenisse ; proindeque non fuisse executioni mandatum quoadusque reclarum in corpus Iuris Canonici fuit. Ex Odonis vero Statuto cuiusdam Parisiensis Ecclesiae praxim ; ex qua tamen nemo vnus Theologorum vsum reliquarum Occidentis Ecclesiarum apte colliget.

COROLLARIVM.

Forma itaque conditionalis adhibita posthac fuisse videtur tantum in dubio de Sacramentis, quae characterem imprimunt. Nam Doctores omnes, qui post decretum Alexandri ad Synodum vsque Tridentinam scripsere, vbi cumque de adhibenda in Sacramentis hac forma loquuntur, mentionem vniue faciunt Baptismi, Confirmationis, et Ordinis ; haud praetermissuri reliqua Sacramenta, si et in horum vsu forma eiusmodi adhiberetur. Inualuit tamen proximioribus saeculis illius vsus etiam in Sacramentis quae iterari possunt ; maxime in collatione absolutionis, quum dubia est, vel ex parte subiecti, seu quando nescitur moraliter an subiectum sit capax, vt fidelis subito morbo obmutescens ; vel ex parte ministri, qui dubitat an omnia verba essentialia protulerit. Contendunt enim Scholastici nonnulli formam conditionalem esse in hoc duplici casu : idque aiunt, ob debitam Sacramento reuerentiam, et ne qui ad Sacramentum bona accessit fide, illius forte necessaria receptione priuetur. Sed quum formae illius vsus non sit in ritualibus praescriptus, aequius censere nobis Theologi illi videntur, qui satius esse illam tunc non adhibere dicunt, nec quidquam de Sacramenti forma in Rituali descripta minuunt, detrahunt, aut eidem addunt.

CAPVT VII.

De Sacramentorum ministris, eorumque probitate.

Soli homines viatores ordinarii Sacramentorum ministri sunt : nec tamen quorumlibet singuli.

Extraordinarii autem ministri esse poterunt et Angeli, et Beati.

Valent Sacramenta ab improbo ministro collata.

Habetur prioris propositionis pars ex Scripturis : legitur nempe Lucae xii : » hoc facite in meam commemorationem. « Et Matth. xxviii : » euntes docere omnes gentes, baptizantes eos, « cet. Ioann. quoque xx : » accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, « cet. Leguntur similia passim. At hominibus dumtaxat haec dicta sunt, neuiquam Angelis, aut animabus a corpore solutis : ergo soli homines viatores, cet.

Habetur deinde ex Patribus : hi nempe Sacerdotes plurimum honorandos demonstrant, quod eorum potestas neque Angelis, neque Archangelis data sit : ita Gregorius Nazianzenus (1) et Chrysostomus. (2)

Ratione etiam habetur : congruum enim erat Sacramentorum ministerium hominibus in corpore viventibus committere ; quum et visibilis Ecclesia sit, et sensibilibus signis sanctificandi virtus a Christo fuerit illigata : homines ergo viatores sunt tantum Sacramentorum ministri.

Secunda etiam pars propositionis ex Scripturis probatur : frustra siquidem ex Christi institutione esset in Ecclesia graduum et officiorum diuersitas a Paulo ad Ephesios iv. relata, si penes singulos fideles esset Sacramentorum vel confectio, vel dispensatio : non ergo quorumlibet Sacramentorum ministri singuli sunt.

Practerea constat haec veritas ex Concilio Tridentino definiente : (3) » si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, et omnibus Sacra-

Bb 2

» men-

(1) Homil. xviii.

(2) Lib. iiii. de Sacerdot.

(3) Sess. vii. Can. 10.

mentis administrandis habere potestatem, anathema sit. « Insuper constat ex eo, quod numquam Ecclesia passa fuerit, ut ab omnibus promiscue hominibus Sacramenta conficerentur, sed Pastoribus et Sacerdotibus id muneris commissit, excepto tantum a communi regula Baptismate.

Propositionem secundo loco stabilitam haec demonstrant argumenta. Primum: Augustinus et Thomas aperte eam tradunt. Augustinus nempe sic loquitur: (4) « nemo accipit sine dante, sed quod pertinet ad Baptismi sanctitatem, adest Deus qui det, et homo qui accipit, siue per se ipsum donante Deo, siue per Angelum, siue per hominem sanctum, siue per Petrum, siue per Ioannem, « cer. Et Sanctus Thomas scribit: (5) « Deus virtutem suam non ita illi gaudet Ecclesiae ministeris, quin etiam Angelis possit virtutem adtribuere ministrandi in Sacramentis. « Igitur Augustino et Thoma docentibus, possunt Angeli, immo et Beati, Sacramenta extraordinaria potestate ministrare.

Secundum: Quandoque Angeli non solum Sacramenta dispensarunt, sed et confecerunt: etenim refecisse eos Sacra Eucharistia S. Agnetem Politianam, Bonaventuram Doctorem Seraphicum, aliasque animas sanctas, in SS. Actis restatum legimus. (6) Confecisse etiam Angelos Sacramenta, Amphilochem Ieonii Episcopum consecrandos; et Augustinum de coelo descendentem Sacra peregrisse legimus: (7) ergo et ex ecclesiasticis exemplis constat posse Angelos, et beatas animas extraordinarios Sacramentorum ministros esse.

Tertium: Deus per se ipsum, et absque medio, effectum Sacramentalis potest producere: ergo et potest per applicationem sacramentalis formae ab Angelo supra materiam praesentem factam.

Tertia demum propositio demonstratur primo ex Scripturis. Dicitur enim de Christo Ioannis 1: « hic est qui baptizat in Spiritu Sancto: « quibus verbis demonstratur ad Christum pertinere Baptismatis potestatem, ad discipulos vero ministerium: atqui ministri improbi Domini potestatem impedire non possunt: ergo valet Baptismus, ac quodcumque Sacramentum, cer. Item Paulus in 1. ad Corinth. iii. scribit: « quum enim quis dicat: ego quidem sum Paulus: alius autem ego Apollo: « nonne homines estis? « Quid igitur est Apollo?

(4) Lib. ii. cont. Ep. Parm. cap. 15
(5) III. Part. q. lxxiv. art. 7. ad 2.
(6) Tom. 1. Ianu. aliique.

(7) Niceph. Callist. lib. 11. cap. 2.
narrat primum factum. - Secundum refert Anton. Guerrer. tom. 1. Th. Moral.

« Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis, et unicuique sic cur Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. « At haec Pauli verba ea collineant, ut Corinthios de probitate suorum Pastorum iriemescentes moneat, nemini in hominibus esse gloriandum, quoniam homines solum ministerium exercent: ergo.

Demonstratur eadem veritas catholica ex Ecclesiae definitionibus: Concilium Constantiense hunc Ioannis Wiclefi articulum proscripsit: (8) « si Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non baptizat. « Concilium Tridentinum idem definiuit his verbis: (9) « si quis dixerit, ministerium in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quae ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum, anathema sit. « Nicolaus insuper Papa I. ad consulta Bulgarorum respondens, (10) docet validum esse Sacramentum Baptismi ab eo collatum, qui se Presbyterum finxit: et hanc sententiam concludens ait: « malus bona ministrando, non aliis, sed sibi detrimenti culpam ingerit. «

Demonstratur quoque ex Traditione maiorum. Gregorius Nazianzenus ait: (11) « quamuis alius alium vitae probitate antecellat, eam tamen Baptismi vis est. « Chrysostomus haec habet: (12) « nunc autem etiam per indignos Deus solet operari, nec baptismatis gratia quicquam laeditur a vita Sacerdotis, « Augustinus sic loquitur: (13) « nolite ex hominum moribus et factis diuina Sacramenta pensare. Illa enim per eum sancta sunt, cuius sunt: sed digne tractata adferunt praemium, indigne autem tractata iudicium: « et quamuis vnum non sint qui Dei Sacramenta digne, et qui indigne tractauerint: vnum est tamen illud, siue digne, siue indigne tractetur: non ut ipsum melius vel deterius fiat, sed ad vitam mortemque tractantium. « Habent similia alii Patres.

Quorum praeterea exempla aptissima in hanc rem adducere placeat: se habent Sacramenta ex Gregorio Nazianzeno, (14) sicut an nullus insculptam habens imperatoris imaginem; ex Augustino, (15)

(8) Sess. viii.
(9) Sess. vii. Can. 12.
(10) Cap. xv. tom. 7. Concil.
(11) Orat. xxi. in S. Baptismum.

(12) Homil. 8. in 1. ad Corinth.
(13) Lib. 2. adu. Petilian. cap. 37.
(14) Vbi supra.
(15) Lib. 3. de Bapt. cap. 10.

sicut lux solis, quae per coenosa diffunditur; atque ex eodem Augustino, (16) sicut ager qui a colono excolitur; atque annulus, siue sit argenteus, siue ferreus, aequaliter ualet ad Principis imaginem cerae imprimendam; lux solis quae diffunditur per coenosa, non minus illuminat, quam quae diffunditur per loca minime coenosa; et ager excultus a sordido colono non est minus fertilis, quam excultus a colono mundo; igitur Sacramenta ob impijs ministris confecta, non valent minus quoad substantiam et quoad effectum quam quae a ministris pijs fuerint confecta.

His omnibus momentis accedit ratio: Ministri nempe Sacramentorum sunt dispensatores, Christi ministerio fungentes, vt docet Paulus in 1. ad Corinth. cap. 4: seu vt Scholasticorum idiomate loquamur, sacri ministri non sunt causae principales Sacramentorum, sed instrumentales tantum; quae non virtute propria, sed eius a quo mouentur, operantur: Atque minister dispensator, et instrumentalis causa, nequeunt causae principalis actionem, et opus inutilia reddere, quantumuis prauis adfectu sint motibus: ergo.

CAPVT VIII.

Haereticorum errores refert; eorumque diluit canillula.

Lutherus primus est cuius impudentiam atque mendacia in medium sunt adducenda. Permixte itaque et confuse recitat Catholicorum sententiam in libro de abroganda Missa; quo in eam acrius inuehat. Tribuit deinde vnicuique fidelium potestatem ministrandi Baptismum, Absolutionem, et Eucharistiam. Quin et eandem potestatem defert Diabolo, eum Ecclesiae Pastoribus aequiparans. Caluinus e contrario censet competere legitimi dispensatoris officium illis tantum quos Christus diligit; idque non solum in Eucharistia, verum et in Baptismo: adeo vt neque in mortis periculo baptizare laici aut mulieres possint. Ita in opposita abeunt deliramenta haereticorum, atque dum primus Diabolum ipsum inter Sacramentorum administratores connumerat, secundus laicos et mulieres a Baptismi administratione eliminat.

His erga Sacramentorum ministros erroribus praeciuertur antiquis aliorum errores circa ministrorum sanctitatem. Scilicet docue-

(16) Lib. III. cont. Crescen. cap. 8.

cuerant Nouatiani, Sacramenta a ministris extra Ecclesiam positae collata etiam quoad substantiam non valere. Donatistae damnarunt tanquam irrita et nulla Sacramenta, quae improbi, nedum haeretici, sed etiam peccatores contulissent. Prolapsi sint in eundem errorem Pseudo-Apostoli, de quibus Bernardus: (1) Waldenses, Albigenes; cui fertur addidisse Husitas et Wiclefitas requiri praeterea, vt ministri sint e praedestinatorum numero; adeo vt confecta a reprobis Sacramenta irrita sint et nulla.

Quibus vero argumentis hos errores commuerint, videamus. His scilicet. Primum: Christus in vltima Coena omnibus fidelibus per Apostolos repraesentatis dixit, vt legitur Lucae xxii: »hoc facite in meam commemorationem:« ergo omnes qui Christo nomen dederunt, Sacerdotes sunt, possuntque proinde Sacramenta conficere et dispensare.

Secundum: Christus non patitur in sua Ecclesia discrimen illud, Pastorum nempe et plebis; quum Matth. xx. praecipiat, vt »qui- cumque voluerit maior fieri, sit minister.« Omnes ergo fideles quorumlibet Sacramentorum ministri sunt.

Tertium: apud Matth. cap. xxviii. dicitur: »euntes docete omnes gentes, baptizantes eos,« cet.: atque omnes prorsus fideles idonei sunt Baptismatis ministri: ergo sunt et ministri ceterorum Sacramentorum.

Quartum: Angeli proprie non loquuntur: ergo haud possunt proferre formam Sacramenti, quae in verbis consistit.

Quintum: saltem Angeli iniqui validum Baptisma non possunt conferre: nam post energumenos baptizantes iterum baptizauit Ecclesia: quod Firmilianus Caesariensis Episcopus suo testimonio confirmat ad Cyprianum scribens de muliere a Diabolo obsessa, quae multos baptizarat in Oriente, quosque rursus Episcopi abluerunt: ergo.

Sextum, quod primum aduersus tertiam propositionem est: Ex Scripturis constat improbos ministros et sacra mysteria polluerent, et ea dispensandi auctoritatem amitterent. Legitur siquidem Ecclesiastes cap. xi: »muscae morientes perdunt suauitatem vnguenti.« Sapientia 1: »Spiritus enim Sanctus disciplinae effugiet fictum.« In Ecclesiastico cap. xxxiv. scriptum est: »ab immundo quid mundabitur?« Et: »qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum; quid proficit

(1) Serm. LXVI. in Cantica.

»lauatio eius? « Item Ioan. ix : »peccatores Deus non audit; « aliaque sexcenta obuia cuique in Scripturis : ergo.

Septimum : Docent Patres non valere eiusmodi Sacramenta. Inquit enim Ambrosius : (2) »non sanat Baptisma perfidorum, non mundat, sed polluit. Hieronymus : (3) Sacerdotes quoque qui Eu- »charistiae seruiunt et sanguinem Domini populis eius diuidunt, »impie agunt in legem Christi, putantes ^{Exasperatio} imprecantis »verba facere, non vitam, et necessariam esse tantum sollemnem »orationem, et non Sacerdotum merita, de quibus dicitur : et Sacer- »dos in quo fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. « Augustinus : (4) »tales tamen ipsius Cypriani temporibus baptiza- »bant, quos Coepiscopus suos fuisse cum magno gemitu confiterur, »et cum magna tolerantiae mercede perpetitur. Remissam tamen pec- »catorum non dabant, quae per orationes Sanctorum, id est per »columbae gemitus datur. Non enim raptoribus et foeneratoribus di- »ceret Dominus : si cui dimiseritis peccata, remittuntur illis ; si cui »tenueritis, tenebuntur, « et. Proferunt similia Innocentius I. (5) et Pelagius. (6)

Octauum : Ordinis characterem non recipit, qui ad Sacram Or- »dinationem promouetur simoniace : irrita erga et inualida sunt Sa- »cramenta quaedam ab improbo ministro confecta. Probatur antecedens propositio ex v. Synodo Romana : (7) »Ordinationes, quae interue- »niente pretio, vel precibus, vel obsequio alicuius personae ea in- »tentione impenso, vel quae non communi consensu cleri et populi, »secundum canonicas sanctiones fiunt, et ab his ad quos consecra- »tio pertinet, non comprobantur, infirmas et irritas esse diiudicamus : « ergo.

Nonum e ratione petitum : ex axiomate vulgato, »nemo dat »quod non habet : « quam ergo improbi ministri gratiam non ha- »beant, hanc conferre nequeunt.

Deinde : Sacramentorum actio ministri est : ergo immundum ac sacrilegum Sacramentum erit, si sacrilega et immunda actio est.

Rursus : mali ministri ius non habent administrandi Sacramenta : inualidum igitur est quod faciunt.

Quae omnia singulatim soluere adgredimur. Primum itaque, si de

(2) In lib. de Myst. cap. 4.

(3) In cap. 3. Sophon.

(4) In lib. 3. de Bapt. cap. 18.

(5) In Ep. 22. ad Ep. Maed. c. 3.

(6) A Gratiano relatus, cap. Schis-

ma xxiv. q. 2. (7) Can. v.

de Eucharistica consecratione accipiendum velint, negandum erit ad omnes omnino fideles verba illa dirigi ; sed ad solos Apostolos cum quibus segregato in loco tunc Christus coenabat : alias et foeminae, et pueri tenerentur, non solum accipere, sed et consecrare Eucharistiam. Tantum verba illa ad laicos referri poterunt, quatenus verbum *facite* omnes Christi actiones designat, nempe si eorum sensus sit, sacrificare, offerre, sumite, frangite ; nam et laici sacrificant atque offerunt per Sacerdotes. Hinc tamen perperam quis colligeret demandatum laicis consecrandi ministerium.

Secundum nullus est momenti : non enim ibi Christus Ecclesiam hierarchiam euerit ; sed humilitatem praecipit, vt Augustinus obseruat. (8) Increpat siquidem eo loco Dominus filiorum Zebedaei immodicam cupiditatem.

In terti solutione distinguenda sunt duo pastoralis officii munera verbis illis designata : scilicet potestas doctrinae, et Sacramentorum administratio : quae duo communia omnibus Episcopis et Pastoribus sunt : ceterum haud recte inde colligitur, non posse alterius ministerium laicis committi. Competit vtrumque Episcopis et Pastoribus ex officio ; sed ex permissione in necessitatis casu, et laici, et mulieres, immo et Iudaeus et Turca baptizaret ; vt fuse a nobis in sequenti libro dicitur.

Quantum hoc pacto soluitur : Angeli proprie non loquuntur spec- »rata causa effectrice soni et verborum articulationis ; bene vero ver- »borum significatione considerata. Et quidem etiam in priori sensu lo- »qui illi possunt per corpus adsumtum ; vti reuera loquutus fuit ille, qui de rubo Mosem Dei nomine sic adfatus est : »ego sum Deus Pa- »tris tui, « et.

Ad quintum responderetur : ideo iterum baptizatos fuisse illos, qui a muliere obsessa tincti fuerant, quod iudicatum fuerit, non habuisse illam ex defectu libertatis requisitam intentionem faciendi quod facit Ecclesia : at Diabolus tantam a Deo potestatem nusquam accepit.

Sextum sic quoad omnes partes soluitur. Quoad primam dicen- »do, Ecclesiar. x. affirmari muscas morientes perdere suauitatem vn- »guenti, quia quam viri probi Christi bonus odor sint ex Apostolo in »it. ad Corinth. 2 ; vtpote per quos Dei nomen celebratur ; per im- »probos vero Christi religio dchonoratur ; impii certe vnguenti suau-

Tom. III.

Cc

ta-

(8) Serm. 111. in Psal. c111.

tatem exterminat, Christi scilicet odorem bonum, qui non in Sacramentorum virtute, sed in bona viuentium fama consistit. Desumpta est responsio ex Augustino. (9)

Quod sequitur hanc habet expositionem: deesse quidem Spiritum Sanctum dantibus ac fingentibus, sed non deesse acceptantibus et credentibus. Ita Augustinus. (10)

Illud praeterea quod ex Ecclesiastico adducitur, sic exponitur: Ab illo baptizatur, in cuius nomine a peccato mundamur: mundamur autem a peccato non in nomine ministri immundi, sed in nomine Christi, qui viuit et sedet a dextris Dei: proinde neque a mortuo, neque ab immundo baptizatur. Est responsio Augustini. (11) Agit vero Ecclesiasticus in secundo loco de iis, qui iterum in eadem scelera sunt prolapsi, et quibus nihil prodest praecedens expiatio: unde nulla de Sacramentorum validitate mentio ibi fit.

Quod ex Ioanne adductum fuit, sic diluitur: Quod etiam peccatorum verba Deus exaudit, quando eius sunt instrumenta: atque hoc pacto exaudita adimpletaque fuisse scimus Balaam vaticinia, de quibus Num. xxiv. Hoc adhibet responsum Augustinus; (12) qui insuper plurima alia ex Scripturis ducta exponit et dilucidat.

Septimum argumentum ex Patrum testimoniis congestum, hoc ordine enervatur. Intelligit Ambrosius perfidorum nomine, eos qui per haeresim ab Ecclesia segregati sunt; quique mundari nequeunt, nisi sese ad gratiam obtinendam disponant per Fidem. Itaque hoc vnum Ambrosius significat, Baptismum non prodesse iis, qui oblatum Fidei lumen respiciunt. At valere Baptismum ab haereticis datum, neque ibi Ambrosius contradicit, et nos suo loco data opera demonstrabimus.

Hieronymus autem alludit ad crymon vocabuli *Eucharistia*; et significat quomodo Sacerdotes improbe viuentes, non agant Deo gratias dum celebrant, sed sibi iudicium et condemnationem accersant; expresse enim dicit ipse istiusmodi Sacerdotes: »seruire Eucharistiae »et sanguinem Domini populis eius diuidere;« quamuis Deo non placeant.

Augustinus tandem hoc contendit, haud dari a schismaticis, haereticis, malisque ministris remissam, etiamsi detur Baptismus; si ad Ecclesiae unitatem non pertineant illi quibus datur; quia peccatorum

(9) Lib. 11. cont. Parmen. cap. 10.

(11) Lib. 11. cont. litt. Petil. cap. 7.

(10) Lib. 11. cont. Ep. Parm. cap. 10.

(12) Lib. 11. cont. Ep. Parm. cap. 8.

remissio »per columbae gemitus datur, quicumque baptizet, (sive »bonus sive malus) si ad eius pacem illi pertinent, quibus datur.« Exponi hac responsione alia eiusdem Augustini testimonia poterunt.

Innocentium sic explicat Guillelmus Estius: (13) Sacramenta extra Ecclesiam non prodesse ad obtinendam Spiritus Sancti gratiam: Alii dicunt non prodesse ob contentum; si nempe citra necessitatem recipiantur, vel possint a legitimis ministris recipi. Quid autem si de Ordinis executione tantum intelligendum dicitur? Nam et hoc dicere aliis placet; nempe ordinatus ab Episcopo haeretico recipit Ordinis characterem, sed Ordinis executione priuatur. Pelagius tandem non de Sacramentis loquitur, sed de Ecclesia, quam Christi corpus vocat.

Octauum plenius disquiretur dum de sacris ordinationibus quaestio interueniet: nunc pauca; videlicet, validas esse sacras ordinationes quantum ad substantiam Sacramenti adinet; infirmas autem et irritas, quod adinet ad Ordinis executionem. Eiusmodi eas declarauit Gregorius, vii. seu Romana v. Synodus, quae huius Pontificis Synodus nominari solet.

Ad nonum dicimus primo loco: Quod licet Sacerdotes impii non habeant gratiam in se permanentem; habent tamen gratiam adnexam signo sensibili, et a Christo instituto: neque enim opus est, ut quis habeat quod dat, si ministerio dumtaxat et in nomine alterius agit: ita medicus infirmus sanitatem quam non habet, aegroti confert.

Ad secundam rationem dicimus: malam esse in genere moris improbi ministri actionem; non ita in genere signi a Christo institutis in quo proprie consistit Sacramenti ratio atque virtus.

Rationi demum vltimo loco adductae respondemus: Saepenumero subsistere quod fit ab illis, qui nullum ius faciendi habent. Ex gr. subsistit Matrimonium ab eo contractum, qui vtrumque simplex continentiae habet; quare Augustinus dicit: (14) »et si ius baptizandi non habuit, tamen Christi est quod dedit, et ille Christi est »qui accepit. Multa enim contra ius dantur, nec tamen ideo vel nulla sunt, vel non data dicuntur.«

(13) In iv. dist. 1. §. 26. (14) Lib. v. de Bapt. cap. 15.

CAPVT IX.

De necessaria in Sacramentis faciendis ministrantium intentione.

Vt Sacramentum valeat necessaria est in ministris intentio faciendi quod facit Ecclesia.

Nec tamen valorem Sacramenti impedit intentionis ex parte ministri retentio: dummodo serio ritum externum peragat.

Demonstratur prima propositio, quae Fidei dogma est, ex Scripturis. In his enim legimus, ministros Sacramentorum a Deo esse constitutos vt Mysteriorum dispensatores. »Sic nos existimet homo, inquit Paulus 1. ad Corinthi. 4. vt ministros Christi, et dispensatores Mysteriorum Dei.« At dispensatores dici non possunt, nisi intentionem veram atque sinceram habeant: nam dispensator prudenter se gerere debet, proindeque ex rationis iudicio, atque cum libera et veri nominis intentione: ergo hanc habeant ministri Sacramentorum opus est.

Demonstratur deinde ex Ecclesiae definitionibus. Concilium Constantense praescribit, (1) vt homines de haeresi suspecti interrogentur: »an credant, quod malus Sacerdos, cum debita materia et forma, et cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere baptizet et conferat alia Sacramenta.« (2) Florentina Synodus, seu Eugenius IV. in Decreto ad Armenos: recensitis septem Ecclesiae Sacramentis subiunxit: »haec omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministris conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.« Leo X. hunc Lutheri articulum inter alios bene multos proscripsit: (3) »si Sacerdos, non serio, sed loco absolutoret: si tamen credat poenitens se esse absolutum, verissime est absolutus.« Postremo: Synodus Tridentina his momentis duera, definiuit: (4) »si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt

(1) Sess. xlv.
(2) Apud Labb. tom. 16.

(3) In Bulla adu. errores Luth.
(4) Sess. 7. Can. 2. et Sess. 14. Can. 9.

»et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.« . . . Si quis dixerit, Absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitentium, modo tantum credat se esse absolutum: aut Sacerdos non serio, sed loco absoluat, anathema sit:« Ergo.

Insuper demonstratur Traditione: nam licet de hac intentione non adeo aperte antiqui loquuti sint; tamen non doctrinam certe ignoratam Eugenius IV. Armenos docuit, sed Fidem orthodoxam et apostolicam, neque perfunctorie conquisitam, sed vt ipse loquitur in proemio, »multis adhibitis disputationibus, colloquutionibus, et tractatibus; postque non mediocrem testimoniorum inspectionem, »quae ex Sanctis Ecclesiae Patribus et Doctoribus deducuntur, et earum de quibus agebatur, rerum discussionem.« Atqui, vt de Traditionibus agentes loquebamur, quod vniuersalis tenet Ecclesia, neque inuenitur quando primum fuerit promulgatum et institutum, certissimum est Traditionis argumentum: ergo.

Demonstratur quoque propositio ex Historiae Ecclesiae monumentis. Etenim Firmilianus falsam suam de iterando haereticorum Baptismate sententiam nitentur confirmare ex quo omnibus Catholicis adsentientibus nullum fuerit Baptisma collatum a muliere malo agitata spiritu; licet ad decipiendos fideles legitima et vsitata verba adhibuerit. (5) Cornelius Papa nullam ac irritam declarat ordinationem Nouati in Episcopum, »quod homines simplicioris ingenii, tumulentos, et crapula oppressos, adumbrata quadam et inani manuum impositione, Episcopatum sibi tradere per vim coegerit.« Damnata etiam in quadam Synodo Romana est a Ioanne XXII. ordinatio Diaconi facta derisorie in stabulo equorum. Alia plurima huius rei exempla leguntur in Ecclesiae historia.

Accedunt in eiusdem veritatis confirmationem rationes theologicae. Prima: Sacramentorum ministri; Christi quidem instrumenta sunt, sed vita tamen, et ratione praedita, et libertate arbitrii: Atqui huius generis instrumenta sic a causa principe mouentur, vt eadem quoque se ipsa moueant: necesse ergo est vt in Sacramentis faciendis seipos intentione et consilio moueant.

Secunda: Quod est natura sua ad plura indifferens, debet per aliquod determinari: sed Baptismi lauacrum ex. gr. est natura sua indif-

(5) Ita legitur in Epist. Inter Cyprianicas LXXV.

differeus vt sit ablutio ludrica aut seria, sacra aut prophana: determinari ergo debet ministrantium voluntate aut intentione. Producit hanc rationem S. Thomas. (6)

Tertia: Sacramentorum administratio, vt eorum sanctitatem atque institutionem decet, actu humano debet peragi: at humanus actus numquam sine intentione exercetur: ergo.

Secunda propositio Ambrosii Catharini systema de externa, vt dicunt, intentione exhibet, quod his elausum terminis damus: valere quidem, atque omnino stare ex Catharini sententia intelligimus, Sacramenta, si minister intendat dumtaxat ritum illum externum celebrare quem Ecclesia celebrat; illamque libere, serio, omnique semoto loco re ipsa administret exterius, materiam adhibens, formamque pronuntians, in iis maxime circumstantiis, ex quibus determinatur ad agendum tanquam Ecclesiae minister: nihilque obesse Sacramentorum valori, si intus occulta mente contrariam intentionem animo gerat; nolique clam, atque secreto actionem illam sacramentalem esse, qualem Christus instituit. Ita enim sententiam suam exponit Catharinus ipse in opusculo de intentione ministri, quod pendente Concilio Tridentino elucubrauit. Ita etiam eam explicant Hieronimus Serrius, Gasparus Iuenin, Du-Hamelius, alique primi subscilii Theologi; quorum intelligentiam et nos amplectimur, atque aliorum Theologorum iudicio praeficimus.

Firmatur autem primo haec sententia auctoritate Concilii Tridentini. Sanxit enim: (7) »requisitum in ministro intentionem faciendi quod »facit Ecclesia: « accidere, ait, vt in ministro Poenitentiae ea intentio desit, si Sacerdoti animus serio agendi, et vere absoluedi desit. Er, »poenitentem illum salutis suae negligentissimum esse, addit, qui sacerdotem loco absolutentem cognosceret, et non alium serio agentem sedulo requireret. « Iudicat ergo Sacra Tridentina Synodus intentionem illam sufficere, quae in voluntate sacri ritus serio celebrandi consistit; proindeque valere Sacramentum collatum a ministro, qui suam intentionem retinuit.

Sane Tridentinae Synodi exploratam mentem habebit quisquis Lutheri errorem ab ea damnatum perspectum habeat: erat enim illius error, quem supra memorabamus tanquam a Leone X. exceptum nempe: »si Sacerdos non serio, sed loco absolueret; si tamen cre-

(6) III. Part. q. 64. art. 8.

(7) Sess. VII. de Sacram. in gene-

re, Can. 2. Sess. XIV. de Sacram. Poenitent. cap. 6.

»dat poenitens se esse absolutum, verissime est absolutus. « Ergo id vnum ex opposito definiuit Synodus contra Lutherum, non stare videlicet Sacramentum, dum Sacerdos non serio, sed loco rem sacram peragit: igitur nihil aliud Sacra Synodus exigit ad Sacramenti valorem et efficaciam, quam vt ministrans ritum sacrum serio et semoto loco peragar.

Firmat praeterea eandem Catharini sententiam, quae est et nostra, Ecclesiae Catholicae vetus et noua disciplina. Nusquam omni retro aetate a Sacris Conciliis, Summisque Pontificibus quaesitum videmus, ad explorandam Baptismatis alterius Sacramenti integritatem atque validitatem, num minister impius ac scelestus, qui ritum externum serio ministrauerat, internum quoque secretumque perficendi Sacramenti propositum adhibuerit; huncve externam illam intentionem, quam seria rei sacrae tractatione prodiderat, contrario mentis actu tacite reuocauerit. Quum tamen variorum euentuum occasione diligentissime fuerit conquisitum, quatenam irrita vel dubia, suspectaue essent; declaratumque nulla esse ea, quibus materia debita praescriptaque forma non fuisse adhibita; dubia illa, quorum non adessent legitimi testes: Suspecta tandem quae ab iis haereticis conferebantur, qui de Trinitatis Mysterio male sentientes non quod Fides ministri ad Baptismi valorem sit necessaria, sed quod periculum esset ne Trinitatis inuocationem intrusis erroribus vitarent: At in tanta impiorum ministrorum copia suboriri dubitatio posset, num aliquis in tantam impietatem prolapsus fuisset vt intentionem retinisset: ergo.

Neque id tantum Ecclesia fecit; sed nonnullorum ministrorum Baptismata reuera probauit, qui ultra seriam externi ritus administrationem, vix, ac ne vix quidem, intentionem illam internam habere potuerant, quae ritum illum sacramentalem esse voluissent: nam Baptismum a Pagano et a Iudaeo collatum validum pronuntiarunt Nicolaus I. (8) et Gregorius II. (9) qui tamen ministrantes, licet intentionem habere possint perficendi ritum illum externum, quem in Ecclesia Catholica peragi videntur: Internam tamen, secretioremque intentionem habere non possunt perficendi ritum illum vt sacramentalem, ac characteris et gratiae operarium, quum Ecclesiae Sacramenta nulla ac fidiola credant, Christumque impostorem per sum-

(8) In Resp. ad consul. Bulgar.

(9) In Epist. ad Bonif. Episc.

num nefas blasphemum: Ecclesia igitur sententiam de externa intentione probat.

Quid autem Patres, Augustinus potissimum et Thomas? Adsertorem, immo praeformatorem Catharini sententiae Augustinum fuisse Serrius contendit. (10) Iueninus autem probabile dicit, ratum Augustino fuisse Sacramentum serio a ministro datum, qui suam intentionem interius retinuit, quod sic euincit: nam minister, qui serio Sacramentum confert, retinet tamen suam intentionem, dum Ecclesiae nomine agere detrectat, fallaciter agit, quum adstantes actione sua extrinseca serio peracta inducat ut eum se interius gessisse tanquam Ecclesiae ministrum iudicent; proindeque eos fallit: Atque ex Augustino minister fallaciter agens, verum ac ratum Sacramentum conficit: ergo, id nempe S. Doctor tanquam principium aetate sua in Ecclesia certissimum supponit: adsignato nempe hoc casu: »an homo initio nimum agens, seu iocans exterius, sed postea in actionis mimicae progressu mouente diuina gratia conuersus, verum ac constans Baptisma recipiat, si extra Ecclesiam ab haeretico aut schismatico secundum Christi institutionem abluatur? Respondet definite quidem, non dubitanter, ut contendit Bellarminus. »Praeteritis maiorum statutis; non dubito, inquit Augustinus, etiam illos habere Baptisma, qui quamuis fallaciter id accipiant, in Ecclesia tamen accipiunt; vel ubi putatur esse Ecclesia ab his in quorum societate id accipitur, de quibus dictum est; ex nobis exierunt.« Alla plurima Augustinus eo loco profert, (11) quae Bellarmini, Estii, Sylui, aliorumque Theologorum euasiones praeforsere; quaeque ipsum palam, et aperte Catharini sententiam praeforsesse commonstrant. Consulendi praeclearissimi Scriptores Serrius (12) et Iueninus. (13)

Sanctus autem Thomas expressius id ipsum docuit: Solam scilicet externi ritus serio peragendi intentionem abunde sufficere ut ratum ac validum sit Sacramentum. Ex insituta nempe de minister intentione disputans, haec habet: (14) »quando aliquid se habet ad multa, oportet quod per aliquid determinetur ad vnum, si illud effici debeat. Ea vero quae in Sacramentis aguntur, possunt diuersi-

(10) In vind. Vind. cap. viii.

(11) Lib. vii. de Bapt. cont. Donatistas cap. 13.

(12) Vbi supra.

(13) Dissert. 1. de Sacrament. in comm. q. 5. cap. 2. art. 3. §. 2.

(14) Ill. Part. q. Lxiv. art. 8.

»simode agi, sicut ablutio aquae quae fit in Baptismo, potest ordinari et ad munditiam corporalem, et ad sanitatem corporalem, et ad ludum, et ad multa alia huiusmodi: et ideo oportet quod determinetur ad vnum, id est ad sacramentalem effectum per intentionem abluentis: et haec intentio exprimitur per verba, quae in Sacramentis dicuntur.« Eam ergo intentionem sufficere Doctor Angelicus existimat, quae exprimitur ipsis verbis; neque interiore expostulat, quae sacrorum verborum expressioni quandoque repugnat.

Pergit ulterius S. Thomas, et dicit in responsione ad secundum argumentum: »minister Sacramenti agit in persona totius Ecclesiae: cuius est minister: in verbis autem quae profert, exprimitur intentio Ecclesiae: quae sufficit ad perfectionem Sacramenti, nisi contrarium exprimat ex parte ministri, vel recipientis.« Igitur ex S. Thoma intentio Ecclesiae ministri verbis expressa, ad perfectionem Sacramenti sufficit; nec eidem officit contraria mentis occulta intentio, nisi signo aliquo exprimat. Quam certe clarissimam Doctoris Angelici sententiam in alienum ab eius mente sensum derouant Recentiores nonnulli, ex iis etiam qui in eius verba iurant, dum aiunt, accipiendam eam esse per respectum ad suscipientium securitatem: non enim in ea dicitur quid tale, nisi textum prorsus adulterare audeant.

Verum et ad absonum hoc interpretamentum exsufflandum, et Angelici Doctoris mentem ab omni cauillatione vindicandam, producendus est locus ex Sententiaris; (15) vbi responsione eadem, quae in Summa, sed expressioribus verbis obiectionem diluit; nempe: »in Baptismo, et in aliis Sacramentis, quae habent in forma actum exercitum, non requiritur mentalis intentio, sed sufficit expressio intentionis per verba ab Ecclesia instituta. Et ideo si forma seruetur, nec aliquid exterius dicitur quod intentionem contrariam exprimat, baptizatus est.« Igitur de valore Sacramenti, non de suscipientium securitate tantum loquitur S. Thomas; adfirmatque valere illud externa vnice intentione confectum et administratum. Quid multis? Docuerat id ipsum S. Doctor supra: (16) docuit posthac variis in locis. (17) Legantur laudati Iueninus ac Serrius citatis locis.

Firmant et hanc sententiam plurimae theologicae rationes. Prima Tom. III. Dd ma

(15) In iv. Sent. dist. 6. q. 1. art. 2. qu. unic. art. 2.

(16) Quaest. 1. art. 2. eiusd. dist.

(17) Art. x. q. 64. III. Part. - et distinct. 6. quaest. 1. artic. 1. in iv. Sent.

ma esto: Ecclesia respublica quaedam est a Christo Domino Instituta; atque qui in ea Sacramenta administrant, tanquam publicae personae sacra obeunt munia, non suo, sed Christi et Ecclesiae nomine: ea ergo in Sacramentorum administratione intentio necessaria est, quae ministris inest, ut sunt publicae personae secundum Christi Domini institutionem agentes; quae est intentio titus externi serio peragendi, non ut sunt priuatae personae; quae secretior intentio est plerumque Christi institutioni contraria.

Secunda ratio: Quemadmodum operatio sacramentalis intentione dirigitur et regulatur in ministro, ita iudicium a iudice ferendum ipsius scientia et cognitione dirigitur: At ut rectum iustumque iudicium sit, non debet regulari ac dirigi per scientiam priuatam iudicis, sed publicam, vel quam ut persona publica habet: ergo.

Tertia: Ecclesia Christi deficere non potest, ut Catholici contra sectarios demonstramus: Atqui contingere id posset, ut pauci, immo nulli, essent Sacerdotes; proindeque nulla Ecclesia, quum ex clero et populo essentialiter constet: ergo. Ponamus enim, quandoquidem non implicat, Ioannem a ministro, qui intentionem interius retinuit, baptizatum, Episcopum postea fuisse consecratum, praefuisseque amplissimae Dioecesi per quadraginta et amplios annos, et ordinasse omnes fere illius Ecclesiae Sacerdotes: certe si Ioannes fictitius fuit Episcopus, ut aduersarii volunt, et chimerici erunt Sacerdotes ab eo ordinati. Quin si fiat eiusmodi suppositio pro toto amplissimo regno, immo et pro tota Ecclesia Christi, stare haec nullo modo poterit.

Supersedemus ab aliis rationibus producendis; quas legere est in strenuissimis Catharini vindicibus Serrio ac Iuuenio.

SCHOLIION.

Ad capitis caulem dum venimus, recolenda sese offert multiplex intentionis acceptio, designandaque quatenam ea sit, de qua sermonem habuimus; ne in incertum nostra versetur disputatio. Itaque quam intentio sic propositum voluntatis, quo minister Sacramentum deliberat conferre, triplex ea secernitur; nempe habitualis, quae est quaedam prompta facilitas operandi ex habitu; siue infusus ille sit, siue acquisitus; vel prona voluntas operis faciendi, quae tamen in actu nullatenus exit, de quo nulla est plerumque cogitatio. Actualis alia est, id est, praesens animi applicatio, et attentio ad opus quod per-

peragitur. Demum est alia virtualis, quae ex actuali procedente, nec per contrariam intentionem, nec per notabilem temporis moram interrupta, in homine perseverat. Dum itaque de ministri intentione quaestionem instituilimus, minime ad valorem Sacramentorum sufficere intentionem habitualement Catholici docemus; quum et in dormientibus, et in ebris reperitur: actualement non requiri fatemur, quod in nostra potestate plerumque illa non sit ob animi praecipites euagationes. Hinc tota aduersus Lutheranos et Caluinistas lis est de intentione virtuali: de eademque intellectam volumus nostram cum aliis catholicis Theologis disputationem.

CAPVT X.

*Protestantium error refertur, eorumque momenta diluuntur.
Recentium quoque Theologorum sententia adducitur
cuius momenti sit satis.*

Tametsi multis capitibus erratum a Lutheranis et Caluinistis sit dum de Sacramentis loquerentur, nusquam tamen adeo stolidae atque stulte, quam ubi de intentione in Sacramentorum ministris verba fecerunt. Voluere nempe eos tanquam truncos et stipites, qui rem sacram proinde faciant, licet nihil omnino cogitent, nihil animo intendant; immo licet sacra mysteria palam irrideant atque deludant. Hulusee stolidissimae aequae et implissimae doctrinae habetur auctor Lutherus, (1) cui suffragati sunt Ioannes Caluinus, (2) Tilmannus, (3) Kemnitius; (4) omnesque geminae sectae professores. Est itaque vna Protestantium vox valere ac reipsa perfici Sacramentum non solum cum simulatione collatum, sed etiam cum irrisione et subsannatione; immo absque vlla ministrantium intentione.

In hunc illi luere errorem, quod existiment solam Fidem suscipientium iustificare; proindeque quomodocumque signa exhibeantur Fidem excitantia, si suscipiens credat, eaque inspiciat velut diuinam promissionem oppignorationem, iustificantis gratiae beneficia adipiscitur. Ita eorum errorem describit Pallaucinus. (5)

Dd 2

Ve

(1) In lib. de captiu. Babyl. et in lib. de abrog. Missa priuata.

(2) In Antid. Conc. Trid. ad Can. 11. Sess. 7.

(3) Lib. de sexcent. Pontificiorum erroribus.

(4) Il. Part. Exam.

(5) Lib. ix. Hist. Conc. Trid. cap. 6.

ma esto: Ecclesia respublica quaedam est a Christo Domino instituta; atque qui in ea Sacramenta administrant, tanquam publicae personae sacra obeunt munia, non suo, sed Christi et Ecclesiae nomine: ea ergo in Sacramentorum administratione intentio necessaria est, quae ministris inest, ut sunt publicae personae secundum Christi Domini institutionem agentes; quae est intentio titus externi serio peragendi, non ut sunt priuatae personae; quae secretior intentio est plerumque Christi institutioni contraria.

Secunda ratio: Quemadmodum operatio sacramentalis intentio dirigatur et regulatur in ministro, ita iudicium a iudice ferendum ipsius scientia et cognitione dirigatur: At ut rectum iustumque iudicium sit, non debet regulari ac dirigi per scientiam priuatam iudicis, sed publicam, vel quam ut persona publica habet: ergo.

Tertia: Ecclesia Christi deficere non potest, ut Catholici contra sectarios demonstramus: Atqui contingere id posset, ut pauci, immo nulli, essent Sacerdotes; proindeque nulla Ecclesia, quum ex clero et populo essentialiter constet: ergo. Ponamus enim, quandoquidem non implicat, Ioannem a ministro, qui intentionem interius retinuit, baptizatum, Episcopum postea fuisse consecratum, praefuisseque amplissimae Dioecesi per quadraginta et amplios annos, et ordinasse omnes fere illius Ecclesiae Sacerdotes: certe si Ioannes fictitius fuit Episcopus, ut aduersarii volunt, et chimerici erunt Sacerdotes ab eo ordinati. Quin si fiat eiusmodi suppositio pro toto amplissimo regno, immo et pro tota Ecclesia Christi, stare haec nullo modo poterit.

Supersedemus ab aliis rationibus producendis; quas legere est in strenuissimis Catharini vindicibus Serrio ac Iuuenio.

SCHOLIION.

Ad capitis caulem dum venimus, recolenda sese offert multiplex intentionis acceptio, designandaque quatenam ea sit, de qua sermonem habuimus; ne in incertum nostra versetur disputatio. Itaque quam intentio sit propositum voluntatis, quo minister Sacramentum deliberat conferre, triplex ea secernitur; nempe habitualis, quae est quaedam prompta facilitas operandi ex habitu; siue infusus ille sit, siue acquisitus; vel prona voluntas operis faciendi, quae tamen in actu nullatenus exit, de quo nulla est plerumque cogitatio. Actualis alia est, id est, praesens animi applicatio, et attentio ad opus quod per-

peragitur. Demum est alia virtualis, quae ex actuali procedente, nec per contrariam intentionem, nec per notabilem temporis moram interrupta, in homine perseverat. Dum itaque de ministris intentione quaestionem instituilimus, minime ad valorem Sacramentorum sufficere intentionem habitualement Catholici docemus; quum et in dormientibus, et in ebris reperitur: actualement non requiri fatemur, quod in nostra potestate plerumque illa non sit ob animi praecipites euagationes. Hinc tota aduersus Lutheranos et Caluinistas lis est de intentione virtuali: de eademque intellectam volumus nostram cum aliis catholicis Theologis disputationem.

CAPVT X.

*Protestantium error refertur, eorumque momenta diluuntur.
Recentium quoque Theologorum sententia adducitur
cuius momenti sit satis.*

Tametsi multis capitibus erratum a Lutheranis et Caluinistis sit dum de Sacramentis loquerentur, nusquam tamen adeo stolidae atque stulte, quam ubi de intentione in Sacramentorum ministris verba fecerunt. Voluere nempe eos tanquam truncos et stipites, qui rem sacram proinde faciant, licet nihil omnino cogitent, nihil animo intendant; immo licet sacra mysteria palam irrideant atque deludant. Hulusee stolidissimae aequae et implissimae doctrinae habetur auctor Lutherus, (1) cui suffragati sunt Ioannes Caluinus, (2) Tilmannus, (3) Kemnitius; (4) omnesque geminae sectae professores. Est itaque vna Protestantium vox valere ac reipsa perfici Sacramentum non solum cum simulatione collatum, sed etiam cum irrisione et subsannatione; immo absque vlla ministrantium intentione.

In hunc illi luere errorem, quod existiment solam Fidem suscipientium iustificare; proindeque quomodocumque signa exhibeantur Fidem excitantia, si suscipiens credat, eaque inspiciat velut diuinam promissionem oppignorationem, iustificantis gratiae beneficia adipiscitur. Ita eorum errorem describit Pallaucinus. (5)

Dd 2

Ve

(1) In lib. de captiu. Babyl. et in lib. de abrog. Missa priuata.

(2) In Antid. Conc. Trid. ad Can. 11. Sess. 7.

(3) Lib. de sexcent. Pontificiorum erroribus.

(4) Il. Part. Exam.

(5) Lib. ix. Hist. Conc. Trid. cap. 6.

Verum dum in adserenda catholica veritate conveniunt Theologi catholici, inter se mutuo dissident, quum in designando intentionis genere, tum in determinando eiusdem obiecto. Et in primo quidem, quum triplex illa distinctio post saeculum xiii. in Scholis Theologorum inualuerit, illius saeculi Theologi intentionem omnem, quae actualis non esset, habitualement dixerunt, quae virtute actualis praecedentis in effectum influat; qualem modo virtutem dicimus: quare dum S. Thomas dicit, (6) intentionem habitualement sufficere ad perfectionem Sacramenti, aetatis suae more loquutum illum existimamus.

Ad secundum, quod adinet, consentiunt iam Theologi nostri fere omnes nequaquam desiderari distinctam intentionem facendi quod facit Ecclesia Romana Catholica, quae sola vera Ecclesia est; sed generalem tantum intentionem facendi quod vera facit Ecclesia a Christo Domino instituta, quaecumque tandem illa credatur esse: quamquam in hoc iudicio ferendo, quatenam nempe vera Ecclesia sit, aberret minister. Consentiant quoque non desiderari in ministro intentionem producendi effectum Sacramenti; sed satis esse intentionem perficiendi Sacramentum ipsum, quamvis Sacramenti effectum reuera nollit. Cuius quidem ratio est, quod causam intendere satis sit, ut effectus virtute intelligatur intentus: pugnantia enim censetur velle, quisquis causam sine effectu voluerit et intendit.

In eo tamen discordant, quod velint plurimi ad Sacramentorum valorem necessariam prorsus esse internam intentionem facendi nendum ritum externum, sed rem etiam sacram, ut fieri in Christi Ecclesia solet: adeo ut si haec non adsit, tametsi materiam adhibeat, et formam proferat, nec contraria aliqua externa irrisione se prodant, nullum erit et irritum Sacramentum. Ita Theologi complurimi, illique doctissimi. Contra pugnant in Catharini systematis de intentione externa defensionem supra producta Theologi alii non minus sapientia illustres. Eamque praeformarunt alii certe praestantissimi.

Iam vero his narratis duas argumentorum classes instituis; in quarum prima protestantium momenta locabimus; in secunda catholicorum Theologorum argumenta reponemus. Ad primam itaque haec spectant. Primum: liquet ex Ecclesiastica Historia, probatum ab Alexandro Alexandriae Episcopo fuisse Baptisma a S. Athanasio, quum ad-

(6) III. Part. q. LXIV. art. 8. ad 2.

adhuc puer esset, et ludos pueriles prope litus maris exerceret, alii puerulis catechumenis collatum: Atqui nullam puer ille rei sacrae faciendae intentionem habere potuit, sed ludendi: stat ergo absque intentione validum Sacramentum, immo et Sacramentum loco peractum. Referunt hoc factum Socrates (7) et Nicephorus. (8)

Secundum: Genesis Mimus, quum christianae Religionis mysteria coram Diocletiano Imperatore illuderet in Theatro, aegrotum se finxit et simulavit, ab alio Mimo per derisum baptizatus, a Deo subito mutatus, Baptisma sincero animo suscepit, ac postmodum pro ipsa quam luserat, religione mortem subijt: At nulla ibi adfuit ministrandi intentio, sed torus ritus mimice et ioculariter fuit peractus: ergo. Legitur hoc factum in Actis Martyrum a Ruinartio collectis.

Tertium: Chrysostomus haec scribit: (9) »neque Angelus, neque Archangelus quicquam in his quae a Deo data sunt, efficiunt: sed Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus omnia facit. Sacerdos et linguam, et macus praebet: neque enim iustum est propter alterius malitiam ad salutis nostrae Symbola Fide accedentes offendi.« Comparat deinde Chrysostomus Sacerdotem improbum asinae Balaam, per quam loquutus est Dominus. Deinde: de consecrat. dist. iv. cap. *Baptismus*; haec habentur ex Augustino: (10) »non timeo adulterum, non ebrium, non homicidam; sed columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat.« Atque ipse Augustinus (11) probat Baptisma cum simulatione et fallaciter collatum; dubitatque verum adprobandum foret, si totum ludice et ioculariter ageretur: Atqui in eo, qui solummodo praebet linguam et dexteram; qui se habet ut asina Balaam; quique opus aliquod fallaciter, mimice, et ioculariter peragit, nulla certe intentio est: ergo.

Quartum: Innocentius IV. scribens in iii. Decretalium, (12) ait: »non est necesse, quod baptizans sciat quid sit Ecclesia, quid baptizatus, et unde sit; nec quod gerat in mente facere quod facit Ecclesia: immo si contrarium gereret in mente, scilicet non facere quod facit Ecclesia, quia formam servat, nihilominus baptizatus est.« ergo.

Quintum ex iuris doctrina sumtum est: solet Episcopus in ipso

(7) Lib. i. cap. 15.

(8) Lib. viii. cap. 44.

(9) Hom. LXXXV. in Ioan.

(10) Tract. v. in Ioan.

(11) Lib. vii. de Bapt. cap. 53.

(12) Cap. Si quis puerum de Bapt.

generalis ordinationis proliodio publice denuntiare, nolle se quemquam excommunicatum, aut alium quemlibet debitis destitutum ritualis sacris ordinibus initiare: Atqui hoc non obest, vt si quis in ordinandorum numerum itrepat excommunicatus, aut debitis ritualis destitutus, vere ordinetur, ac pro ordinato ex iure habeatur: est igitur valida ordinatio absque ordinatoris intentione, immo repugnante illius voluntate.

Sextum: Sacerdotes sunt dispensatores non solum Sacramentorum, sed etiam diuini verbi: sed ad verbi efficientiam non requiritur intentio: ergo neque ad Sacramentorum validitatem.

Septimum: si Sacramentorum integritati et efficaciae necessaria intentio esset, graua inde orirentur incommoda, conscientiae mortuus propemodum infanti: siquidem penes Impium ministrum erit, vt nulla adhibita intentione, Sacramenta incasum abeant, suoque priuentur effectu: atque ita nemo vnquam certo tenebit, verum se suscepisse Sacramentum, quum nulli de ministri intentione constare possit.

Octauum: non requiritur intentio in Eucharistiae dispensatione: neque ergo in consecratione.

Nonum: Sacramenta conferre gratiam ex opere operato Catholici docent: ergo nequit illorum efficaciam ministri intentione impediri.

Decimum: per solam litterarum exhibitionem explet Regis orator ac minister officium suum: ergo et per solam diuinorum symbolorum exhibitionem ministerium suum Sacerdos, qui pro Christo legatione fungitur, adimplet.

Secundam argumentorum classim haec integrant. Primum: A Concilio Tridentino definitum est, requiri in ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia: Atqui Ecclesia facit ritum illum externum, vt re ipsa sacramentalis est, scilicet ea mente, eoque fine, vt sacramentalis sit: ergo. Et quidem Concilium (13) ad validam absolutionem conferendam desiderat, vt Sacerdoti non desit animus serio agendi et vere absoluendi. Scilicet vltra seriam actionem, veram absolutionis collationem requirit, quae certe intentionem internam importat.

Secundum: Augustinus, proposita sibi quaestione de validitate Baptismi mimice ac ioculatorie suscepto, duo reponit: (14) primo,

(13) Sess. xiv. de Sac. Poenit. (14) Lib. 7. de Bapt. cont. Donat. cap. 35.

desiderare se Concilii plenarii definitionem, diuinamque illustrationem pro difficultate resoluenda: Secundo, suam priuam sententiam profert, dicens, habere eos Baptismum, qui vbiicumque, et a quibuscumque illum verbis euangelicis consecratum, sine sua simulatione et cum aliqua Fide suscepissent. Ex quibus haec eruitur argumentatio: desideratur ab Augustino in Baptismo adulti, vt conferatur sine simulatione: At qui ritum externum serio quidem administrat, omniaque ab Ecclesia praescripta exterius adhibet, reuocat interius, intentionem retinens, simulate se gerit: is igitur ex Augustino non perigit Sacramentum.

Tertium: S. Thomas pluribus in locis necessariam docet mentalem intentionem in Sacramentorum ministris: scribens siquidem in Sentent. (15) ait: sicut se habet ablutio exterior ad Baptismum, ita se habet expressio verborum ad hoc Sacramentum. Vnde sicut si aliquis ablutionem exteriorem reciperet, non intendens accipere Sacramentum, sed ludum et dolum facere, non esset baptizatus: ita expressio verborum sine interiori consensu Matrimonium non facit: argumentum a simili patens. Et: (16) si desit consensus mentalis ex parte vnius, ex neutra parte est Matrimonium. Item in Summa Theologica: (17) intentio ministri, inquit, potest perueri dupliciter: vno modo respectu ipsius Sacramenti, pura, quum aliquis non intendit Sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere: et talis peruersitas tollit veritatem Sacramenti, praecipue quando suam intentionem exterius manifestat, cet.: non igitur ex S. Thomae doctrina perficiuntur Sacramenta sola ministrorum intentione verbis expressa, nisi interna quoque accedat intentio: etiamsi nullum derisionis ac loci exterius indicium sit.

Quartum: damnata ab Inquisitione Romana sub Alexandro VIII. hanc propositionem legimus: valet Baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi obseruat: intus vero in corde suo apud se resoluit, non intendendo facere quod facit Ecclesia: ergo et damnata pariter ex tunc fuit sententia, qua adseritur, cet.

Quintum: Eugenius in Decreto pro Armenorum instructione haec habet: omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri confere-

ren-

(15) In iv. Sent. dist. 27. q. 1. art. 2. quaestione. 4. de Matrim.

(16) In resp. ad 2. (17) III. Part. q. lxxiv. art. 10.

»rentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: definit ergo ministri intentionem esse aliquid ab adplicatione materiae et prolatione formae distinctum; quod tamen ii negare coguntur, qui cum Catharino sentiunt.

Sextum: totum quod in Baptismi ritu externum est, serio et libere peragi potest, tametsi Sacramentum minime conferatur: alio quippe sine infundi aqua potest, alio sine possunt et verba proferri: tunc porro omnia quae Catharinus ad Baptismi valorem postulat, inueniuntur: nempe voluntas serio peragendi ritum in Ecclesia frequentatum, externa oblatio, verborumque prolatio: aut ergo concedendum est puerum ita ablutum valide baptizatum esse, quod nemo prudens dixerit, aut fatendum, satis non esse ritum externum serio peragere, sed desiderari intentionem faciendi ritum ut sacramentalis est.

Septimum: contingere potest, ut sola secreta occultaque intentione contraria, nullo etiam signo manifestata, irritum fiat Sacramentum, quum externus ritus serio peragatur in iis circumstantiis ex quibus determinatur Sacerdos nomine publico: ut liquet ex Rubricis Missalis Romani, vbi legitur: (18) »si quis Sacerdos habeat coram se undecim hostias, et intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit: in his casibus non consecrat, quia requiritur intentio: sed in iis casibus externus ritus serio peragetur: ergo.

Octauum: contingit quandoque e contrario, ut sola secretior et interior intentio ministri validum efficiat Sacramentum, etsi non accedat exterior intentio ministri, quae in formae prolatione consistit: ut habetur ex Epistola Zachariae Rom. Pont. ad Bonifacium Episcopum (19) qua adprobatur Baptisma sub hac forma collatum ob linguae Latinae ignorantiam, »baptizo te in nomine Patria, et Filia, et Spiritu Sancta: ergo et potest contingere, ut sola illa intentio mentalis irriter ex opposito Sacramentum.

Nonum: recipiens Sacramentum, si interius illius receptioni contradicat, quamuis consentiat exterius, ipsum Sacramentum non recipit: ergo neque conferens, et.

Decimum: nonnulla saltem Sacramenta sunt, quae ex ipsa sui ratione postulant intentionem in ministro, et quidem mentalem. Enim quod

(18) Part. vii. de defect. in Miss. celebr. occurrent.

(19) Refertur in cap. Retulerunt de Consecr. dist. 4.

quorundam Sacramentorum formae deprecatoriae sunt, ut Extremae Vnctionis: ad validam autem precationem satis non est si eam exterius serio pronuntiemus, nisi interna accedat intentio: »orandum et »enim Spiritu, orandum est mente, ut loquitur Paulus 1. ad Corinth. cap. 14. Deinde: Eucharistiae Sacramentum in Christi memoriam peragendum est: ait siquidem Christus Lucae xii: »hoc facite in meam commemorationem: Christi vero memoria esse non potest, nisi ultra intentionem peragendi ritum externum interna accedat intentio mortis sacrificium offerendi: ergo.

Vndecimum: videtur haec sententia minus tuta in praxi, proindeque Decreto Innocentii XII. vetita, quo declarauit, »illicitum »esse in Sacramentis conferendis sequi opinionem minus probabilem »de valore Sacramenti, relicta tutiori.

Duodecimum: Apostolus in 1. ad Corinth. 4. inquit: »sic nos »existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum »Dei. At qui externam tantum intentionem adhibet in Sacramentorum administratione, dispensator dici non potest, quum Sacramentum conficere nolit, ut Sacramentum est, ut sacrum et a Christo institutum: ergo.

Accedamus modo ad soluenda vtriusque classis argumenta. Et a prima incipientes, factum primo loco productum haud admittimus quippe ex anachronismo falsum euincitur. Alexander enim, quo quidem regente Ecclesiam Alexandrinam puer Athanasius iussisse dicitur, in sedem illam euectus est anno cccxv. inuente, vel cccxvi. cadente, ut ex Eusebio, (20) Gelasio Cyzisenio (21) colligitur. Obseruat enim Eusebius Petrum, alterum S. Alexandri decessorem, anno ccc. huic Ecclesiae praesesse coepisse, annisque duodecim eam rexisse, atque martyrio fuisse coronatum an. cccxii. Gelasius etiam obseruat vnius anni interpontificium post Petri martyrium intercessisse. Ex quibus observationibus certo habetur Alexandrum euectum memorato anno in Alexandrinam sedem fuisse. Athanasius vero anno cccxx, seu post annos dumtaxat septem Diaconus erat: quum subscriptus inter Diaconos legatur Epistolae Synodicae S. Alexandri aduersus Arianos, quae hoc ipso anno data est: nullo itaque pacto puer tunc Athanasius erat, qui cum pueris ludebat.

Sed res ita fuerit ut obtenditur: hoc gratis admittimus. Ratio- nis compos nihilominus Athanasius puer erat, ac ritum quem ab Episcopis

Tem. IIII.

Et

pis-

(20) Lib. vii. Hist. Eccles. cap. 23. (21) In Hist. Syn. Nicenae.

piscopo peragi viderat imitatus, id profecto intendit animo, quod per Episcopum faciebat Ecclesia: neque vero Indus cui puer indulgebatur, sinceritati intentionis quidquam officit. Equidem Rufinus primus huiusce historiae scriptor narrat, Alexandrum diligentem puerorum interrogatione comperisse, quod illi omnia secundum Religionis nostrae ritum seruassent; et licet puerilis oblectationis animo fecissent, habuisse tamen intentionem faciendi quod per Episcopum geritur in Ecclesiae mos est. Unde dicitur Baptismus ille per ludum peractus, quoniam ex eius collatione oblectationem captabat; non quia Sacramentum illudebat.

Secundum argumentum sic soluitur: factum illud fabulis accingunt Critici, quum ob silentium veterum Scriptorum, nullus quippe ante nonum Ecclesiae saeculum, quo Ado Viennensis Martyrologium adornauit, hanc nobis historiam vendidit; licet sub Diocletiano, quarto scilicet ineunte Ecclesiae saeculo, contigisse feratur: tum ob Recentium Scriptorum in facto narrando dissonantiam: nam Ado Genesium baptizatum inducit, non ab altero mimo, sed a christiano Sacerdote, quem simulato verbo in scenam aduocasset Genesius. Surtius, alique a Baronio recensiti (22) Genesium tinctum dicunt ab altero mimo; quem tamen Angelus mouisset, ut rem sacram serio ac pie ministraret. Alii tandem ab Angelo ipso tinctum effutunt, quo momento mimi illi rem sacram ludebant.

Ast nihil inde Lutherani euincerent, etsi rem ita contigisse eis daremus. Seu enim a Sacerdote christiano in scenam vocato; seu a mimo per Angelum admonito; seu demum ab Angelo ipso Genesium in Theatro baptizarum ponamus, debitam ministrantis intentionem accessisse certum erit.

Ad tertium argumentum respondemus: Principio quidem, scopus Chrysostomi erat demonstrare improbitatem ministrantium sacra non impedire virtutem Sacramenti: ait enim: »quidquid habet Sacramentum, solius Dei donum est.« Consulto tamen addit, praebet linguam ne quis existimaret se gerere ministrum more brutorum, verbaque sine deliberatione proferre. Itaque non eo tendit adducta asinae Balaam comparatio, ut excludat sacrorum mysteriorum officia; sed ut commonstret vnde sint Dei munera: acquiparat siquidem in ipsa Homilia Sacerdotes ministris Principum, inter quos sunt multi deterio-

(22) Ad annum cccxi.

rior es; qui tamen ob reuerentiam Principis, qui eos proposuit, subditi nihil quales sint cogitant.

Quod deinde productum secundo loco fuit, nihil arguit: nam in editionibus emendatis Decreti, ut sunt Romana anni mcdolxxxix Lugdunensis an. mcdcccxvii. et Romana altera anni mcdcccxvi, non legitur *ebrium*, sed *ebriosum*; ut et legitur in Augustino.

Illud praeterea quod ex Augustino additur, nihil haereticis fauere; quum ibi scribat S. Doctor, ut superius dictum abunde a nobis fuit, ministrum fallaciter agentem ratum validumque ministrare Sacramentum. Recolantur ibi tradita.

Ad quartum dicendum: Innocentium tantum excludere necessitatem internae intentionis; subiungit siquidem: »non est necesse gerat in mente, dummodo baptizare intendat:« quod a Kemnito non sicut ingenti fraude suppressum est, ut fidentius locum illum in sui erroris praesidium obiceret nobis. Verum quaecumque sententia Innocentii IV. sit, privati Doctoris est, non Romani Pontificis.

Quintum nihil aduersae parti suffragatur: licet enim ita Episcopus protestetur, non deest tamen eo casu intentio faciendi quod facit Ecclesia: nam protestatio illa comminatoria dumtaxat est, et externi iuris; quam postea dum operi manum admouet, actu contrario in vnaqualibet initiatione retractat, saltem quoad externam intentionem in seria liberaque sacri ritus celebratione positam; omnes enim perinde serio et libere ordinar: quamquam interior forte intentio illi desit quoad pauculos illos temere irrepentes.

Sexti solutio est: maximum esse discrimen inter verbi ministrum et ministrum Sacramentorum: etenim verborum efficacia in sacris conditionibus sita est in sola significatione verbis indita; neque effectum sortiuntur alium, nisi excitandi animum audientium ad Fidem, ad contritionem, ad alias virtutes christianas; et ideo quomodocumque proferantur, habere efficientiam possunt, quia absque proferentis intentione idem significant: At verba quibus Sacramenta peraguntur, quum practica sint, habent praeter significationem aliam efficientiam, gratiamque producunt: idcirco actu humano animique proposito proferri debent.

Septimum ut soluat fatetur, neminem esse, qui in hac vita de suscepta iustificationis gratia certus sit: neminem qui sciar amorem an odio dignus sit; adeoque nihil mirandum, si nemini quoque exploratum sit, verum se ratumque a fidelis, proboque ministro

Sacramentum accepisse; satisque proinde esse, si moralem ea de re certitudinem habeat. Quam sane habet quisquis ab Ecclesiae ministro Sacramentum suscipit: licet enim illius vis et efficacia ab intentione ministri conferentis pendeat, fuisse tamen hanc ab illo adhibitam fas est aestimare; meritoque credendum, Ecclesiae ministrum suas pro munere partes obiisse.

Sic Theologi omnes argumentum solvunt: at nos qui Catharini systema fuitus amplexati, ex dictis in eiusdem propugnationem satisfecisse in antecessu videmur.

Octavum hanc habet solutionem: dispensare est symbola exhibere; at consecrare Sacramentum est symbola reddere efficacia, eademque consecrare, media verborum adplicatione humano actu peracta.

Ad nonum dicimus: vtique nos docere Sacramenta causare gratiam ex opere operato, ut dicitur; negamus vero id absque ministri intentione fieri: nam ex materia et forma indifferentibus nequit absque agentis adplicatione opus aliquod perfici.

Decimum diluitur distinctione ministrorum Principis facta. Sunt enim quidam, quibus imponitur solum praeceptum exponendi Principis voluntatem; qui propterea suum adimplent officium, dummodo litteras exhibeant, vel nuntient, orent, elament: Alii sunt, qui cum Principis mandato potestatem aliquam atque iurisdictionem habent; quique propterea ex accepta potestate operantur. Huius generis sunt Sacramentorum ministri, quibus potestatem collatam a Deo fuisse abunde ostensum est: non itaque sola sacrorum symbolorum exhibitione, sed potestate vrentes, ex intentione operantur, suisque verbis et sententis firmitudinem tribuunt. Et haec pro prima argumentorum classi.

Ad secundam quod spectat, prima illius argumentatio sic aditus oblicientes intorquetur: A Concilio Tridentino definitum est, requiri in ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia: sed Ecclesia facit ritum illum externum, vti peccatum originale delentem, vti characterem imprimentem: igitur nisi id omne minister facere intendat, ritum est Sacramentum? Egregie quidem et subtiliter. Ritum ergo erit Pelagianorum et Calvinistarum Baptisma? Itaque fallax illa argumentatio est, quam alius medius terminus in minore propositione subsumitur, quam in maiori positus est: In maiori quippe Concilium requirit in ministro intentionem faciendi quod facit Ecclesia;

sias

sia; non quidem eo modo quo ipsa facit, eodemque sine, ut in minori additur. Quae duo arguentes miscet promiscue ut nostram sententiam Tridentino repugnantem ostendant.

Ecclesia facit certe ritum externum in materia certa et forma praescripta; idque intendit reuera facere, qui ritum illum semoto ioco, serio ac libere facit. Quod vero Ecclesia per eiusmodi ritum intendit, nempe suscipientis sanctificationem, characteris impressionem, et peccati originalis deletionem, haud opus est ut a ministrante intendatur; quemadmodum demonstratum plus satis in superioribus est. Modo hoc tantum addimus, pertinere primum ad intentionem; secundum vni ad intentionis rectitudinem, ut Sacramentum pie et religiose ministretur, non ut valde conferatur. Ita expresse S. Thomas. (23)

Neque huic obest responsio, quod de absolutione additum fuit. Non enim aliam veram absolutionis collationem ibi Sacra Synodus intelligit, quam plenam et integram absolutionis formae probationem; quae etiam sine interna intentione absolventis stare potest. Seu desiderat Synodus in Sacerdote animum vere absolventi; scilicet vere proferendi absolutionis verba, non scurriliter et iocose; quod Lutherus sufficere contendeat, modo se poenitens crederet absolutum. Hanc enim esse mentem Concilii Tridentini Lutherum damnantis aptissime iudicari ex ipso Lutheri damnati errore nemo vnus inficias ibit.

Secundae argumentationis haec est solutio: Augustinus in loco obiecto Baptisma ioculariter et mimice susceptum, secerit a Baptismo simulate et cum fallacia suscepto; quoniam in priori palam et aperte externus ritus deridetur; in secundo serio peragitur, et interna mente fictio regitur. Dum igitur suam Augustinus non praecipit sententiam, sed perorat generalis Concilii definitionem; ac nonam illustrationem, de validitate prioris Baptismi loquitur; nam de secundo quid sentiat, declarat, ut nos supra demonstrauius. Quid ergo in Augustino est, quod nostrae sententiae repugnet? In ea Baptismatum discretionem statuenda cum Augustino stamus; vnum ab alio longe secerimus. Baptisma minus nullum esse dicimus ob decreta scilicet Conciliorum, Constantiensis, Florentini, et Tridentini, quae Augustini actate nondum prodierant: Baptisma vero simulatum ac fictum validum putamus, nisi maxime praeter alias, aucto-

to-

toritate Innocent. III. cap. *Maiores*: (24) »qui fide ad Baptismum accedit, characterem suscipit christianitatis impressum.« Neque enim ad hoc desideratur ab Augustino, « vt sine simulatione accedat; sed vt fructuosus sit ad suscipientis iustificationem.

Ad tertiam dicendum: frustra oblici primum illud S. Thomae testimonium; tum quod non agat eo loco S. Doctor de intentione ministri Baptismatis, sed de intentione suscipientis, de qua hic non disputamus; quum etiam quod loquatur de intentione suscipientis, qua ludum facere vellet, quam et nos non sufficere dicimus ad validum Baptisma suscipiendum. Sed et dici potest: consensum interiorem a S. Thoma ac iuris peritis requisitum ad valorem Matrimonii tanquam necessarium, adeo vt consensus fictus non sufficiat, consensum esse interiorem, cuius obiectum sit verbum illud externum: *ego te accipio in coniugem*, aliudque signum sensibile, quo sibi mutuum fidem coniuges spondent: non autem esse mutuum consensum, cuius obiectum sit ipsamet mutuae fidei obligatio: Quasi necesse parent ad Matrimonii valorem, vt contrahentes interna etiam mente mutuum illam fidem obligare velint, quam datis signis externis sibi inuicem spondent. Atque in hoc nihil a nostra sententia alienum dicunt.

Secundum S. Thomae testimonium facillime exponitur negando contrahentes esse Matrimonii ministros, vt Sacramentum; quod certe Theologi praestantissimi negant, quos occasione nacta recensebimus: nam et nos in eam opinionem iam pridem iuimus. Profecto in hac sententia nihil ad propositum valet oppositum argumentum: falsa quidem suppositione nititur. Demus tamen libentissime contrahentes ministros Sacramenti Matrimonii esse: quid tamen inde? Aliud sane est consensus vnus coniugis in alterum; aliud intentio perficiendi Sacramentum. Consensus ille per verba, aliaue signa expressus, forma est, aut certe causa efficiens Matrimonii: intentio vero non est forma, nec causa efficiens, sed conditio desiderata ex parte coniugum, vt sint ministri Sacramenti. Quia autem consensus fidei mutuae re ipsa consensus non est, quamuis verbis expressus sit, nisi sit interior atque mentalis; ideo matrimonium tunc nullum est: sed non dicitur nullum ex defectu solius ministrantium intentionis. Hinc alienum a praesenti quaestione argumentum propositum est.

Pro tertio testimonio soluendo dicimus: in eo opponere S. Thomam aduerbium *praecipue* non omni derisoriae ac mimicae intentioni,

(24) De Bapt. eiusque effect.

ni, sed illi tantum de qua dubitari potest, an sit derisoria propter signa quaedam exterius patentia. Hic itaque sensus verborum Doctoris Angelici est: In confesso est apud omnes, irritum debere censi Sacramentum, quum dubium sit an minister exterius derisorie et mimice agat: ergo et praecipue quum derisoriam et mimicam suam intentionem exterius certe prodit atque manifestat.

Ad quartam respondemus dato antecedenti negando consequentiam: nam propositio illa ab Alexandro VIII. seu a Romanis Inquisitoribus sub illo Pontifice damnata absque temperamenti prolata, falsa est: nec est eadem cum opinione quam propugnamus. Sane ritus Sacramenti fieri potest exterius, nempe per formae cum materia coniunctionem, absque eo quod Sacramentum conficiatur; scilicet si aut serio ritus ille non peragatur, sed vt liquet in mimo; aut si serio quidem celebretur, sed non ab eo qui aliunde ab aliqua exteriori circumstantia, ex. gr. a Sacramenti postulatione non determinatur ad agendum Ecclesiae nomine, seu tanquam illius minister. Ea de causa valide non baptizat, qui a nemine postulatus, domi cum expressa Trinitatis inuocatione infantem abluit; si intra se resoluar, id quod fert propositio de qua agitur: non intendo facere quod facit Ecclesia. At pro ampliori huius argumenti solutione consolatur Serrius. (25)

Quintae argumentationis solutio est, quod in nostra sententia aiente sufficere externam intentionem vt Sacramentum valeat, certum omnimode habetur ministri intentionem esse quid distinctum ab adplicatione formae supra materiam: quippe qui fateamur Sacerdotem posse coniungere formam cum materia, iocose scilicet vel repraesentatiue, absque eo quod Sacramentum necessario conficiat, si minister habeat voluntatem serio celebrandi ritum externum a Christo institutum: In eo enim solo ritu tota Sacramenti substantia sita est, nec aliud agit Ecclesia quum conficit Sacramentum. Addimus praeterea, semper adesse ministro voluntatem serio celebrandi ritum huiusmodi nomine et auctoritate Ecclesiae; quoties postulatus illum eundem ritum vere et de facto serio celebrat, quantumvis intentionem omnino contrariam intrus gerat: haec enim postrema intentio inefficax ab ea non differt, quae reperitur in Legato qui Principis legem promulgans, interius tamen eius nomine nollit agere.

Sexta sic diluta erit: seria externi ritus celebratio a nobis propugnata vt ad Sacramenti valorem sufficiens, non illa solum est quae

(25) Vbi supra.

ioeo iudoque opponitur, sed est illa etiam quae in his circumstantiis fiat, ex quibus Sacerdos determinatur ad agendum ut minister Ecclesiae eiusque nomine: ita scilicet ut qui ritum externum serio peragit, non modo locose non agat, verum etiam nulla externa circumstantia, nulloque signo externo prodatur, se agere aliud, quam quod Ecclesia agit: quod si quis aquam infunderet ut puerum ex gr. sordentem aut aegrotantem ablueret, cum Trinitatis pia et religiosa inuocatione, etsi non ageret locose, ipso tamen abluendi modo, aliisque circumstantiis satis exterius proderet, se aliud quidpiam agere, quam quod agit Ecclesia baptizando. Vnde nullum hac occasione, nostro etiam iudicio, perficeretur Sacramentum.

Septima sic breuiter solui potest: Missalis Romani rubricas priuatorum Theologorum resolutiones sunt; adeoque conformes sententiae, quae frequentior et communior in Scholis est. At nostris stando principis, dicendum contra est, fieri consecrationem omnium hostiarum, supra quas verba consecrationis serio, libere, et solemniter proferuntur; quamuis interius intendat Sacerdos non consecrare omnes, aut mediam dumtaxat vnius partem. Sed de mus aduersariis Missalis rubricam Ecclesiae resolutionem esse: nam et hoc ipsis placet. Eam tamen regulam intelligendam esse reponimus, iis tantum in casibus, in quibus Sacerdos aliquo signo externo manifestat, nolle se omnes hostias consecrare, aut indeterminatam vnius partem tantum: verum si nullo id manifestat signo, omnes absque dubio consecrat, omnesque illarum partes.

Octaua, si quid euinceret, plus probatura foret, quam quod esset probandum: nempe probaret valere Baptisma vi solius intentionis interioris ministri, absque debita forma in Euangelio praescripta, quod nemo non videt falsissimum esse. Itaque dicendum, hoc etiam in casu de quo Zacharias Rom. Pont. fuerat rogatus, accessisse externam ignari Sacerdotis intentionem; quia serio ea verba abluendo pronuntiat, quae licet ex Grammatices legibus nihil significant, et Ecclesiae intentionem nullo modo ex sese expriment, expriment tamen atque significant ex accommodatione, bonoque proferentis animo. Vnde tametsi mutatus sit euangelicae propositionis sonus, mansit tamen idem sensus.

Ad nonam respondamus primo negando antecedens: nam veritatem non habere, quod ibi adseritur, ostendimus infra ex Innocentio III. Augustino et Thoma, ubi de subiecto Sacramentorum agemus, illo tamen modo concesso, respondemus secundo, maximum hoc dis-

discrimen adsignando: quod minister Sacramenti se habet ut instrumentum, quo Deus causa principalis in operando vtitur, proinde sat est ut diuinae motioni se ipsum subiciat: ei vero se libere subicit quum ex deliberata ratione seipsum Ecclesiae ministrum exterius exhibens, formam cum Sacramenti materia serio coniungit, quamuis interius contradicat, atque apud se dicat, nolo me gerere tanquam Ecclesiae ministrum. E contrario qui Sacramentum recipit, non ob id alicuius superioris causae instrumentum est: vnde opus est ut ad receptionem Sacramenti se ipsum interius moueat, vel saltem contrariam intus voluntatem non gerat.

Decima non multum urget, duo licet inuoluat. Primum enim de Sacramento Extremae Vnctionis sic dispellitur: quod licet valida precatio esse non possit, nisi interna intentione seu potius attentione fiat, dum nuda simplexque est precatio ad aliquod beneficium obtinendum; bene tamen dum est precatio sacramentalis atque consecratoria: ad hanc enim, vt loquitur S. Thomas, (26) sufficit expressio intentionis Ecclesiae, quae verbis sacramentalibus serio prolatis continetur.

Secundum quoque de Eucharistia facile soluitur: falsum quippe est, memoriam mortis Christi esse non posse, nisi ultra intentionem serio peragendi ritum externum sacrificii secreta insuper accedat intentio mortis sacrificium offerendi: nam satis Christi mortis commemorationem facit, qui quod a Christo in illius memoriam institutum est, serio et libere facit; etiamsi ad piam, religiosam, fructuosamque sacrificii celebrationem alia plurima desiderentur.

Vndecimae vt occurramus, ab obiectantibus exquirimus: equis nostram sententiam ad praxim spectare dicat? Totam siquidem speculationis est quaestio ista; in qua quum certo supponatur non licere ministro in praxi externam dumtaxat in Sacramentis administrandis adhibere intentionem, id tantum disputatur, sitne validum Sacramentum, quod ea sola fuit ministratum. Quod si illa ad praxim aliquo pacto trahatur, hoc superaddemus, longe minus periculum nostrae quam oppositae sententiae subesse; etenim vel minister probus est, vel improbus: si probus, de illius minime probitate dubitandum, quin intentionem illam internam adhibeat ad Sacramentum pie et religiose ministrandum: si improbus, eandem nihilosecūs intentionem adhibebit, ubi persuasum habuerit, nihil malignis suis conciliis ac impiae irritandi Sacramenti voluntati posse prodesse intentionis illius secretioris defectum.

Tom. IIII.

FF

tum;

(26) III. Part. q. LXIV. art. 8.

tum : nemo enim gratis impius est , nemo sine aliqua lucrī spe sacrilegium patrat.

Postremae argumentationi obuia responsio est : aliud ad ratam validamque dispensationem in Christi ministro desiderari ; aliud ad piam religiosamque postulari : sufficit ad primum , quod serio , prudenter , ac sana et integra mente id velit minister , quod vti sacrum , vti Sacramentum a Christo est institutum : ad alterum insuper requiritur , vt quod fidelibus administrat , velit tale esse , quale instituit Christus. Certe si vt rata et valida Sacramenta sint , necessum esset , vt qui ea administrant , talia esse fidelibus vellent , qualia Christus instituit , necesse pariter esset , vt ea quoque vellent esse fidelibus salutaria : suorumque effectuum productiua : nam vti talia Christus ea instituit.

CAPVT XL.

De Sacramentorum subiecto ; deque dispositionibus in eo requisitis.

Solus homo viator , ordinarie loquendo , subiectum Sacramentorum est.

Quae vt valide recipiat adultus intentionem saltem externam habeat opus est.

Non vero quod Fidem habeat.

Haud immeritum in prima propositione demonstranda : liquet enim ex dictis Sacramenta esse visibilia quaedam signa , quibus homines in Dei cultum sub alicuius religionis nomine coadunantur , dicens Augustino : (1) » in nullum nomen religionis , siue verum siue falsum , » coagulari homines possunt , nisi aliquo signaculorum vel Sacramentorum visibilium consortio colligentur : » homines ergo soli Sacramentorum subiectum sunt. Deinde : Sacramenta media sunt ac remedia , quae Christus passione sua ac redemptione instituit , vt eorum adplicatione ipsius merita operarentur in suscipiente redemptionis effectum ; nempe liberationem a peccato , quum originali tum actuali atque viam ad aeternam salutem sternerent : At Christus factus est

(1) Lib. XIX. cont. Faustum cap. 2.

redemptor pro solis hominibus , solique homines viatores capaces morbi , et remedii sunt , ac in via ad salutem aeternam : ergo. Beati enim ita eam possident ; vt eam amittere nequeant ; damnati ita eam amiserunt , vt eam sperare non possint. Praeterea : soli homines corpore et animo praediti symbolis sensibilibus indigent ; eisque solis illa possunt adplicari : ergo. Postremo : sic voluit Christus Sacramentorum institutor : nempe misit Apostolos vt homines , non alias creaturas Sacramentis initiarent : ergo.

Propositio secunda duas habet partes : scilicet et quod necessario sit in adulto vt valide Sacramenta suscipiat ; et quod sufficiat intentio recipiendi externum ritum tametsi interius suam retineat intentionem. Et prima quidem colligi videtur ex illo Christi mandato Matth. XXVIII : » cunctes docete omnes gentes , baptizantes eos , » cet. Ad quid enim praecium ad Baptismi susceptionem Christus requireret doctrinam , nisi vt designaret velle , voluntarie ab illis suscipi hoc Sacramentum ? Hinc S. Thomas : (2) » sicut ad hoc quod homo moriatur » veteri vitae requiritur secundum Augustinum (3) in habente vsum » liberi arbitrii voluntas , qua eum veteri vitae poeniteat ; ita requiritur voluntas , qua intendat vitae nouitatem , cuius principium est ipsa susceptio Sacramenti : et ideo ex parte baptizati requiritur voluntas , siue intentio suscipiendi Sacramentum.

Deinde : nusquam Ecclesia cuiquam adulto , qui rationis compos fuisset , Sacramenta conuulit , nisi voluntatem ea recipiendi significasset : vnde praescribunt Canones , vt adultorum voluntas exploretur ; vt statutum fuit in Concilio Carthaginensi III. cap. 34. et Arausicano I. cap. 12 : ergo credidit Ecclesia necessariam aliquam in adulto intentionem. Quae vero haec ? Non eiusdem sane generis cum illa quam supra in ministrante constituimus , sed vel habitualis sufficit , seu saltem interpretatiua. Sic enim statutum legimus a Concilio nuper memoratis , et ab Innocentio III ; quibus adiungenda Augustini (4) et Thomae grauissima auctoritas. (5)

Postremo : nemo compelli inuitus potest ad vitam , proptereaque neque ad Baptismum , per quem initiari Ecclesiae subiiciuntur : quod tenet de aliis Sacramentis ad certum vitae genus obstringentibus , scilicet Ordine et Matrimonio.

Secunda eiusdem propositionis pars ex his probata abunde est , quae

Ff 2

quae

(2) III. Part. q. LXVIII. art. 7.

(4) Lib. IV. de Bapt. cap. 24.

(3) Hom. ult. Inter 50. cap. 2.

(5) III. Part. q. LXVIII. art. 12.

quae de ministrantium intentione sunt dicta : nam eadem prorsus et suscipientium , et ministrantium ratio subest quod ad ipsam adinet substantiam intentionis. Denuo tamen, breuiter licet, probanda est. Primo quidem ex Augustino, ubi docuit (6) valere Baptismum *fallaciter* in Ecclesia datum et acceptum : At Sacramenti *fallaciter* dati aut accepti nomine illud intellexit, quod cum intentionis retentione datum aut acceptum fuit; siue ea retentio ex parte subiecti, siue ex parte ministrum se teneat; ut multis ostendimus, dum de ministri intentione loquebamur : ergo.

Secundo : Innocentius Papa III. (7) definit r. valuisse Baptismum, quo mortis ac suppliciorum metu Iudaei in Hispania initiati fuerant, Imperante Sisebuto christiano Rege; quamuis ipsi Iudaei postea contestati fuissent, se interius Baptismi receptioni contradixisse, quum ablationem sacramentalem cum debita formae prolatione ab Ecclesia ministris factam exterius, et serio patiebantur. Definit praeterea, ratum quoque fuisse Baptisma receptum a Saxonibus, qui adstrebant, se numquam interius Baptismo consensisse; argue se illius externo ritui corpus subiecisse ut tormenta sibi a Principe intentata declinarent; proindeque se ad christianae Religionis obseruationem cogi non posse causabantur.

Tertia propositio sic demonstratur : ut valeat Sacramentum non requiri Fidem generalem, qua quis omnes, vel saltem praecipuos articulos credat, testatur Ecclesia admittens Baptisma ab Arianis, Nestorianis, et Macedonianis receptum, quos ne baptizarentur, dum ad unitatem redibant, cauit; non esse autem necessariam Fidem specialem, seu particularis articulis; eorum etiam quae ad sanctitatem et efficaciam ipsius Baptismi spectant, testata quoque est, Baptisma Lutheranicorum, Calvinistarum, aliorumque approbans; dummodo error in forma illius Sacramenti non fuerit expressus.

Praeterea, id docet Augustinus scribens : (8) non interest, quum de Sacramenti integritate et sanctitate tractatur, quid credat, aut quali Fide imbutus sit ille qui accipit Sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam; sed ad Sacramenti quaestionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum, et peruersam Fidem, & cetera.

Do-

(6) Lib. vii. de Baptism. contra Donat. cap. 53.

(7) Lib. iii. Decr. tit. 42. cap. *Maiores*.

(8) Lib. iii. de Baptism. contra Donat. cap. 14.

Docet et S. Thomas his verbis : (9) « alio modo requiritur aliud quid ex necessitate ad Baptismum, sine quo character Baptismatis imprimi non potest. Et sic recta Fides baptizati non requiritur ex necessitate ad Baptismum; sicut nec recta Fides baptizantis : dummodo adsint cetera, quae sunt de necessitate Sacramenti. »

Postremo : nemo dubitat quin valeat Baptismatis Sacramentum datum Atheo, qui cum intentione saltem externa ritui exteriori illius Sacramenti se subicit; quique aliunde edoctus est, ritum illum tanquam rem sacram haberi in Ecclesia, quae christiana est et dicitur: at nullius omnino articuli ne quidem de Dei existentia, Fidem habet is, quiete et nomine Atheus supponitur : ergo.

CAPVT XII.

Contraria argumenta enervantur.

Hoc vnum obici solet aduersus primam propositionem : monstra, quae ex mulieris foetu exeunt, nonnumquam baptizantur : atqui eiusmodi monstra homines non sunt : ergo non soli homines Sacramentorum subiectum sunt.

Qui vero omnem penitus intentionem a recipiente Sacramenta remouere conantur, his vtuntur momentis. Primum : Innocentius III. (1) adserit, sacramentalem actionem tunc characterem imprimere, quando obicem contrariae voluntatis non inuenit : ergo in subiecto etiam adulto mera indifferentia sat est ut valeat Sacramentum.

Secundum : nonnulli, vel iuuiti, vel saltem infanti, Ordinis Sacramentum initiati sunt : ita factum a se narrat Epiphanius (2) cum Paulliniano Monacho Sancti Hieronymi fratre, quem inultum, seu vi illata per multos Diaconos, primum Diaconum, posthac Sacerdotem ordinauit. Ita factum cum Macedonio a Flautiano Episcopo Antiocheno, quem Presbyterum ordinauit, narrat Theodoretus : (3) Atqui collata eis ordinatio valuit : ergo.

Tertium : plures leguntur baptizari, qui ramen nullam habuerunt intentionem : ut Genesius et Dioscorus, qui dum mimicis mysteria christianorum exhiberent, Baptismate consecrati sunt : ergo absque vlla prorsus intentione.

Quar-

(9) III. Part. q. lxxviii. art. 8.

(1) Cap. *Maiores* sup. laud.

(2) In Epist. ad Ioan. Hierosol.

(3) In Hist. Religiosa cap. 53.

quae de ministrantium intentione sunt dicta : nam eadem prorsus et suscipientium , et ministrantium ratio subest quod ad ipsam adinet substantiam intentionis. Denuo tamen, breuiter licet, probanda est. Primo quidem ex Augustino, ubi docuit (6) valere Baptismum *fallaciter* in Ecclesia datum et acceptum : At Sacramenti *fallaciter* dati aut accepti nomine illud intellexit, quod cum intentionis retentione datum aut acceptum fuit; siue ea retentio ex parte subiecti, siue ex parte ministrum se teneat; ut multis ostendimus, dum de ministri intentione loquebamur : ergo.

Secundo : Innocentius Papa III. (7) definit r. valuisse Baptismum, quo mortis ac suppliciorum metu Iudaei in Hispania initiati fuerant, Imperante Sisebuto christiano Rege; quamuis ipsi Iudaei postea contestati fuissent, se interius Baptismi receptioni contradixisse, quum ablationem sacramentalem cum debita formae prolatione ab Ecclesia ministris factam exterius, et serio patiebantur. Definit praeterea, ratum quoque fuisse Baptisma receptum a Saxonibus, qui adstrebant, se numquam interius Baptismo consensisse; argue se illius externo ritui corpus subiecisse ut tormenta sibi a Principe intentata declinarent; proindeque se ad christianae Religionis obseruationem cogi non posse causabantur.

Tertia propositio sic demonstratur : ut valeat Sacramentum non requiri Fidem generalem, qua quis omnes, vel saltem praecipuos articulos credat, testatur Ecclesia admittens Baptisma ab Arianis, Nestorianis, et Macedonianis receptum, quos ne baptizarentur, dum ad unitatem redibant, cavit; non esse autem necessariam Fidem specialem, seu particularis articulis; eorum etiam quae ad sanctitatem et efficaciam ipsius Baptismi spectant, testata quoque est, Baptisma Lutheranorum, Calvinistarum, aliorumque approbans; dummodo error in forma illius Sacramenti non fuerit expressus.

Praeterea, id docet Augustinus scribens : (8) » non interest, quum de Sacramenti integritate et sanctitate tractatur, quid credat, aut quali Fide imbutus sit ille qui accipit Sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam; sed ad Sacramenti quaestionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum, et peruersam Fidem, & cetera.

Do-

(6) Lib. vii. de Baptism. contra Donat. cap. 53.

(7) Lib. iii. Decr. tit. 42. cap. *Maiiores*.

(8) Lib. iii. de Baptism. contra Donat. cap. 14.

Docet et S. Thomas his verbis : (9) » alio modo requiritur alii » quid ex necessitate ad Baptismum, sine quo character Baptismatis » imprimi non potest. Et sic recta Fides baptizati non requiritur ex » necessitate ad Baptismum; sicut nec recta Fides baptizantis : dum- » modo adsint cetera, quae sunt de necessitate Sacramenti. «

Postremo : nemo dubitat quin valeat Baptismatis Sacramentum datum Atheo, qui cum intentione saltem externa ritui exteriori illius Sacramenti se subicit; quique aliunde edoctus est, ritum illum tanquam rem sacram haberi in Ecclesia, quae christiana est et dicitur: at nullius omnino articuli ne quidem de Dei existentia, Fidem habet is, quiete et nomine Atheus supponitur : ergo.

CAPVT XII.

Contraria argumenta enervantur.

Hoc vnum obici solet aduersus primam propositionem : monstra, quae ex mulieris foetu exiunt, nonnumquam baptizantur : atqui eiusmodi monstra homines non sunt : ergo non soli homines Sacramentorum subiectum sunt.

Qui vero omnem penitus intentionem a recipiente Sacramenta remouere conantur, his vtuntur momentis. Primum : Innocentius III. (1) adserit, sacramentalem actionem tunc characterem imprimere, quando obicem contrariae voluntatis non inuenierit : ergo in subiecto etiam adulto mera indifferentia sat est ut valeat Sacramentum.

Secundum : nonnulli, vel iuuiti, vel saltem infanti, Ordinis Sacramentum initiati sunt : ita factum a se narrat Epiphanius (2) cum Paulliniano Monacho Sancti Hieronymi fratre, quem inultum, seu vi illata per multos Diaconos, primum Diaconum, posthac Sacerdotem ordinauit. Ita factum cum Macedonio a Flautiano Episcopo Antiocheno, quem Presbyterum ordinauit, narrat Theodoretus : (3) Atqui collata eis ordinatio valuit : ergo.

Tertium : plures leguntur baptizari, qui ramen nullam habuerunt intentionem : ut Genesius et Dioscorus, qui dum mimicis mysteria christianorum exhiberent, Baptismate consecrati sunt : ergo absque vlla prorsus intentione.

Quar-

(9) III. Part. q. lxxviii. art. 8.

(1) Cap. *Maiiores* sup. laud.

(2) In Epist. ad Ioan. Hierosol.

(3) In Hist. Religiosa cap. 53.

Quartum : paruulis positua intentione non est opus vt Confirmationem et Ordinem recipiant : ergo neque adultis. Vnde posituae illius intentionis haud meminit Eugenius IV. in Armenorum instructione.

Quintum : valet Extrema-Vnctio collata fideli prae subita infirmitate omnia sensuum vsu destituta : ergo absque positua subiecti intentione validum est hoc Sacramentum : neque enim antequam mentis impositio fieret, vel voce, vel signo Vnctionem extremam petierat.

Qui autem externam intentionem non sufficere existimant, sic arguunt. Primo : S. Thomas sic loquitur : (4) »si in adulto deesset »intentio suscipiendi Sacramentum, esset rebaptizandus.« Er : (5) »ex parte baptizari requiritur voluntas, siue intentio suscipiendi Sa- »cramentum.« Item : »si aliquis ablutionem exterioriorem reciperet, »non intendens recipere Sacramentum, sed ludum et dolum facere »non esset baptizatus :« ergo ex S. Thoma (6) ratum non esset Sacra- mentum illi datum, qui suam retinisset intentionem.

Secundo : ipse Doctor Angelicus haec profert de Matrimonio sub- iecto loquens : (7) »consensus exterioribus verbis expressus absque »interiori consensu nullum Matrimonium facit.« Ex quibus infert, (8) eum qui post consensum, quem visus est per verba exteriora praestitisse, cum altera nubit, non posse ad primam mulierem redire, cum qua fallaciter contraxisse supponitur : additque teneri eum »porius »excommunicationem sustinere, aut in alias remotiores regiones fu- »gere,« quam secundum illam coniugem dimittere, vt ad priorem re- deat ; etiamsi Ecclesiasticus id iudex sancierit : sed S. Thomas idem de reliquis Sacramentis ac de Matrimonio sentit : ergo.

Tertiam denique propositionem haec oppugnant. Primum : Ca- none viii. Concilii Arelatensis r. de Artibus in Ecclesiam redeuntibus sta- tuitur, vt nouo consecrentur Baptismo, si interrogati non responde- rint Trinitatem. Quod et decreuisse videtur alterum Concilium Arelatense Canone xvii. his verbis : »Bonosiacos baptizatos in Trinitate, »si interrogati Fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chris- »mate, et manus impositione in Ecclesia recipi sufficit. Ergo in bap- tismatis subiecto necessario praesupponi debet Fides Trinitatis vt va- leat Sacramentum.

Se-

(4) III. Part. q. lxxviii. art. 7. in resp. ad 2.

(5) In corp. artic.

(6) In Suppl. q. xlv. art. 4. in corp.

(7) In Suppl. q. xlv. art. 4.

(8) In resp. ad 3.

Secundum : Augustinus adserit, (9) valere Baptisma receptum si- ne simulatione, et cum aliqua Fide : ergo.

Tertium : haec scribit S. Opratus Episcopus Milenitanus contra Donatistas : (10) »in hoc Sacramento Baptismatis celebrando tres es- »se species constat. Prima species est in Trinitate ; secunda in cre- »dente ; tertia in operante. Duas video necessarias. Principalem locum »Trinitatis inuocatio possidet, sine qua res ipsa non potest geris hanc se- »quitur Fides credentis : Trinitas enim semper ipsa est ; Fides in sin- »gulis vna est, vim suam semper retinent ambae :« ex quibus hoc conficitur argumentum : comparat eo loci Opratus recipientis Fidem cum Trinitatis inuocatione, illamque non minus necessariam, quam istam esse contendit : ergo quemadmodum Baptisma absque expressa Sanctissimae Trinitatis inuocatione collatum non valet, ita nec recep- tum ab homine, qui Trinitatis Mysterium non credit.

Sed responderetur ad singula. Ad illud quidem quod contra primam propositionem obiectum fuit, ex verbis S. Caroli Borromaei : (11) nempe : »monstrum quod hominis speciem non praesfert, non bap- »tizetur, nisi primum Archiepiscopus vel Episcopus consularur. Si »autem dubitetur, an sit homo, baptizari debet sub conditione, di- »cendo : si tu es homo, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et »Spiritus Sancti.« Itaque monstra baptizantur vnice, quum dubium est an homines sint ; neurquam dum certum est homines non esse.

Ad primum deinde ex his quae intentionem omnem oppugnant, dicendum : Innocentium de his loqui, qui prae infirmitate subita ob- murescentes : »prius catholicum extrisissent, et habuissent propositum »Baptismatis.«

Secundum sic solutum esto : Paullianus et Macedonius, vtpote viti frugi et eximia virtute conspicui, animam Ecclesiae subditum in omnibus habebant ; proindeque in ordinationem Ecclesiae nomine datam consensere : sed existimantes se impares ad ecclesiastica onera sub- eunda, haud violata obedientiae virtute specimen humilitatis prae- ferebant. Adfuisse tandem eis »voluntatem suscipiendi operis boni,« Augustinus testatur. (12)

Tertium nihil certe euincit contra nostram sententiam. Primum enim exemplum, scilicet de Genesii Baptismo, quid valeat in hac re, ex dictis superius facile quis intellegit. Sed nec valet plus secundum quum

(9) Lib. vii. de Bapt. cap. 53.

(10) Lib. v. cap. 89.

(11) In Instruct.

(12) In Epist. clxxiii.

quom falsum sit Dioscorum in Theatro Baptisma recepis- se: quippe qui cum multis cathecumenis pridie Paschatis Baptismate donatus sit. Legito Augustinum huius conuersionis disertissimum narrato- rem. (13)

Quarti illatio neganda est: quia Christo sic instituyente, paru- lis, utpote actuali peccato non foedatis, et Sacramentum per se ip- sos perere non valentibus, prodest aliena intentio, scilicet Ecclesiae eos ad Baptisma recipiendum offerentis. Contra adultis, eo quod an- te morbum positua intentio adesse poterit, aequum non est ut pro- sit Intentio aliena: vnde sibi impurent, quod in amentia aut in mor- bo per Baptismum postea non renascantur. Nec in oppositum facit Eugenii Papae silentium: non enim Armenos docens, de iis agebat, quae ex parte subiecti ad Sacramentorum receptionem necessaria sunt; sed de his tantum, quae ex parte ministri ad Sacramenta conficien- da atque ministranda requiruntur: supponit tamen subiecti idonei- tatem.

Quintum sic soluitur: adesse in allato casu posituam intentio- nem praesumptiuam: qui enim, dum sua fructetur ratione, christianis- mum ad mortem vsque in Ecclesia Catholica profiteri voluit, velle censetur, ut sibi postea ratione destituro Sacramenta conferrentur: ea maxime quae de vita periclitantibus ex Christi mandato neces- saria esse cognoscit.

Neque difficiliora soluta sunt, quae externam intentionem op- pugnare videbantur. Primum enim ex S. Thomae testimoniis conflatum, nihil contra opinionem nostram conficit: Enim quicumque li- bere patitur ut sacramentalis actio a ministro exterius Ecclesiae per- sonam gerente sibi adplicetur, habet absdubio efficacem intentionem et veram voluntatem Sacramentum recipiendi, quantumcumque in- terius reluctetur; nam actio sacramentalis ipsum est Sacramentum; vnde contradictio interior nollito inefficax est recipiendi Sacramen- tum; quae quidem stat simul cum voluntate contraria efficaci. Ad- dendum tamen pro tertio testimonio explicando; loqui ibi Doctorem Angelicum de eo, qui ludum et dolum suum manifestat exterius. Quin et illud vterius dici poterit; fuisse quidem eam mentem Auc- toris supplementi: sed non S. Thomae qui perfici Sacramentum a mi- nistro docuit, qui verbis intentionem Ecclesiae exprimentibus vitur, modo ex subiecti recipientis parte non adpareat contraria voluntas.

Ad

(13) Epist. LXVII. ad Alipium.

Ad secundum, quod ex S. Thomae auctoritate ducunt quoque, sunt qui respondeant; non aequè loquutum fuisse Angelicum Doctorem de reliquis Sacramentis et de Matrimonio: quia, inquirunt, consensu internus, seu intentio non retenta, est simul cum consensu ex- terno materia ex qua secundum Christi institutionem Matrimonii Sa- cramentum componitur: vnde absque interno illo consensu Sacra- mentum non valere concludunt: quod de interno consensu in ordine ad reliqua Sacramenta adseri non potest, quum certum apud omnes sit consensum illum nec ad materiam, nec ad formam pertinere. At nobis haec solutio non probatur, quum ex eo quod internum subiec- ti consensum ad matrimonii materiam spectare gratis fingatur; quod S. Thomas ibi loquatur de Matrimonio, non solum ut Sacramentum est, sed etiam ut est naturalis et ciuilis contractus. Itaque id dicen- dum pro responsione iudicamus, ita quidem sensisse Doctorem An- gelicum dum in sententias scriberet; hoc est quum iunior esset: aliter tamen senior factus, quum Summam Theologicam exarauit.

Argumenta tandem quae tertiam propositionem contradicebant, sic soluantur. Primum quidem dicendo, prioris Concilii Arelatensis sententiam in alienum sensum detorquere eos, qui ea videntur ut probent Afros, quos dum in haeresi baptizarentur, SS. Trinitatis Mys- terium latebat, nouo in Ecclesia Baptismate esse donandos: nihil si- quidem aliud Patres Arelatenses voluere, quam Afros alio Baptisma- te in Ecclesia sanctificari debuisse, si in Trinitatis nomine et inuoca- tione se rinctos fuisse non adfirmarent.

Alterius autem Synodi Arelatensis Patres haud praeceperunt, ut Bonosiaci iterum baptizarentur, si dum a suis abluerentur, Trinitatis Fidem non fuissent professi; sed tantum fuit ab eis praesci- ptum, ut per impositionem manuum in Ecclesiae sinum non admittrentur, quin prius se omnes fidei articulos ex animo credere palam testati fuissent.

Ad secundum dicendum: Augustinum loqui de eo, qui initio iocans, sed subito postea conuersus Sacramentum animo recepit: equi- dem S. Doctori probabile visum est, ratum ac validum esse Sacra- mentum eo in casu propter recipientis Fidem. Eam opinionem, quam tandem antiquauit Tridentina Synodus, nemo Theologorum Aug- ustino vertit criminari: nondum enim illius aetate in plenario ge- neralique Concilio casus, de quo agitur, fuerat definitus. Melius tam- dem dicitur: loquutum Augustinum fuisse de Fide late sumta, quam

Tom. IIII.

Gg

nc-

necessariam adulo esse iudicaret, vt sciat Baptisma, quo donatur, tanquam ritum a Christo institutum celebrari in Ecclesia, aut saltem in societate, quae a nonnullis vera Ecclesia existimetur: neque enim ratum est Sacramentum datum homini, qui ceremoniam, quam sibi applicari libere patitur, tanquam rem sacram in aliqua Ecclesia haberi animo nescit.

Ad tertium responderi Natalis Alexander, (14) id quidem quod fert argumentum, S. Oprato reuera visum fuisse. Quam nos solutionem probamus et amplectimur: non enim difficult negotio ostendi potest S. illum Praesulem credidisse, requiri Dei, Christi, ac ipsius quod suscipitur, Baptismatis Fidem, vt validum sit Sacramentum. At paucis tanti tantaque pietate conspicui Praesulis dicendum arbitramur, cum quoad illud caput Traditionis mentem non fuisse adsequutum.

CAPVT XIII.

Sacramentorum nouae legis efficaciam propugnat.

Omnia nouae legis Sacramenta gratiam sanctificantem vere et proprie producant ex opere operato.

Non omnia, sed tria tantum characterem imprimunt: qui reuera animae inhaeret, atque indelebilis est.

Primam propositionem quod adinet ad gratiae sanctificantis productionem, docent Scripturae non vno in loco. Paulus enim de Ecclesia loquens ad Ephes. v. ad Baptismum adludens, haec habet: «munda-
dans eam (Christus) lauacro aquae in verbo vitae. Actor. viii. dicitur, quod Apostoli per impositionem manuum Spiritum Sanctum Neophitis contulerint: «imponebant manus, et accipiebant Spiritum Sanctum. De Poenitentia Ioannis xx. haec leguntur: «quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. «Eucharistiae vis hac Christi sententia Ioannis vi. exprimitur: «qui manducat carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. «Extremae Vnctionis efficaciam haec Iacobi verba cap. v. inuunt: «si in peccatis sit, remittentur ei. «De ordinatione sic loquitur Apostolus ad Timoth. iv: «noli negligere gratiam, quae est in

»te,

(14) Dissert. xxiii. in Hist. Eccl. Sess. iii.

»te, quae data est tibi cum impositione manuum presbyterii. «Et de Matrimonio Ioan. ii. (vt Patres interpretantur, maxime Cyrillus) dicitur, quod in nuptiis Cana, quibus Christus praesentem se exhibuit, sanctificatum fuerit; atque ad gratiae productionem fuerit eleuatum.

Docent praeterea Patres. Iustinus enim (1) ait: nos per Baptismum renasci, »et remissionem ante commissorum peccatorum consequi in aqua. Tertullianus de Baptismo quoque scribens dicit: (2) »superuenit statim spiritus de coelis, et aquis superest, sanctificans »eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi combibunt. «Cyprianus inquit: (3) »vni necesse est eum qui baptizatus sit, vt »accepto chrismate, id est vnctione, esse vnctus Dei, et habere in »se gratiam Christi possit. «Augustinus praeter alia plurima, quae laudata suis locis sunt, testimonia, praeclaram tulit sententiam contra Cresconium scribens; (4) atque firmissimis ipsorum Donatarum factis demonstrauit, »non eorum meritis a quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur, constare Baptismum, sed propria sanctitate atque veritate, propter eum a quo institutus est. «

Docent quoque Concilia: Sic enim post antiqua loquuntur Florentinum et Tridentinum. Primum: (5) seu potius Eugenius IV. ait: »illa, id est Sacramenta veteris legis, non causabant gratiam, sed »eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Haec vero »nostra, et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. «Secundum sic loquitur: (6) »si quis dixerit, Sacramenta nouae legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum »externa sint acceptae per Fidem gratiae vel iustitiae, et notae quaedam christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

Accedit ratio: Baptismus infanti collatus validus est, gratiamque illi confert regenerantem non ex Fide aut merito ministrantis collatus enim a malo ministro, infideli etiam vel pagano, gratiam confert: sed neque eam confert ex Fide, merito, aut dispositione suscipientis, quum huius sit proors incapax: ergo ex propria virtute.

Itaque argumenta hucusque producta probant etiam Sacramenta

G 2

le

(1) In Apolog.
(2) Cap. iv.
(3) Epist. lxx.

(4) Lib. iv. cap. 16.
(5) In Decr. pro Instruct. Armen.
(6) Sess. vii. Can. 7.

legis nouae gratiam *ex opere operato* producere, vt facile quis percipere potest. Sed et definitum hoc expresse fuit in Concilio Tridentino (7) verbis illis: «si quis dixerit, per ipsa nouae legis Sacramenta *ex opere operato* non conferri gratiam, anathema sit.» Cui definitioni ratio suffragatur: nam gratiam *ex opere operato* conferre, nihil est aliud, quam eam conferre vi operis quod exterius exercetur; seu praecise eo quod a legitimo ministro forma materiae, et vtraque suscipienti adplicentur: atqui noui foederis Sacramenta ea ratione gratiam sanctificantem producunt: etenim eam conferunt, non dependenter a Fide, aut probitate ministri, quum ex dictis ministrantium iniquitas nec integritati, nec virtuti Sacramentorum noceat: ea insuper non produciuntur vi dispositionum in suscipientibus repertarum; quippe aliquando nullas omnino in subiecto supponunt, vt in paruulis et in amentibus ab infantia; atque si aliquas in adultis requirunt, non sunt dispositiones illae causa efficiens gratiae, sed mera ad ipsam praeparatio: ergo.

Secundam propositionem probant quoque Scripturae: Paulus enim in II. ad Corinth. I. dicit: in Confirmatione Deum nos *unxisse* et *signasse*, caractere nimirum, quo veluti signo quodam anima nouo et speciali iure tamquam Dei ipsius possessio designatur. Eundem loquendi modum ipse Apostolus de Baptismate loquens adhibuit, dicens cap. IV. eiusdem Epistolae: «nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.»

Eandem propositionem probat Patrum Traditio. Ambrosius primum tener locum, vbi de Mysteriis loquens dicit: (8) accipere nos in Baptismate «signaculum spirituale.» Audiendus modo est Augustinus, cui et ipsum characteris nomen, quo nunc vtitur Ecclesia, notum fuit, quippe rem eo nomine significatam antiquos Patres tamquam principium supposuisse demonstrat. Haec sunt Augustini verba: (9) «satis eluxit Pastoribus Ecclesiae Catholicae toto orbe diffusae, per quos postea plenarii Concilii auctoritate originalis consuetudo firmata est, ouem, quae foris errabat, et Dominicum characterem a fallacibus depraedatoribus suis foris acceperat, vententem ad christianae veritatis salutem ab errore corrigit, a captiuitate liberat, a vulnere sanat; characterem tamen Dominicum in ea agnoscere potius, quam improbari.» Declarat praeterea quaenam sint Sacramenta hunc characterem imprimantia; et tum de Baptismo

(7) Can. VIII. eiusd. Sess. (8) Cap. VII. (9) Lib. VI. de Bapt. cap. I.

seorsim id adfirmat: (10) tum de Baptismo cum Ordine coniunctum (11) tum denique de Confirmatione. (12) Leguntur his adfinita in Basilio, (13) Gregorio Nazlanzeno, (14) Epiphano, (15) aliis.

Probant praeterea Ecclesiasticae definitiones. Nam Innocentius III. cap. *Maiores*, non semel characteris quem imprimit Baptismus, mentionem facit; immo ante Innocentium illius meminit Magister Sententiarum. (16) Eugenius item IV. ex communi Ecclesiae sensu trium Sacramentorum characterem Armenos docuit: eundem postea aduersus pestilentissimos Nouatorum errores stabiliiuit Synodus Tridentina, non doctrinarum nouitati, sed veterum documentis inhaerens, his verbis: (17) «si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, vnde ea iterari non possunt; anathema sit.»

Accedit S. Thomae ratio: (18) «quicumque, inquit, ad aliquid certum deputatur, consuevit ad illud consignari: sicut milites qui adscribebantur ad militiam, antiquitus solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri, eo quod deputabantur ad aliquid quod corporale: sed homines per aliqua Sacramenta deputantur ad aliquid spirituale agendum vel recipiendum, pertinens ad Dei cultum: ergo consequens est, vt per ea fideles aliquo spirituali characterem insigniantur.»

Iam vero characterem hunc animae inhaerere, atque deleri non posse ex his quae nuper dicebamus, habetur. Concilia siquidem alunt characterem imprimi: Patres eundem adpellant notam, sigillum, signaculum. Deinde: ipsa Concilia characterem dicunt signum quoddam spirituale et indelebile: Patres quoque, quum Graeci, tum Latini, illum sigillam sanctum indelebile adpellant. Praeterea: Theologi communiter id adserunt, characterem nempe non habere contrarium quo destruat: non enim confertur ad sanctificationem, sed ad consecrationem et spirituales potestatem: proinde potest cum peccato componi, atque in peccatore reperiri. Atque hinc consequitur etiam, quod tria tantum Sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio, et

Or-

(10) In Epist. ad Bonif. Ep. XIII.
(11) Lib. n. cont. Epist. Parmen.
cap. 13.
(12) Lib. n. cont. lit. Petil. cap. 104
(13) Homil. XIII.

(14) In Hortat. ad Sacr. lauacrum.
(15) Haer. v.
(16) In IV. dist. 44.
(17) Sess. VII. Cnn. 9.
(18) III. Part. q. LXIII. art. 1.

Ordo imprimunt characterem; his quippe Ecclesiae filii, milites, et ministri efficiuntur.

CAPVT XIV.

Sectariorum erroribus memoratis eorumdem soluit argumenta.

Quum errorum ferme omnium, quotquot a Sectaris inuenti sunt, capitalis ille habeatur, quod sola diuinarum promissionum Fide iustificatur homo, eaque sola Christi iustitia apprehendatur, ac nostra quodammodo fiat; ex eo tanquam ex infecta radice immania illa eorumdem commenta enata sunt; videlicet ad solam nutriendam Fidem Sacramenta fuisse a Christo instituta; neque aliud illa esse, quam acceptae per Fidem gratiae vel iustitiae exteriora signacula, et quasdam christianae professionis notas, quibus fideles ab infidelibus secerantur, proindeque delirare Romanenses (quo nomine nostros Theologos designatos per ludibrium volunt) dum aiunt, noui foederis Sacramenta gratiam continere quam significant, ac reipsa eam conferre non ponentibus obicem; ac barbaro protus, et pene magico vocabulo, ex opere scilicet operato fictitiam hanc Sacramentorum efficaciam exponunt. Ita post Lutherum (1) et Caluinum; (2) loquuntur eorum asseclae omnes, vt Sacramenta nuda signa et theoretica, adeoque omni destituta efficacia stantur.

Neque solam tamen gratiae sanctificantis efficientiam nostris Sacramentis denegant; sed et alterum quoque effectum, characterem nempe, a tribus illis memoratis Sacramentis produci pernegant; dogmatizantes, Dogma istud nouitium in Ecclesia esse, atque miram proinde nouorum Theologistarum fictionem, inuentumque venerandae antiquitati inauditum, nec nisi ineunte saeculo tridecimo ab Innocentio III. protulsum. Ita potissimum Kemnitius loquitur, (3)

Quae vero vt impia haec commenta propugnent, argumenta producant? Haec scilicet ad denegandam Sacramentis gratiae efficientiam. Primum ex Scripturis petitur; legimus enim ad Rom. 1. «Iustus ex Fide uiuit.» Et cap. 14. «credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam.» Item Marci ultimo: «qui crediderit, et

(1) In lib. de captiu. Baby. cap. de Bapt.

(2) Lib. 14. Instit. cap. 14.

(3) II. Part. Exam. Concil. Trid.

«baptizatus fuerit, saluus erit.» cet. Rursus 1. Petri cap. 11. «saluos facit Baptisma: non carnis depositio sordium; sed conscientiae bonae interrogatio in Deum, cet.: ergo iustificatur homines per Fidem immediate; per Sacramenta vero, quatenus Fidem excitant.

Secundum est huic simile: Apostolus laudato cap. 14. docet Abrahamum, non ex Circumcisione, sed ex Fide fuisse iustificatum; ergo.

Tertium sumitur ex Patribus. Scribit siquidem Augustinus: (4) «vnde tanta virtus aquae, vt corpus tangat, et cor abluat; nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur.» Et alio in loco: (5) «nec donum coeleste poterit consequi, qui se per aquam, non per Fidem commutari credit.» Hieronymus quoque dicit: (6) «homo aquam praebet; Deus autem Spiritum Sanctum.» Bernardus insuper habet: (7) sic Sacramenta gratiam conferre, sicut annulus, baculus, liber conferunt Episcopatum, Abbatiam, Canonitum: quae tamen nuda signa sunt. Patres ergo docent, Fidem, non Baptisma gratiam conferre.

Quartum: si nouae legis Sacramenta gratiam producerent, seu impium iustificarent, inanis esset Christi passio: cui tamen vni nostram debemus iustitiam: ergo.

Quintum: dicuntur a Patribus Sacramenta gratiae signa quaedam ac sigilla; proindeque supponere in subiecto cui conferuntur, gratiam: at quod gratiam praesupponit, illius causa non est: ergo.

Sextum: modus ille loquendi ex opere operato valde recens est; atque imperitissime ab Scholasticis, et ab ipsis etiam Concilii Tridentini Patribus in usum acceptus. Nam neque in Scriptura, neque in Patribus, immo neque in Scholasticae Theologiae Parentibus reperitur: praetereaque non nisi per ignorantiam pro verbo passiuo illae voces sumi potuere, quum operari verbum deponens sit.

Septimum: voces illae ex opere operato dispositionum omnium, et ipsius etiam Fidei necessitatem excludere videntur in iis, qui iam adulti Sacramenta recipiunt: ergo incaute eis vsi sunt Tridentini Patres; inepte quoque adhibentur ab hodiernis catholicis Theologis, quibus Sacramenta in adultis nulla dispositione praeparatis non agere persuasum est.

Aduersus characteris impressionem haec alia obiciunt. Primum: etiam

(4) Tract. LXXX. in Ioan.

(6) In cap. 14. Isai.

(5) In lib. qq. vet. et nou. Testam.

(7) In Sermon. de Coena Dñi.

etiam characteris nomen nouum et inauditum est : principio enim in Scripturis non legitur : deinde nec ipsi Scholarum duces ante Petrum Picrauiensem Magistri Sententiarum auditorem characteris meminere : atrumque de eo silentium est penes ipsum Magistrum : ergo non immerito illum adpellare quidam Innocentii III. figmentum, placitumque Scholasticorum labente saeculo xii. exortum.

Secundum : dum Patres signaculi Baptismatis meminere ; atque dum Augustinus expresso vocabulo characterem nominauit , non id quod Scholastici contendunt intellexere ; sed christianae Fidei professionem ; ut constat ex Augustino : (8) ergo nihil aliud character ille erit quam Trinitatis ac Fidei euangelicae professio.

Tertium : characterem ex eo praesertim capite catholici Theologi adstruunt , quod aliqua Sacramenta nequeant iterari : at haec ratio infirma simul et falsa est : etenim nec prima Tonsura reiteratur , ne in his quidem qui de gradu delinquant ; nec tamen Sacramentum , nec Ordo illa est : et Morino teste , (9) Confirmatio et Ordo quondam iterata sunt.

Quartum : infirma vel maxime est ratio illa , cui hi Theologi nituntur , ut adstruant , quod Baptismus , Confirmatio , et Ordo characterem imprimant ; quia nempe conferuntur consecratione quadam , per quam homines in Dei cultum deputantur : id enim cuiuslibet Sacramenti videtur proprium.

Quintum : scilicet innotescere hoc signo debent ? Deo ? noscitur ille absque eiusmodi signaculo gregem suum. Hominiibus ? Horum intuitum signatio illa subterfugit : ergo.

Sextum : characteris naturam nobis esse penitus ignotam ipsi Theologi catholici fateantur opus est : at sumae deimentiae est rem prorsus incompertam admittere : ergo.

Septimum : vel sola opinio diuersitas , quae apud Catholicos viget in designando characteris constituitiuo , abunde euincit tanquam figmentum illum esse habendum : ergo.

Octauum : quum anima a corpore per mortem separatur , desinit profecto finis ad quem ille imprimi dicitur ; nimirum exterior Dei cultus : non enim in altera vita Deus colitur per quorundam Sacramentorum receptionem aut administrationem : non ergo animo indelebili ille est. Haec sunt , quae et aduersus gratiam , et aduersus characterem ab haereticis opponi solent.

In

(8) In Serm. ad plebem Caesar. (9) In lib. de Sacris Ordinat.

In quibus tamen soluendis non est cur multum insudemus : siuola siquidem atque inepta adeo sunt , ut vel leuiter ea attingisse , eneruasse fuerit. Ad primum itaque ex his quae priorem Sacramentorum effectum impugnant , respondemus , perperam hanc illationem duci : homo iustus est per Fidem : ergo per solam Fidem. Sequetur enim inde , quod nec per Christi Passionem meritaque iustificemur , iustificamur autem per Fidem , per Christi Passionem , ac per Sacramenta. Per Fidem tanquam per iustificationis initium. Per Passionem Christi tanquam per causam meritoriam. Per Sacramenta tanquam per media a Christo instituta ad consequendam iustificationem. Ita duplicem Pauli locum expositum volumus. Qui vero ex Marco sumtus est , aequae Fidem et Baptismum claudit , pariterque ad adulti salutem requiri docet ; quoniam , ut fert Scholasticorum proloquium , bonum ex integra causa : ad damnationem autem alterutrus defectum sufficere ibi adseruit , quia malum ex quocumque defectu. At meminit potius Scriptura defectus Fidei , quam Sacramenti , quia si quis Fide careat , etsi Sacramentum recipiat (si rationis capax sit) damnabitur : si vero Fidem habeat , nec tamen velit Sacramentum in re suscipere , illum tamen suscipiat in foro , saluabitur. Petrus tandem in sensu diuiso loquutus fuit , ita ut voluerit Baptismatis externa ablutione hominem non sanctificari , nisi cum interrogatione bonae conscientiae ; seu nisi cum abrenuntiatione , quae ex animo fiat , coniuncta sit.

Ad secundum dicendum : haud valere argumentum a Circumcisione aliisque veteris legis Sacramentis ad Baptismum ceteraque noui foederis Sacramenta : « illa enim , ut loquitur Concilium Florentinum , (10) non causabant gratiam , sed eam solum per Passionem Christi dandam esse figurabant : haec vero nostra , et continet gratiam , et ipsam digne suscipientibus conferunt. » Ast consulendi super hac re sunt , qui data opera de Sacramento:um veteris legis virtute agunt.

Tertium ex Patrum dictis constat sic soluitur : Augustinus expresse dicit , aquam Baptismi nedom corpus tangere , sed et cor abluere ; sentit ergo aquam Baptismi animam mundare : sed quoniam dubitari poterat quomodo id pacto fieret , subdit , « faciente verbo : » rursusque , quia adhuc poterat dubium esse , an verbum hoc faciat ex sono materiali vocis , an ex virtute ipsi collata , adiungit : « non

Tom. III.

Hh

» quia

(10) In Instruct. Armen.

quia dicitur, sed quia creditur: « vt scilicet intelligatur, a Christo auctore hanc obtinuisse virtutem: » nam, inquit, et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum Fidei quod praedicamus. « Ita Augustinum exponit S. Thomas. (11) Secundum testimonium Augustini non est: falso enim liber ille Augustino adscribitur.

Hieronymus deinde hoc vnum vult, ministrum tantum aquam praebere; hanc tamen non sanctificare, sed Deum solum. Ceterum Baptismi aquam verbo Dei sanctificatam peccata dimittere aperte Hieronymus dicit: (12) vbi ad illa verba, « lauamini, et mundi estote, » haec in persona Dei addit: « Euangelii mihi placet, religio, » vt baptizemini in sanguine meo per lauacrum regenerationis, quod solum potest peccata dimittere. «

Bernardus denique Sacramenta acquirans annulo, baculo, et libro, haud vult nuda illa signa esse, vt sunt posteriora. Immo ipso in loco contra querelas, cur nempe post Baptismum rebelles permanent motus, inquit: « confidite, quia in hac gratia subuenit; et vt secuti sitis, Sacramentum Domini corporis et sanguinis pretiosi inuestituram habetis. » Et post hac: « si quis, ait, motus concupiscentiae tam acerbos, vt antea, non sentit, gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. «

Quartum hac distinctione diluitur: si Sacramenta gratiam producerent tanquam causa principalis, inanis esset Christi passio; ita. Si tanquam causa instrumentalis, nego. Christus igitur Sacramentis virtutem gratiae; quae non ex sese, sed ex vna Christi passione virtutem operandi habent: vnde scribere Patres, manasse ea ex Christi mortui latere. Quos inter haec Augustinus protulit: (13) « vigilant verbo vsus est Euangelista, vt non diceret: latus eius percussit aut vulneravit, sed aperuit: vt illic quodammodo vitae ostium panderetur, vnde Sacramenta Ecclesiae manauerunt, sine quibus ad vitam, » quae vera vita est, non intratur. «

Quinti solutio est: Sacramenta dici a Patribus signa ac sigilla gratiae, quod hanc significant, et quasi sub sigillo exteriori continent; non quod eam tantum significant, aut Fidem obsignent, seu subiectum, vt placet haereticis, in Fide specialiter de accepta iustificatione confirmant.

Ad

(11) III. Part. quaest. LX. art. 7.
ad 1.

(12) In cap. 1. Isai.
(13) Tract. cxx. in Ioan.

Ad sextum dicimus primo: eum loquendi modum, non nuper quoad catholicum quem includit sensum fuisse excogitatum: eum enim sensum tradidit Augustinus, (14) vbi sic loquitur: « non eorum meritis a quibus ministratur, aut eorum quibus ministratur, constare Baptismum; sed propria sanctitate atque veritate propter eum a quo institutus est. » Quin et quoad sonum adhibitum fuisse eandem rationem loquendi a S. Thoma, (15) et ante ipsum ab Innoc. III. (16) scimus. Quam praeterea circa Angelici Doct. tempora in Scholis obrinuisse censet, probatque Dominicus Soto scribens: (17) « aiunt Sacramenta nouae legis ex opere operato gratiam conferre, quod quidem verbum non modo in Sacra Scriptura non extat: verum neque apud antiquos Patres reperitur: quare etsi D. Thomas illius meminerit, quoniam tunc forte illud idioma serpere incipiebat, non tamen quasi ex sua opinione, sed ait ipsum Sacramentum a quibusdam dici opus operatum; hic vero in Summa illud non vsurpat. «

Secundo dicimus: gratis admissio esse verba aliqua deponentia, quod negat Gaspar Scioppius: (18) ne cum Grammaticis vulgaribus licem iniuriamus: haud errori verti Patribus Tridentinis debent, quod verbo illo passim vsi sint, quoniam necessum id esse viderunt, vt Ecclesiae Fidem absque ambagibus, omnique acquinocinatione seclusa, fidelibus traderent; Augustinum imitati, qui Psalmos enarrans, (19) ne phrasis, qua utebatur, equiuoco laboraret, *ossim ossi* potius, quas *os ossis* maluit dicere.

Septimo respondemus: immerito occasione illarum vocum imponere Sectarios Romanae Ecclesiae: primo enim Concilium Tridentinum, a quo Sacramenta ex opere operato gratiam producere definitum est, impactam sibi calumniam depulit, quum vbi docet (20) conceptis terminis absolutionem nequaquam peccata remittere absque bono suscipientium motu: tam etiam (21) vbi varias disputationes ad Baptismi effectum praerequisitas sigillatim recenseret. Secundo: quamuis Philosophi doceant ignem per se ex vi operis seu ex opere operato agere; ea tamen loquendi ratione non inficiantur, ignem, vt in actum exeat, aliquas in subiecto cui applicatur, dispositiones praesupponere:

Hh 2 re:

- | | |
|--|-----------------------------------|
| (14) Lib. iv. cont. Cresc. cap. 16. | (18) Lib. III. cap. 2. et 3. Mi- |
| (15) In iv. Sent. dist. 1. q. 1. art. 5. | neruae Sanctianae. |
| (16) Lib. 3. de myst. Missae cap. 5 | (19) In Psal. cxxxviii. |
| (17) In iv. Sentent. dist. 1. q. 3. | (20) Sess. xiv. |
| art. 1. | (21) Sess. vi. de Iustif. cap. 6. |

re: igitur neque Tridentini Patres, aut ignorantiae, aut erroris debent insimulari, quasi praerequisitas in iis qui Sacramenta recipiunt, dispositiones excluserint; quum ea gratiam *ex opere operato* producere definerunt.

Nec difficilior soluantur ea, quae aduersus characteris pugnant impressionem. Primum enim sic solummodo esto: quod licet nomen characteris in Scripturis non legatur, legitur tamen res per nomen significata: nempe nos Spiritu Sancto *signari*, ut diximus ex Paulo. Neque necesse quidem est nomina omnia, quibus in rebus Fidei utimur, expresse in Scripturis legi: nomina quippe *Hypostasis*, *Personae*, *Ingenitum*, Scriptura non habet; quae tamen nec ipsi haeretici inficiantur.

Quid? quod characteris nomen antiquioribus fuerit incomperitum? Diximus saepe numero nouas haereses nouas intulisse quaestiones, quas profligatas fuisse nouorum vocabulorum usu constat: sed quod modo explicamus, characteris nomine veteres significarunt signaculi ac sigilli vocabulis. Ast quod attinet ad Sententiarum Magistrum, de characteris expresse eum fuisse loquutum legimus. (22)

Ad secundam dicendum: Patres omnes quum Graecos, tum Latinos, reuera characterem designasse vocabulis signaculi ac sigilli ut ex ipsorum testimonio capite praecedenti memoratis, aliisque in Commentatoribus obuili liquet: Augustinus uero in laudato sermone expresse dicit, Baptismi et Ordinis characterem permanere in deserto, schismaticum, et haeticum nomine desertoris designans: proinde characterem a Fide et a gratia sanctificationis distinctum agnoscit: quem quidem, dicente Augustino, eatenus ex Fide Trinitatis cognoscimus, quatenus Fides ipsa Trinitatem exprimit, cuius inuocatione datus Baptismus, characterem figit et imprimit.

Tertio sic occurrimus: Tonsuram fuisse quandoque iteratam, et quidem Morino auctore, in cuiusvis Ordinis collatione: ita ut fuerit olim Tonsura ceremonia quaedam minorum Ordinum collationi adnexa: neque characterem ipsam imprimere dici potuit, nisi ampliori significatione: unde ut modo non reiteretur, facit sola Ecclesiae Catholicae consuetudo. Quamuis et probabile nonnullis, Canonistis praesertim, visum sit, eam sacro ritu ab Episcopo collatam, et esse Sacramentum, et characterem imprimere: unaquolibet ex his responsionibus corrui adducta argumentatio quoad primum extremum.

Quoad

(22) In iv. Dist. 24.

Quoad secundum autem corrui hac duplici responsione: contentid Morinus duo illa Sacramenta, etiam secundum ritum a Christo praescriptum, extra Ecclesia data, fuisse inualida; quod Ecclesia editis a se canonibus ministros extra Ecclesiae castra existentes inhabiles reddidisset ad ea conferenda; licet formam a Christo praescriptam adhiberent: eodem sane pacto, quo consanguineos (addit) intra quantum gradum reddidit inhabiles ad contrahendum Matrimonium. Hac doctrina posita iterata fuit Sacramenta illa inualide. Sed melius dicitur: Morinus hac in re Ecclesiae mentem non fuisse adsequutum: nusquam enim tale Ecclesia praescribit; quinimo nusquam Confirmatio et Ordo, etiam extra Ecclesiam data, iterata sunt.

Ad quartum dicendum: iam pridem a nobis dictum esse cur Sacramenta reliqua characterem non imprimant; imprimant autem Baptismus, Confirmatio, et Ordo: non ergo ob ineptas illas quas haeretici adferunt rationes.

Quinti solutio ex ipsa Christi Institutoris voluntate petitur: nempe quod Domino sic placuerit fideles obsignare suos, spirituali impressa nota qua ab Angelis dignoscerentur, qua Electi Sacramentorum decora in caelis praesferrent, qua in gehenna uehementius desertores confunderentur.

Sextum uerbo solummodo erit: necum summae dementiae, sed summae etiam temeritatis esse illarum rerum denegare existentiam, quarum natura incomperita nobis penitus est: neganda enim illico a nobis essent supernaturalia omnia, quum illorum essentia nostrum caput superent: neganda itaque Trinitas personarum, Incarnationis oeconomia, Mystera denique omnia.

Septimum ut diluamus, illud praepremis fatemur, quod negare nullo modo possumus: nihil certi inter Theologos catholicos de characteris natura haberi: probabiliter Durandus ac Scotus illum esse relationem quandam arbitrati sunt, ita ut anima per illum relationem dicat ad officia quaedam praestanda: ceteri omnes qualitatem physicam esse fortasse probabiliter opinantur, qua humana mens per modum habitus facilius praestare possit officia christiana. Interea in eo conueniunt omnes, ut adserant illum reuera uere existere, atque signum quoddam indelebile animae impressum esse.

Ad octauum dicendum: characterem ordinari non solum ad Dei cultum exteriorem, sed etiam ad gloriam et dignitatem subiecti, quod

il-

illo insignitum est : » et ideo, inquit S. Thomas, (23) post hanc vitam remanet character, et in bonis ad eorum gloriam, et in malis » ad eorum ignominiam : sicut etiam militaris character remanet in » militibus post adeptam victoriam, et in his qui vicerunt, ad gloriam, » et in his qui sunt victi, ad poenam. «

APPENDIX.

Quem vero in modum nouae legis Sacramenta gratiam producant caesentiae, multis nostri Scholastici disputare solent : quorum nos exemplum sequi vetamur, qui de quaestionibus subtilibus agere, et superiorum decreto prohibemur, et amore etiam arque studio, quo in res vtilles trahimur. Quoniam autem et hic a Nonarioribus premimur ; scilicet obiectant nobis aduersus Sacramentorum efficientiam opinionum varietatem, qua Theologi catholici colliduntur ; nonnulla ex Cl. Melchioro Cano et in hac quaestione profereamus. (24) Equidem » nulla res est, inquit, de qua tantopere non solum indocti, sed etiam » docti dissentiant. Quidam, quum Sacramenta gratiam ipsam efficerent iudicent impossibile, Sacramenta aiunt, causas esse dispositiuas gratiae ; quia scilicet characterem vel ornatum, nescio quem, producant, id est qualitates interius disponentes ad gratiam. Alii ea gratiae causas esse affirmant extrinsecus adpositas, vt annulum regium aut sigillum, quibus ostensis ac exhibitis id nobis praestatur, quod ex Regis beneficio quaerimus. Opinantur alii, Sacramenta non nisi per accedens gratiae causas esse ; quia etsi nihil vere agant efficiantque, sine his tamen Deus gratiam non largitur. Sunt contra qui existimant, Sacramenta virtute supernaturali diuinitus insita gratiam ipsam physice attingere, et instrumentali actione facere. Ac demum alii, qui proprius accedunt ad veram rei huius intelligentiam, Sacramenta censent causas esse gratiae veluti mortuus diuinae voluntatis. Sunt enim ratio propter quam Deus gratiam confert . . . Quorum opiniones, quum tam variae sint tamque inter se dissidentes, alterum profecto fieri potest, vt eorum nulla, alterum certe non potest, vt plus vna vera sit. Quod si pace vestra dicere mihi licet (licebit autem quod modestissimum est) aut fallor ergo, aut nulla earum opinionum vera est. «

Quid haec tamen opinionum varietas ad Dogma quod haecenus Ecclesia constantissimae credidit ? Vt fuerint Scholae Theologi in

(23) III. Part. q. LXIII. art. 5. ad 3. (24) In Relect. de Saeram. part. IV.

in explicanda ratione, qua Sacramenta gratiam conferunt, discordes ; mira tamen est fuitque semper in retinenda Dogmatis substantia consensio.

LIBER XIV.

In quo de Baptismo, Confirmatione, et Poenitentia pertractatur.

CAPVT I.

Baptismatis institutio atque obligatio demonstrantur.

Indubitatum omnino est Sacramentum Baptismi fuisse ante passionem a Christo institutum.

Et probabilius quidem dum baptizatus fuit in Iordane.

Quod tamen non obligasse ante factam sufficientem Euangelii promulgationem opinamur.

Prioris propositionis probationem suppeditant Scripturae. Legimus siquidem Ioan. III. » venit Iesus et discipuli eius in terram Iudaeam, » et illic demorabatur cum eis, et baptizabat. « Et paucis interiectis : » quamquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. « At Christus, suorum Apostolorum ministerio, non Ioannis Baptisma, sed suum conferebat ; iam tunc ergo Baptismatis Sacramentum institutum erat. Minor propositio sic euincitur : si Apostoli iam tunc baptizassent Ioannis baptismo, non Christus per eos baptizasse diceretur, sed Ioannes cuius baptismum contulissent. Deinde : nulla certe emulationis causa, nulla contentio inter Ioannis discipulos et Christi fuisset orta, si Apostoli Ioannis baptismo baptizassent : id siquidem ad Ioannis gloriam cessisset potius : at ortam emulationem et contentionem Scripturae testantur, vbi legitur : discipuli Ioannis venerunt ad Ioannem, et dixerunt ei : » Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium praebuisti, ecce baptizat, et omnes veniunt ad eum. « ergo.

Ac

illo insignitum est : » et ideo, inquit S. Thomas, (23) post hanc vitam remanet character, et in bonis ad eorum gloriam, et in malis » ad eorum ignominiam : sicut etiam militaris character remanet in » militibus post adeptam victoriam, et in his qui vicerunt, ad gloriam, » et in his qui sunt victi, ad poenam. «

APPENDIX.

Quem vero in modum nouae legis Sacramenta gratiam producant caesentiae, multis nostri Scholastici disputare solent : quorum nos exemplum sequi vetamur, qui de quaestionibus subtilibus agere, et superiorum decreto prohibemur, et amore etiam arque studio, quo in res vtilles trahimur. Quoniam autem et hic a Nonarioribus premimur; scilicet obiectant nobis aduersus Sacramentorum efficientiam opinionum varietatem, qua Theologi catholici colliduntur; nonnulla ex Cl. Melchioro Cano et in hac quaestione profereamus. (24) Equidem » nulla res est, inquit, de qua tantopere non solum indocti, sed etiam » docti dissentiant. Quidam, quum Sacramenta gratiam ipsam efficerent iudicent impossibile, Sacramenta aiunt, causas esse dispositiuas gratiae; quia scilicet characterem vel ornatum, nescio quem, producant, id est qualitates interius disponentes ad gratiam. Alii ea gratiae causas esse affirmant extrinsecus adpositas, vt annulum regium aut sigillum, quibus ostensis ac exhibitis id nobis praestatur, quod ex Regis beneficio quaerimus. Opinantur alii, Sacramenta non nisi per accedens gratiae causas esse; quia etsi nihil vere agant efficiantque, sine his tamen Deus gratiam non largitur. Sunt contra qui existimant, Sacramenta virtute supernaturali diuinitus insita gratiam ipsam physice attingere, et instrumentali actione facere. Ac demum alii, qui proprius accedunt ad veram rei huius intelligentiam, Sacramenta censent causas esse gratiae veluti mortuus diuinae voluntatis. Sunt enim ratio propter quam Deus gratiam confert. . . . Quorum opiniones, quum tam variae sint tamque inter se dissidentes, alterum profecto fieri potest, vt eorum nulla, alterum certe non potest, vt plus vna vera sit. Quod si pace vestra dicere mihi licet (licebit autem quod modestissimum est) aut fallor ergo, aut nulla earum opinionum vera est. «

Quid haec tamen opinionum varietas ad Dogma quod haecenus Ecclesia constantissimae credidit? Vt fuerint Scholae Theologi in

(23) III. Part. q. LXIII. art. 5. ad 3. (24) In Relect. de Saeram. part. IV.

in explicanda ratione, qua Sacramenta gratiam conferunt, discordes; mira tamen est fuitque semper in retinenda Dogmatis substantia consensio.

LIBER XIV.

In quo de Baptismo, Confirmatione, et Poenitentia pertractatur.

CAPVT I.

Baptismatis institutio atque obligatio demonstrantur.

Indubitatum omnino est Sacramentum Baptismi fuisse ante passionem a Christo institutum.

Et probabilius quidem dum baptizatus fuit in Iordane.

Quod tamen non obligasse ante factam sufficientem Euangelii promulgationem opinamur.

Prioris propositionis probationem suppeditant Scripturae. Legimus siquidem Ioan. III. » venit Iesus et discipuli eius in terram Iudaeam, » et illic demorabatur cum eis, et baptizabat. « Et paucis interiectis: » quamquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. « At Christus, suorum Apostolorum ministerio, non Ioannis Baptisma, sed suum conferebat; iam tunc ergo Baptismatis Sacramentum institutum erat. Minor propositio sic euincitur: si Apostoli iam tunc baptizassent Ioannis baptismo, non Christus per eos baptizasse diceretur, sed Ioannes cuius baptismum contulissent. Deinde: nulla certe emulationis causa, nulla contentio inter Ioannis discipulos et Christi fuisset orta, si Apostoli Ioannis baptismo baptizassent: id siquidem ad Ioannis gloriam cessisset potius: at ortam emulationem et contentionem Scripturae testantur, vbi legitur: discipuli Ioannis venerunt ad Ioannem, et dixerunt ei: » Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium praebuisti, ecce baptizat, et omnes veniunt ad eum. « ergo.

Ac

Accedit Augustini auctoritas, vbi scribit: (1) »quidam qui habebant baptismum Ioannis, iusi sunt a Paulo baptizari; non enim habebant Baptisma Christi.« Et post pauca: »dedit Iudas, et non baptizatum est post Iudam; dedit Ioannes, et baptizatum est post Ioannem; quia si datus est a Iuda Baptismus, Christi erat.« Consonant Augustino Cyrillus, (2) aliique Patres.

Secundam propositionem tanquam probabiliorem amplectimur ex Patrum auctoritate, qui Christum carnis suae contactu vim regeneratiuam aquis contulisse, hasque sanctificandi virtute fuisse donatas, aperte docent. Sic enim loquitur Ambrosius: (3) »baptizatus est ergo Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas; vt abluta per carnem Christi, quae peccatum non cognouit, Baptismatis ius haberent.« Maximus Taurinensis: (4) »Christus Beati Ioannis ministerio fluena Iordanis benedictione proprii Baptismatis consecratus.« Habent similia Gregorius Nazianzenus (5) et Augustinus. (6)

Hanc sententiam a summis his Ecclesiae Patribus mutuatus est S. Thomas, cuius est solidissima haec ratio: (7) »tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum: hanc autem virtutem accepit Baptismus quando Christus est baptizatus: vnde tunc vere Baptismus institutus fuit quantum ad ipsum Sacramentum.« Et in Sententiis scribens haec habet: (8) »multiplex fuit Baptismi institutio: fuit enim primo institutus quantum ad materiam in Baptismo Christi: tunc enim vim regeneratiuam aquis contulit; et aliquo modo fuit forma figurata per praesentiam trium Personarum in signo visibili: quia Pater adparuit in voce, Filius in carne, Spiritus Sanctus in columba. Et similiter effectus Baptismi ibi praefiguratus fuit: quia coeli aperti sunt super eum,« cet.

Tertia propositio vnum praesupponit, aliudque statuit: nempe supponit non obligasse Baptismus nisi post Passionem et Resurrectionem Christi, quod S. Thomas docet expresse: (9) resoluit vero obligare coepisse post sufficientem legis promulgationem: Atque resolutionem istam ex eo primo probamus, quod positua lex non obligat

- (1) Tract. v. in Ioan.
 (2) Lib. II. in Ioan. cap. 57.
 (3) Lib. II. in Luc.
 (4) Hom. VI. in Epiph.
 (5) Orat. XXXIX.

- (6) Serm. XXXVI. de Temp.
 (7) III. Part. q. LXXVI. art. 2.
 (8) In IV. dist. 3. q. 1. art. 5. q. 2.
 (9) III. Part. q. LXX. art. 2.

get nisi nota; nec innotescat, nisi promulgata: non ergo ante factam Euangelii promulgationem obligare lex Baptismi potuit, quae per praedicationem Euangelii nota ac promulgata est.

Probamus secundo ex Patribus. Bernardus in hac quaestione ex instituto versatus, vt Hugonem Farsitum oppugnaret, post alia plurima haec habet: (10) »ex eo tantum tempore cuique coepit antiqua obseruatio non valere, et non baptizatus quisque noui praecipit reus existere, ex quo praecipit ipsum inexcusabiliter ad eius potuit peruenire notitiam.« Praeclerat Bernardo Augustinus. (11) Nec aliter nostro quidem iudicio, S. Thomae visum est: quippe qui in Sentent. scribens, ait: (12) »sed diuulgatio eius (Baptismi) quantum ad omnes nationes praecipua fuit, Math. vltimo, vbi dixit: euntes docete omnes gentes.«

APPENDIX.

Dubitari non debet, quin Christus Dominus dum Baptismus in noui foederis Sacramentum consecrauit, ritui Iudaico sese accommodauerit, eumque ex mere humano diuinum effecerit. Equidem vt de Gentium lustrationibus raceamus, longe ante Christum natum usurpatum fuisse a Iudaeis morem ablundi aqua eos, qui falsorum Numinum cultu deserto ad cultum vnus Dei veri accedebant, testes sunt Seldenus (13) et Bernardus Lamy: (14) quas Mosaycas purificationes longe superauit Ioannes Baptista, adgrediens diuino instinctu Iudaeos baptizare eodem quo Prosclyti baptizabantur, ritu, vt eos ad meliorem frugem reuocaret, atque ad regnum Messiae disponeret. Ast Ioannis baptisma, coeleste licet et legalem munditiam conferens, et verborum experts omnino fuit, et Sacramentum non fuit, nisi in ampla quadam significatione, ac tandem ad abluionem culpae non valebat. Habet haec omnia Christi Baptisma: cuius propterea naturam aptissime hac breui definitione complexus est S. Thomas, (15) quam et ceteri omnes Scholae Magistri sub vsibus consecrarunt: »Baptismus est ablutio corporis exterior sub praescripta verborum forma ad internam animae mundationem.« Ex qua deinductae aliae definitiones sunt a Theologiae Moralis tractatoribus: videlicet

Tom. III.

II

de-

- (10) Epist. LXXVII.
 (11) Epist. 19. ad Hieron.
 (12) Vbi supra.

- (13) De Iur. nat. et gent. lib. II. c. 2.
 (14) In appar. Bib. lib. II. cap. 2.
 (15) III. Part. q. LXXVI. art. 1.

delicet: «Sacramentum ex diuina institutione significans, et causans
»internam regenerationem hominis, per externam corporis ablutio-
»nem sub praescripta verborum forma.« Primam, quae S. Thomae
est, physicam vocare illis placuit; secundam Metaphysicam.

CAPVT II.

Expenduntur quae contra superiora placita opponi solent.

Baptismatis Sacramentum institutum a Christo Domino fuisse, at-
que vere nominis Sacramentum esse, Nonatores omnes consentiunt;
veram licet de Sacramento isto doctrinam tot tamque inmanibus
erroribus commaculent, vt vacuum huius ymbra habeant, non subst-
tantiam Vnus Faustus Socinus est, quod ad huius lauacri obligatio-
nem spectat, nempe an Christus Baptismum praeeperit, et an eius-
modi praeeptum nos etiam obliget, qui ex christianis nascimur, tur-
piter errauit vtrumque negans: nec enim praeeptum vult Baptis-
mum; ac dato etiam quod fuerit praeeptum, contendit nos eo praee-
cepto non teneri; sed eos tantum qui quum nati extra Ecclesiam sint,
Christianismo nomen dare volunt. Qui tamen errores abunde ex dic-
tis atque ex constanti Ecclesiae consensione refutatus est.

De cetero tota cum catholicis Scripторibus nobis lis est. Nam er-
ga tempus quo hoc Sacramentum institutum fuit, Alberto Magno et
Alexandro Alensi opinio incedit, non nisi post Domini Resurrectio-
nem institutum fuisse: alii in colloquio cum Nicodemo Christum il-
lud instituisse volunt, vt Estius: (1) ex quo etiam tempore Baptis-
mum obligare coepisse non pauci opinati sunt: maxime quia statim
post verba illa, «nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto,»
cer. Apostoli baptizasse referuntur. Purarunt alii ex aduerso Baptis-
mum obligare coepisse statim atque Christus post Resurrectionem A-
postolis dixit: «docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa-
tris, et Filii, et Spiritus Sancti.»

Argumenta autem, quibus suas opiniones communiunt, haec sunt.
Primum: Apostoli ante Passionem baptizabant, non Christi Baptis-
mo, quo nondum initiati erant; sed baptizate Ioannis, quo erant
baptizati: ergo. Desumptum est argumentum ex Tertulliano (2) et
Chrysostomo. (3)

Se.

(1) Dist. 3. Ses. 2. (2) Lib. de Bapt. cap. 11. (3) Hom. xxviii. in Ioan.

Secundum: Paullus ad Rom. vi. baptizatos nos docent in morte
Christi: ergo.

Tertium: constat Baptismi formam institutam fuisse quum Do-
minus mittens Apostolos ad praedicandum, Matth. ultimo, inquit:
»euntes docete omnes gentes,« cer.

Quartum: constat etiam ex Euangelio post habitum cum Nicode-
mo colloquium venisse Iesum in terram Iudaeam, et baptizasse, velut ad
exequutionem institutionis factae procedentem, vt loquitur Estius: ergo.

Quintum: Tertullianus sic loquitur: (4) «itaque tingebant dis-
»cipuli eius, vt ministri, vt Ioannes ante Praecursor, eodem baptis-
»mo Ioannis.» Et Augustinus dixit: (5) Ecclesiae Sacramenta pro-
fluxisse ex latere Christi, quando exiit inde sanguis et aqua: non er-
go fuerat antea Baptismus.

Sextum: Sacramenta suam habent efficaciam ex Passione Chris-
ti: praesupponere igitur illam debent.

Septimum: Sacramentum Confirmationis praecedat et disponit ad
Sacramentum Ordinis: et tamen Christus prius Apostolos ordinauit,
nempe in Coena, et ante mortem; confirmauit vero post eius in coe-
los Ascensum in die Pentecostes: ergo licet Baptismus, cer.

Octauum: Sacramentorum institutio Legislatoris actus est: at
Christus in Iordane non iurisdictionem exercuit, sed potius humili-
tatem: ergo.

Nonum: neque in actu exercito vt loquuntur; neque in actu
signato, tunc Christus Baptismum instituit: etenim neque quempiam
baptizauit, sed ipse baptizatus est; nec quid tunc circa Baptismum
praescripsit: ergo.

Decimum: dato praesignata in Iordane fuisse omnia, quae in
Baptismo peraguntur; formam quoque et effectum; haud inde tamen
euiuitur fuisse ibi institutum: etenim etiam in muliere peccatrice
designatae fuisse partes omnes Sacramenti Poenitentiae; contritio
nempe in lacrimis, forma in Christi verbis, remittuntur tibi pecca-
ta tua, et satisfactio in operibus caritatis et humilitatis: At nihilo-
scius institutum fuit Poenitentiae Sacramentum, vt ait Tridentinum
Concilium. (6) quando post Resurrectionem Christus sic Apostolos
adloquitus est Ioan. xx: «accipite Spiritum Sanctum,» cer.: ergo.
Haec priores duas propositiones oppugnant.

Aduersus tertiam haec militant. Primum: Christus ante Passio-
nem

li 2

n. m.

(4) De Bapt. cap. 11. (5) Tract. cxx. in Ioan. (6) SCS. xix. cap. 1.

nem dixit Ioan. iii : « nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei: « Voluit ergo suum Baptisma ante Passionem obligare.

Secundum : Iudaeus audiens doctrinam Christi, tenebatur illi credere etiam ante Passionem; adeo ut si non crederet, peccaret: tenebatur ergo legem Christi suscipere; proindeque et Baptismum, qui lanua ad Christi legem est.

Tertium : in Christi Resurrectione cessauit, seu penitus extincta fuit lex antiqua; vetusque Sacerdotium in nouum translatum: coepit ergo lex noua obligare: « translato enim Sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat, » ait Paulus ad Hebr. vii. Vnde Augustinus et Hieronymus, quamuis dissenserint erga legalium obseruationem, tamen mortua illa et extincta ambo fatebantur.

Quartum : in cruce omnia consummata fuere, Christo clamante, Ioan. xix : « consummatum est: » ergo.

Quintum : praecepit Christus suis Apostolis ut Baptisma ministrarent, dicens Matth. ultimo : « euntes docete, » cet., atqui Apostolos post ea verba baptizasse legimus: ex tunc ergo Baptismatis obligatio coepit.

Respondetur ad singula. Ad primum quidem primi ordinis ex aliorum Patrum mente : Apostolos scilicet Christi Baptismo baptizasse, atque eodem fuisse a Christo tinctos. Ait enim Augustinus : (7) « baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos : quo intelligimus, iam fuisse baptizatos siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur; siue quod magis credibile est, Baptismo Christi » cet.

Ad secundum dicimus : Paullum adfirmare baptizatos nos esse in morte Christi, quoniam per gratiam in nouitate Fidei ambulamus, sicut Christus a mortuis surrexit per gloriam Patris : tradit hunc sensum ibidem Paullus, explanatque Augustinus. (8)

Tertii solutio est : haud necessarium esse ad Sacramenti institutionem, ut dum instituitur, proferatur forma; sed sufficere determinationem efficacem, ut quando determinata materia cum determinata verborum forma adplicetur, vim sacrificandi habeat.

Quartum nullius est roboris; nam illis verbis, « nisi quis renatus fuerit » cet., non expressa fuit Baptismatis institutio, sed necessitas : ut et illis Ioan. vi : « nisi manducaueritis carnem filii homi-

(7) Epist. clxv. (8) In Enechirid. cap. lx.

nis, non habebitis vitam in vobis, » necessitas, non institutio Eucharistiae probatur.

Ad quintum dicendum : quod ex Tertulliani testimonio sequeretur aperte, neque in Iordane, neque vilo ante Spiritus Sancti aduentum tempore Sacramenta vlla efficacia fuisse; neque Eucharistiam in vltima Coena institutam, spiritalis gratiae vbertatem tribuisse : ducitur enim ille momento illo, quod nondum datus esset Spiritus Sanctus. Ducuntur eodem momento Chrysostomus et Theophylactus; quare aliorum Patrum sententiae subscripsimus : neque enim opus est, ut suffragium adferat Traditio vniuersa. Ad Augustinum vero quod spectat, qui pro nostra certe parte stat, loquutum cum fuisse dicimus de merito et efficacia Sacramentorum, neutiquam de institutione : alioquin tunc quoque instituta fuisset Eucharistia.

Sextum sic soluitur : ut Baptismus vim suam atque efficaciam a Passione Christi habeat, sat est si eadem Passio fuerit praecuisa. Quin et addi poterit, inchoatam a Conceptionis exordio Christi Passionem fuisse; licet non fuerit consummata; proindeque licet praecesserit Baptismi institutio illius consummationem, non tamen eiusdem inchoationem praecessit. Ita S. Thomas. (9)

Ad septimum respondemus : fuisse rationabile mortuum ut differretur Confirmatio ad vsque Christi in caelos Ascensum; dicente S. Thoma, (10) « in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, quae non erat danda ante Christi Resurrectionem et Ascensionem, secundum illud Ioan. vii. nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. » Nullum autem erat differendi Baptisma mortuum : quod quum praecedere reliqua Sacramenta ex alla parte debeat, ante illa institutum et Apostolis collatum credimus.

Octauum sic solutum esto : requiri ad institutionem actum Legislatoris permulti negant; non enim aiunt, est hic Legislatoris proprius actus, sed praecipere. Sed addi ex S. Thoma potest : (11) vtrumque munus in toto vitae suae cursu Christum impleuisse; proinde et dum Baptisma suscepit Legislatorem se gessit, antiquam legem abrogans, non uaque inchoans.

Ad nonum respondemus : Christum reuera tunc facto, esto non verbo, materiam designasse atque consecrasset, necnon formam, non

(9) III. Part. quaest. lxxvi. art. 2. ad 1. (10) Ibid. art. 1. ad 1.
(11) III. Part. quaest. xxxix. art. 1. ad 2.

expressione quidem, sed praesentia Trinitatis statuisse: quod sane euincit instituisse ibi Baptismum in actu signato saltem.

Decimi solutio est: non quamlibet designationem materiae et formae sufficere ad Sacramenti institutionem; sed necessariam esse materiae determinationem et consecrationem, quae fit per verba quae sensibili signo vim producendi gratiam tribuant: hanc autem vim Christus in domo Pharisaei nulli dedit, sed potestate sua vtens mulieris peccata deleuit. Responderi etiam potest: hoc esse inter Baptismum et Poenitentiam discrimen, quod in Baptismo in neminem exercetur iudicium; exercetur vero in Poenitentia: Quare merito Sacramentum istud institutum praecipue dicitur, quum Christus ea verba dixit.

Ad eorum quae ordine secundo producta sunt, solutionem venientes, primum sic diluitur ex S. Thoma: (12) Quod Christus dixit Nicodemo, »nisi quis, &c., magis videtur ad futurum respicere, quam ad praesens tempus: vnde non denotat obligationem ex tunc impositam hominibus, sed suo tempore; dum videlicet promulgata lex esset imponenda: nam verba illa in privato dicta sunt; atque post ea mosaicae legis obligationem continuasse ex eo constat, quod Christus Paschata celebraverit ac Sabbata seruauerit.

Ad secundum dicendum: quod licet Iudaeus, dum Christus adhuc in terris viueret ac praedicaret, in eum credere tenebatur: non tamen tenebatur adhuc legem Euangelii suscipere; sed tenebatur solum credere Christum esse Messiam, atque ad legem quam erat promulgaturus se praeparare: propterea neque tenebatur ad Baptisma recipiendum.

Tertii solutio est: quod esto a die Resurrectionis lex vetus fuerit euacuata, nondum tamen Baptismus fuit in praecepto, nisi vsque ad sufficientem Euangelii promulgationem: quo medio tempore totus mundus ad legis naturae statum redactus fuit; atque remedia salutis quae in eo erant, suam vilitatem non amiserunt. Hieronymus autem et Augustinus reuera in hac re dissentiunt: vult enim primus legales ceremonias post Christi mortem, et mortuas, et mortiferas fuisse; proindeque numquam ab Apostolis obseruatas secundum veritatem, sed per simulationem quandam piam, ne Iudaeis scandalo essent: vult secundus, eas mortuas dumtaxat, non mortiferas fuisse; vnde ad honorem tantum, non vt ad salutem, necessarias

(12) III. Part. quaest. LXXI. art. 2. ad 3.

rius obseruatas. Vt cuique tamen res se habeat, obiecta de legalibus difficultas soluta est.

Quartum nimis probat: scilicet ante Resurrectionem Baptismi obligationem coepisse: nam verba illa prouitit Christus in vltima vitae periodo: minus ergo apte de huius legis obligatione accipiuntur, quum vniuerse de operum Christi consummatione sint intelligenda, vt optime Sacrarum Litterarum Expositores.

Quintum nihil obest: verbis siquidem illis lata solum modo ac sancita lex est: At quia satis non est legem ferri nisi etiam promulgetur, consequens est, Baptismatis obligationem post factam Euangelii promulgationem coepisse; quum per hanc tantum nota et promulgata fuerit. Sed et dici posset, nihil ea verba aduersariis fauere, quae non statim post Resurrectionem prolata sunt, sed quum iam Christus ad Patrem esset aduersurus, vt patebit cuique postremum Matthaei caput cum vltimo Marci conferenti.

CAPVT III.

Essentiales Baptismi partes designat: atque multiplicem quaestionem paucis absoluit.

Aqua vera et naturalis Baptismatis necessaria solaque materia est.

Forma autem sunt haec omnia verba: *ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*

Docet primam propositionem ipsa Christi Domini institutio Ioan. iii: »nisi quis tenatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Docent quoque Apostolorum exempla; qui quoties baptizasse, toties aquam vsurpasse perhibentur. Legimus enim Actor. x. vbi Cornelii Centurionis Baptisma describitur: »numquid aquam quis prohibere potest vt non baptizetur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt sicut et nos? Enlussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Actor. viii. vbi baptizatus fertur Eunuchus Reginae Candacis a Philippo, »dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam. Et ait Eunuchus: ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Hinc Paulus ad Ephesios xxi: »Christus, inquit,

»quit, dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae.«

Suffragatur vnanimis Patrum traditio, quorum testimonia minutatim percensere non vacat: sed neque necessum est, quum neino vnus inuentus sit, qui aliud quam aquam vti Baptismatis elementum indigitauerit. Legantur Iustinus, (1) Tertullianus, (2) Cyprianus, (3) Ambrosius, (4) Hieronymus, (5) reliqui quotquot in Ioannis Euangelium Commentarios scripserunt. Ast audiatur pro omnibus Augustinus: (6) »sed forte ait aliquis, baptizat quidem Christus in spiritu, non in corpore. Quasi vero alterius dono quam illius quisquam, et Sacramento corporalis, et visibilis Baptismatis imbuatur.« Vis nosse quia ipse baptizat non solum spiritu, sed etiam aqua? »Audi Apostolum: sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam et se ipsam tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquae in verbo. Mundans eam. Vnde? Lauacro aquae in verbo. Tolle aquam non est »Baptismus.«

Extant praeterea de materia Baptismi Ecclesiae definitiones. Innocentius III. (7) consultus vtrum paruuli pro christianis habendi, quos in mortis articulo constitutos ob aquae penuriam atque Sacerdotis absentiam, quorundam simplicitas saluiae consperione luit in caput, pectus, et inter scapulas pro Baptismo, respondit: »quum »in Baptismo duo semper, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur, dubitari non debet, illos verum non habere Baptismum, in quibus non solum vtrumque praedictorum, sed eorum alterum est omissum, ac perinde non sunt pro christianis habendi.« Rescripsit idem ad Archiepiscopum Nidrosiensem de baptizantibus in Noruegia ob aquae penuriam ceruisia Gregorius IX. Concilium vero Florentinum haec prouult: (8) »materia huius Sacramenti est »aqua vera et naturalis.« Et Tridentinum: (9) »si quis dixerit, »aquam veram et naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque »ideo verba illa Domini Iesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua »et Spiritu Sancto, ad metaphoram aliquam detorsit; anathema »sit.«

(1) In Apol. II.

(2) Lib. de Bapt.

(3) Lib. 3. Testimonior. ad Qui-

rinum cap. 20.

(4) Lib. 3. de Spir. S. cap. 9.

(5) In cap. xxvi. Ezech.

(6) Tract. xv. in Ioan.

(7) In cap. Nov. et. de Bapt. et eius

effect.

(8) In Instruct. Armen.

(9) Sess. 7. Can. 2.

Accedunt rationes ex congruentia ductae, quas his verbis S. Thomas expressit: (10) »primo quidem, inquit, quantum ad ipsam rationem Baptismi, qui est regeneratio in spiritualem vitam, »quod maxime congruit aquae: vnde et semina ex quibus generantur omnia viuientia, scilicet plantae, et animalia humida sunt, et »ad aquam pertinent, propter quod quidam Philosophi posuerunt »aquam omnium rerum principium. Secundo, quantum ad effectus »Baptismi, quibus competunt aquae proprietates: quae sua humiditate lauat; ex quo conueniens est ad significandam et causandam »ablutionem peccatorum: sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris; et ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam »fomitis: sua diaphaneitate est luminis susceptiua, vnde competit »Baptismo, in quantum est Fidei Sacramentum. Tertio; quia conuenit ad repraesentanda mysteria Christi quibus iustificamur; vnde enim dicit Chrysostomus super illud Ioannis, nisi quis renatus fuerit (Hom. xxiv.) sicut in quodam sepulcro, in aqua submergentibus »nobis capita, vetus homo sepellitur; et submersus deorsum »oculatur, et deinde nouus rursus ascendit. Quarto: quia ratione suae »communitatis et abundantiae est conueniens materia necessitati »huius Sacramenti: potest enim de facili haberi.«

Secundam propositionem explicatissime praecipimus Euangelii verba tradunt Matth. vltimo: »docete omnes gentes baptizantes eos in »nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.« His enim innixa verbis veneranda Maiorum Traditio hanc legitimam praefixit formam: »ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.« Nam eam esse antiquissimam constat ex Sacramento Gregorii (11) atque ex ordine Romano. Praescriptam praeterea illam legitimus in Concilio Lateranensi IV, (12) in Florentino, (13) et Tridentino; (14) atque nulla alia Occidentalem Ecclesiam vsam perpetuo esse scimus.

Atque eam esse conuenientem hoc pacto ex S. Thoma euincitur: (15) Ea est conueniens forma baptizandi, in qua exprimentur omnia quae exprimenda sunt: eiusmodi est allata Baptismatis forma: nam exprimit illa causam principalem, a qua Baptisma virtutem habet, quae est Sancta Trinitas; exprimit causam instrumentalem, nem-

Tom. IIII.

Kk

(10) III. Part. q. LXVI. art. 3.

(11) TH. LXVI.

(12) Cap. Firmiter.

(13) In Decret. Eug.

(14) Sess. 7. Can. 4.

(15) III. Part. q. LXVI. art. 5.

nempe ministrum, qui exterius tradit Sacramentum: exprimit subiectum, cui traditur: est ergo conueniens forma.

Necessitatem autem huius formae quoad geminas eius partes sic demonstramus. Quoad primam qua actus baptizantis exprimitur, nempe, *ego te baptizo*, ex Alexandro III. sic loquente: (16) »si quis puerum ter in aqua merserit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen: et non dixerit *ego te baptizo*, puer non est baptizatus. Ex Alexandro quoque VIII. qui hanc damnauit propositionem: (17) »valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, praetermissis illis verbis, *ego te baptizo*.«

Accedit ratio S. Thomae: (18) »quod quia ablutio hominis in aqua propter multa fieri potest, oportet quod determinetur in verbis formae ad quid fiat, quod quidem non fit per hoc, quod dicitur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, ut habetur ad Coloss. v.: et ideo si non exprimat actus Baptismi, vel per modum nostrum, vel per modum Graecorum, non perficitur Sacramentum.«

Necessariam praeterea esse in Baptismi forma expressionem personae suscipientis Baptismum, vel per pronomen *Te*, vel alio nomine aequiualeuti, ut apud Graecos, liquet ex euangelicis verbis, *Baptizantes eos*: quemadmodum liquet ex illis Ioannis xx: »quorum remiseritis peccata,« cet., haud sufficere ad valide absolucndum verbum *absoluo* proferre tantum, nisi pronomen addatur, vel aliter persona absolucnda exprimitur. Quae sane est pro vtroque Sacramento administrando intelligentia praxisque Ecclesiae.

Aliterius insuper partis, nempe expressionis trium Trinitatis Personarum necessitatem probat primo constans Patrum Traditio ex Euangelii verbis supra memoratis descendens: ea enim sic accepta a Patribus sunt, ut si vna diuinarum Personarum silentio mitreretur, irritum fieret et inutile Sacramentum. Legantur Cyprianus, (19) Basiliius, (20) et alii. Audiatur omnium loco Augustinus: (21) »quis nesciat non esse Baptismum Christi, si verba euangelica quibus Symbolum constat, illic defuerint? Sed facilius inueniuntur haere-

(16) Extra de Bapt. et eius effect.

cap. Si quis.

(17) Die 7. Dec. Emb. 1690.

(18) Vbi supra.

(19) Epist. 73. ad Iubaian.

(20) In lib. de Spir. S. cap. 12.

(21) Lib. 6. de Bapt. contra Donatist. cap. 25.

retici qui omnino non baptizent, quam qui non illis verbis baptizent. Et alio in loco: (22) »qui Patre, inquit, et Spiritu Sancto non nominatis in actibus Apostolicis iussu sunt baptizari, intelliguntur non baptizari, nisi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.«

Probant idipsum Concilia et Romani Pontifices. Concilium enim Arelatense i. praecipit, (23) ut haereticus ad Fidem catholicam rediens, interrogetur an in trium Personarum inuocatione extra Ecclesiam baptizatus fuerit. Quod si praeciderit, addit, in Patre, et Filio, et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum. Quod si interrogatus, non responderit hanc Trinitatem, baptizetur. Atque Innocentius I. docet (24) ideo Concilium Nicaenum iussisse ut iteraretur Baptisma a Paullinianistis datum, non autem datum a Nouatianis, quia illi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti suos Cathecumenos non abluerent: hi vero inter baptizandum expressa Trinitatis inuocatione vterentur.

Postremo: Scriptores omnes a saeculo vt. ad vsque nostra tempora, quotquot de Baptismatis forma egerunt (si Magistrum Sententiarum ac Caletanum excipimus) praefatae Traditioni obsequentes, trium Personarum Trinitatis expressam et distinctam inuocationem ad Baptismi valorem necessariam agnouerunt.

Faciunt vero argumenta hucusque ducta et pro forma Baptismatis, qua Graeci vtiuntur. Est autem illa ex Ioanne Moscho, qui vitam ineunte saeculo septimo agebat; ex Arcudio, atque ex Graecorum Euchologiis a Guarrio congestis: »baptizetur seruus vel serua Dei N. in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.« Exprimit enim illa ministri actum: personam deinde quae baptizatur: causam etiam praecipuam quae interius baptizat, nempe Trinitatem: Fidem denique eiusdem Trinitatis per expressam trium Personarum inuocationem. Quapropter eam adprobat Eugenius IV. dicens: (25) »non negamus, quin et per illa verba, *Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, et.* vel *Baptizetur manibus meis talis in nomine Patris, et.* verum perficiatur Baptisma.«

Nec negotium facesscit quod in Eugenii decreto legatur *Baptizetur*, qua sane voce antea vsus fuerat S. Thomas. (26) Summa si-

Kk 2

qui-

(22) Lib. 3. contra Maximinum, piscopos, cap. 5.

cap. 17. (23) Can. 8.

(24) In Epist. ad Macedoniae E-

(25) In Instruat. Armen.

(26) III. Part. q. 66. art. 5.

quidem ab utroque est non deprecativè, sed imperativè: scilicet censuit Doctor Angelicus, et ab eo edoctus Eugegius, imperativè modo a Graecis profertur: neque enim minister Deum deprecatur ut Cathecumenum exterius abluat; quod facit minister; sed Deum deprecatur, ut ipsum interius et spiritualiter abluat. Sed inutilem hanc quaestionem versent Scholastici, quibus oratio abuti placuerit: nobis ratum fixumque est, Graecos verbo illo *Baptizetur* non uti.

Quid autem in causa Graecis sit, cur personam ministris non velint expressam, exponit S. Thomas his verbis: (27) »Graeci autem non adtribuunt actum Baptismi ministris ad vitandum antiquorum errorem, qui vitarem Baptismi baptizantibus adtribuebant, «cer: scilicet ne Novatiani, quorum haeresis plures Orientis Regiones persuaserat, ex ministri in forma Baptismatis expressione impium suum dogma concluderent; requiri nempe ministri Eidem vt Sacramentum valeat; hocque proinde a ministri auctoritate pendere, atque ab eo virtutem habere. Alia etiam de causa praxim hanc amplexati Graeci sunt; quod eam proprius accedere ad Apostolorum ipsiusque Christi Domini exemplum indicauerint.

Quam demum formam perantiquam esse commonstrant Graecorum Euechologia a mille annis et amplius exarata, eam conceptis terminis exprimentia. Commonstrat quoque Chrysostomi auctoritas, ubi super illa verba, *Baptizabimini Spiritu Sancto*, ait: (28) »non dixit Christus: vos vero ego baptizo in Spiritu Sancto, sed baptizabimini; nos docens, vt modeste de nobis sentiamus.«

CAPVT IV.

Haereticorum omnis aetatis errores panduntur. Falsa quorundam Theologorum notatur opinio. Argumentis sit satis.

Varie multipliciterque praecipuis erga Baptismi elementum, seu materiam, erratum a variis est. Caiani siquidem haeretici Baptismum aqua constare negarunt, Tertulliano teste. (1) Manichaei, rati aquam esse ex principio nequam, nequaquam in conferendo Baptismate adhibendam quondam fabulati sunt, vt scribit Augustinus. (2)

Quid

(27) Vbi sup. ad 1.

(28) Hoin. 1. in Act. Apost.

(1) In lib. de Bapt. cap. 1.

(2) In lib. de Haer. cap. 46.

Quid tamen aquae vice adhiberent nuspium proditum est. Manichaeis paullo verecundiores extitere Marcionitae, qui licet aquam a malo genio procreatam effluerent, eam tamen ob Christi praeceptum in Baptismo adhibebant. Successit Manichaeorum et Marcionitarum errori Seleucianorum et Hermianorum delirium, quibus Baptisma non aqua, sed igne conferre libuit, verbis illis Ioannis Baptistae perperam intellectis adducti, *ille baptizabit vos in Spiritu Sancto et igne*. Meminit huius haereseos Augustinus. (3) Paulliciani praeterea, Eutymio adrestante, (4) Baptismum nulla constare materia docuerunt; quippe, qui sola, inquebant, horum verborum prolatione, *ego sum aqua vna*, perficiatur.

Antiquis his erroribus quoquo pacto visus est subscripsisse ex recentioribus Sectarum Lutherus qui dubitare visus est, num ob aquae defectum, si necessitas urgeret, Baptisma alio elemento, vino ex. gr. lacte, aut ceruisia collatum valeret: ea enim de re interrogatus respondit, illam diuino esse committendam iudicio. Quin et vrgentibus discipulis vt aperte sententiam diceret, addidit, licere plane ad Baptismatis elementum adsumi liquorem omnem, ex quo potest balneum confici. Ita in Symposiacis colloquiis. (5) Sequuti sunt Lutherum Beza, ceterique suae Sectae ministri.

Et circa Baptismatis formam non vnus, sed multiplex exitit haereticorum error. Prioribus etenim Ecclesiae saeculis baptizasse legitur interpolata, vitiatique Trinitatis inuocatione Gnosticos, Cataphrigas, Paullicianistas, Arianos, et Eunomianos, forsitan alios. Erant autem formulae quibus utebantur, istiusmodi: »ego te baptizo in tribus principis, in tribus Filis, ac in tribus Paraclisis. In nomine ignoti Patris omnium, in nomine veritatis matris omnium, et in nomine descendens Iesu ad vnctionem, et redemptionem, et communionem virtutum. In nomine Patris maioris, et Filii minoris, et Spiritus Sancti. In nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto.« Consulantur super hac re Vigilius Papa, (6) Irenaeus, (7) Athanasius, (8) Nicephorus Callixtus, (9) alii.

Antiquorum haereticorum impietati obsecundare videntur Lutheranae et Caluinianae Sectae professores: qui licet euangelicis verbis

Bap-

(3) Lib. de Haeresib. Haer. 59.

(4) In 2. part. Panopliae tit. 21.

(5) Cap. 17.

(6) Epist. 2. cap. 6.

(7) Lib. 1. adu. Haer. cap. 19.

(8) Serm. 3. adu. Arianos.

(9) Lib. 13. Hist. cap. 35.

Baptisma conferre soleant; multa tamen fabulantur; quae si ad praxim reducerentur, Baptismatis veritatem omnino tollerent. Sane Lutherus Baptismum valere ait, (10) quibuscumque conferatur verbis, modo non detur in nomine hominis, sed in nomine Domini. Zuin-
glius (11) nullam certam Baptismatis formam praefixam esse conten-
dit: (12) ratum Sacramentum fore, si minister, missa Trinitatis in-
uocatione, post recitatum a Cathecumeno Fidei Symbolum dicat,
»ego te baptizo in hanc recitatum Fidei professionem.«

Paullo mitius ac religiosus veteres nonnulli intra Ecclesiam Ca-
tholicam loquuti sunt. Fuere quippe qui dicerent, satis esse si actus
baptizantis exerceretur, aquam scilicet infundendo, aut puerum im-
mergendo in aquam, tamen in forma ipsa nulla illius actus mentio
fieret. Fuerunt in hac opinione Praepositus, (13) Petrus Cantor,
(14) et Stephanus Tornacensis, alique refutati ab Alberto Magno:
(15) quam abstrationem transacto saeculo maleficus quidam Theo-
logaster in Belgio instaurauit, merito ab Alexandro VIII. damnatus.

Verum et fuere alii, qui licet Trinitatis inuocationem interpo-
lare, corrumpere, violare nefas dixerint, compendio tamen dici posse
existimantur; ratumque Baptisma sunt opinati, quod his verbis
conferretur: *ego te baptizo in nomine Sanctissimae Trinitatis*: alii
demum de Ecclesia Catholica viti fuere, qui alio compendio aliquan-
tulum superiore vsi, validum Baptisma censuerunt, quod in vnus
dumtaxat diuinae Personae nomine conferretur, maxime vero secun-
dae, Christi scilicet; ceteris Personis, non negatis quidem, sed si-
lentio missis: ea nimirum ducti ratione, quod vna persona pronun-
tiata, ceterae compendio velut intelligantur, quarum vna est eadem-
que natura. Hoc reuerunt Magister Sententiarum, (16) alique an-
tiquiores.

Immo non desunt Theologi de Schola, qui Apostolos in vnus
Christi nomine baptizasse sibi persuadent ex illis Act. Apost. ver-
bis cap. 2. *baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu*. Placuit ista
sententia Scoto, aliisque non ignobilibus Inter Scholasticos. Quid-
ni et S. Thomae eam placuisse sunt qui dicant, ex his etiam, qui
de illius nomine vocantur, quique domestici eius sunt; vt Inferius da-
ta opera dicemus. Nec

(10) In lib. de captiu. Babyl. cap.
de Bapt.

(11) In lib. de vera et falsa Relig.

(12) In cathec. cap. de Bapt.

(13) ix. Part. Sum. (14) Part. II.

(15) In iv. Dist. 3.

(16) In iv. Dist. 3. lit. E.

Nec tamen adfinitatem vllam habent opiniones istae cum haec-
reticorum commentis: quippe haec nituntur nefario illi dogmati, quod
nullis verbis aquae elementum consecratur, atque ad gratiam produ-
cendam attollatur: illae vero vtrumque adserentes contenderunt, quod
neceesse neutiquam erat distincta voce pronuntiare *ego te abluo*, dum
re ipsa Baptisma conferebatur; quandoquidem res ipsa longe melius
facto quam verbo expressa est: atque etiam quod dum vna Sanctae Tri-
nitatis persona nominatur, aliae subintelligantur; adeo vt idem sit
baptizari in nomine Christi, et baptizari in nomine Trinitatis. Ast de
his diximus multa.

Argumenta nunc expendamus, quibus et haeretici suas blasphemias,
et catholici Doctores suas opiniones munire satagunt. Haec itaque
obiciunt haeretici aduersus Baptismatis elementum seu materiam.
Primum: ex Scripturis non aqua, sed ignis Baptismi materia est: in
hoc siquidem Christi Baptisma a baptismae Ioannis distinguitur, aien-
te ipso Ioanne Matth. iii: »ego baptizo vos aqua, ille vos baptiza-
uit in Spiritu Sancto et igne:« ergo. Et quidem, Baptisma ex Damas-
ceno, (17) vim habet illuminatiuum, quae maxime conuenit igni.

Secundum: Ioannes Moscus refert, (18) Iudaeum quemdam ad
extremas vitae angustias redactum ob aquae defectum arena ter su-
per eum infecta a sociis baptizatum, statim conualuisse: at hoc eius-
modi Baptismatis validitatem comprobatur: ergo.

Tertium: Stephanus II. Rom. Pont. a Monachis Britannici monas-
terii interrogatus, quid de Sacerdote sentiendum, qui periclitantes
pueros aliquos vino baptizauerat, propterea quod aquae copia non
esset, sic respondit: (19) »si in vino quis, propterea quod aquam
non inueniebat, omnino periclitantes infantes baptizauit, nulla ei
»exinde adcribitur culpa: infantes sic permanent in Baptismo.« Iudicio
ergo Stephani licite et valide in necessitate Baptisma in vino
conferitur.

Quartam: aqua vile elementum est: non ergo par fuit vt a Deo
animae sanctificandae destinaretur: quin nec decuit ad sanctificatio-
nem id adsumi quod est a principio nequam, quod impurum est: at
aquam talem esse ex eo habetur, quod peculiari benedictione conse-
cratur, antequam Cathecumeno adplicetur; atque quod precibus praes-
anctificatur: ergo.

Ad-

(17) Lib. 4. de Fide Orthod. cap. 10. (18) In Prato Spirit. cap. 176.

(19) Cap. II. Rescript.

Aduersus Baptismatis formam haec opponunt haeretici. Primum: haud tenemur nos quum manducamus et bibimus, haec verba proferre *manduco aut bibo in nomine Domini Iesu Christi*: et tamen Paullus ad Coloss. iii. praecipit vt omnia fiant in nomine Domini Iesu Christi: igitur nec tenemur dum baptizamus, verba illa proferre *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*; tametsi Christus praeeperit dicens, *baptizantes eos*, cet.

Secundum: possunt mentions ipsae verborum vicem supplere: ait enim Ambrosius (20) *interrogatus est: credis in Deum Patrem omnipotentem? Dixisti, Credo, et misisti.* Id quod et de aliis duabus personis adfirmat: ergo absque verborum prolatione validum erit Baptisma. Sunt his adfinita reliqua.

Quae vero Doctores catholici ex aduerso opinantes producentur? Haec omnia. Primum: voces *Israe*, *ego te baptizo*, vel *baptizetur talis*, aliaeque similes, a Christo imperatae non fuerunt: neque enim haec Christi sententia, *Docete omnes gentes, baptizantes*, cet. Baptismi ministris praescribitur, vt dicant *ego te baptizo*; sicut nec quum docent, iniungitur vt dicant *ego vos doceo*: ergo.

Secundum: actus debent attribui principali agenti, magis quam ministro: incongrue igitur illum sibi minister attribuit.

Tertium: requiri allata verba ad validitatem Baptismi haud fudigarunt antiqui Patres: quum enim saepissime de inuocanda SS. Trinitate litem haereticis intenterent, numquam tamen de verbis illis disputarunt: disputaturi, si ea necessaria iudicassent.

Quartum: si haec fuisset constans Ecclesiae praxis, ea scilicet proferre verba in Baptismatis collatione, omni saeculo innotuisset: sed rem non ita evenisse constat: quum vt supra retulimus, non innotuerit Praepositio, Petro Cantori, Stephano Tornaciensi, aliisque: ergo.

Quintum: constat saltem ex multis Act. Apost. locis, Apostolos in nomine Christi Baptismum contrulisse. Legimus enim cap. ii. dixisse Petrum: *baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.* Et in cap. viii. haec habentur: *baptizabantur viri et mulieres.* cet. Alia similia habentur infra: ergo.

Sextum: haec Patres scripsere. Hilarius: (21) *ne postremo, in-*

(20) Lib. ii. de Sacram. cap. 7. (21) In lib. de Synod.

quit, Apostoli reperiantur in crimine, qui baptizare in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti iussi, tantum in nomine Iesu baptizauerunt. « Ambrosius ait: (22) *si vnum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum; Fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum abneges, plenum est Fidei Sacramentum. . . . quia qui vnum dixerit, Trinitatem signauit. Si Christum dicas, et Deum Patrem a quo vnctus est Filius, et ipsum qui vnctus est Filium, et Spiritum Sanctum, quo vnctus est designasti.* « Bernardus denique, vt de aliis tacuimus, Baptisma probauit sub hac forma datum: *baptizo te in nomine Dei, et sanctae et verae Crucis.* « Sic enim loquitur ad Henricum Archiepiscopum Aurellanensem rescribens, (23) a quo ea de quaestione fuerat consultus: *aduersatur ergo Ss. Patribus nostra propositio.*

Septimum: Nicolaus Papa I. in cap. *A quodam Iudaeo*, (24) sic de plurimis apud Bulgatos a Iudaeo baptizati, resoluit: *hi profecto si in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legimus, baptizati sunt, (vnum quippe idemque est, vt Sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.* ergo. Haec potissimum obicitur.

Ad haec itaque ipso, quo proposita sunt, ordine respondendum est. Ad primum quidem primi ordinis dicendo ex Hieronymo: (25) Ioannem haud indicasse verbis illis Baptismum materialem; sed vel Spiritum Sanctum, qui super Apostolos quasi ignis erat descendurus; siue quia in praesenti baptizamur spiritu; et in futuro igne. Vtramque responsonem legere est et in S. Thoma: (26) qui insuper addit, quod illuminatio pertinet ad ignem actiue; qui autem baptizatur, non illuminans, sed illuminatus per Fidem efficitur.

Ad secundum dicendum: ex Moschi narratione probati oppositi: refert siquidem repente Iudaeum illum sanatum fuisse ob ardentissimum Baptismatis desiderium; sed quam peruenisset ad urbem Ascalonem, visum Beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Iordanem, ibique baptizari. « Commendatur itaque miraculo illo, si verum illud est, Iudaei Fides maxima; sed non adseritur Baptismatis in arena collati veritas.

Tertio sic occurrimus: Stephani, quod obicitur, responsum sup-
Tom. III.

LI

PO

(22) Lib. i. de Spir. Sanct. cap. 3.

(25) In cap. v. Matth.

(23) In Epist. cxl.

(26) III. Part. q. lxxvi. art. 3. ad 1.

(24) De Consecrat. dist. 4.

positiūm est. Primo enim non est verisimile id Romanum Pontificem lauisse, quod nec minores Clericos latet; scilicet Baptismum sola aqua perfici. Secundo ex tribus Manuscriptis, quae illud responsum continent, duo ipsum Stephano II. tribuunt; tertium vero Sirlcio Papae. Sed neque factum tres illi codices eadem ratione in ipso etiam contextu referunt: unde qui post illum Pontificem scripserunt, eiusmodi responsi ab eo dati non meminerunt.

Verum et responso admissio, sunt qui dicant, id tantum strauisse Stephanum; nempe ministrum qui ex simplicitate vino baptizaret, non peccasse: de hoc enim consultus tantum fuerat.

Quarti solutio est: aquae sanctificationem non ideo celebrari ut immunditia, quam Manichaei fingunt depellatur; sed mysterii et doctrinae causa adhibetur, ea scilicet Sacramento conciliariter reuerentiae atque recollitur sanctissimus ille Christi contractus, quo Christus Iordanis fluenta consecrauit; necnon Cathecumeni docentur mirabilem Baptismi effectum. Aquam autem placuit Deo sic sublimare ad animarum sanctificationem in ostensionem suae potentiae; quae stulta mundi atque infirma elegit, ut mundi sapientiam confundat.

Ad primum secundi ordinis dicendum: Ecclesiae et Patrum Traditionem docere Christi verbis coniunctum prolationis praeceptum, non vero verbis Apostoli. Deinde: haec est etiam discriminis ratio, quod Paullus loquitur de omni deliberato opere; ad quod certe, si de omni omnino loquamur, non requiritur verborum prolatio: unde idem sonat *in nomine Domini, ac in gloriam Dei*: at Matthaei vltimo sermo instituitur de Baptismo, id est de Sacramento, quod consecratur euangelicis verbis; et in quo si verbum detrahas, *quid est aqua nisi aqua?* ut Augustinus loquitur.

Secundum sic solutum esto: Ambrosius insinuat ibi interrogationes in Baptismo fieri solitas, et quibus respondebant olim trinae mersiones; non quidem celebrandi ordine, sed intentione celebrantium, si ita loqui fas est. Colligitur haec responsio ex antiquis Liturgiis omnibus, et ex Ambrosio ipso Baptismi formam paullo infra recensente.

Ad Catholicorum argumenta soluenda veniamus. Ac primum quidem sic soluitur ex S. Thoma, (27) quia ablutio hominis in aqua propter multa fieri potest, oportet quod determinetur in verbis formae propter quid fiat. Haec vero determinatio non fit per verba illa, *in nomine Patris, &c.*, quia in hoc nomine omnia facere debemus:

(27) III. Part. q. LXVI. art. 5. ad 2.

unde ad determinandum finem propter quem fit, dici debet, *ego te baptizo, vel baptizetur.* Aliam solutionem in eodem Doctore Angelico legere est. (28)

Secundum etiam soluit S. Thomas his verbis: (29) *actio attribuitur instrumento sicut immediate agenti: attribuitur autem huiusmodi actio principali agenti, sicut in cuius virtute instrumentum agit. Et ideo in forma Baptismi conuenienter significatur minister, ut exercens actum Baptismi, per hoc quod dicitur *ego te baptizo*, sicut et ipse Dominus baptizandi actum attribuit ministris, dicens *Matth. vltimo, baptizantes eos.* Causa autem principalis significatur, ut in cuius virtute Sacramentum agit, per hoc quod dicitur: *in nomine Patris, &c.* Non enim Christus baptizat sine Patre et Spiritu Sancto. Quare autem Graeci non attribuant actum Baptismi ministro, diximus supra.*

Tertium et quartum hac vna solutione dispelluntur. Haud posse in dubium verti, quod pluribus fuerit olim persuasum ante Decretum Alexandri III. verba ista, *ego te baptizo*, vel alia his acquiualentia, non fuisse necessaria: sed nec mirandum nullam haereticis licentiam mouisse: res enim non erat tunc praescripta; impuneque in vtramque partem vertebatur: modo autem quum Summus ille Pontifex decernere iure potuerit, ut Sacramentum antea absque his verbis *ego te baptizo*, valide celebratum, deinceps eorum prolatione praetermissa non valeret, absolute illa requirantur; atque pro eis retinendis disputandum nacta occasione erit. *Causa ergo finita est*, ait Serrius, (30) *colum tonat, ranae taceant.*

In quinti solutionem, concessio antecedenti, consequentem ex eo ductam negare fas nobis esset: neque enim quod ab Apostolis speciali reuelatione, Deoque singulariter dispensante factum esset: in vnus scilicet Christi nomine baptizasse; trahi posset in exemplum, vt contra sanctae legis dispositionem sequutis temporibus fieret: generalis quippe lex Matth. vltimo lata est: *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Quae insuper lex nedum ad Gentiles, sed et ad Iudaeos spectat; scilicet ad totum mundum, vt Persica lectio vertit.

Verum et hoc diffitemur omnino Apostolos in vnus Iesu Christi nomine, ceteris Personis omissis, baptizasse: ca quippe Scripturae

L12

ver-

(28) In IV. Dist. 3. q. 1. art. 2. q. 1. ad 4. (29) III. Part. q. LXVI. art. 5. ad 1. (30) Praelect. VIII. de Sacram.

verba, quibus fideles baptizati dicuntur in nomine Iesu Christi, non vnus Christi nomen in Baptismatis forma expressum innunt, sed significant id tantum, fideles illos Christi Domini auctoritate fuisse baptizatos: seu Baptismate a Christo instituto. Quum enim ea aetate memoria baptismi a Ioanne frequentati recens esset, multique ab eo baptizati adhuc viuerent; in Christi nomine baptizati dicuntur, quotquot ab Apostolis baptizati fuerunt; quo nimirum intelligeretur, eos non Ioannis, sed Christi Baptisma suscepisse.

Profecto: Apostolos sub trium Personarum inuocatione Baptisma conuulisse, non obscure ex ipsis Apostolorum Actibus colligitur, si attente perlegantur. In cap. enim xix. legimus, quod quum Apostolus Ephesios quosdam interrogasset, »si Spiritum Sanctum accepissent credentes;« responderunt illi, »neque si Spiritus Sanctus sit audiui-« mus. »Atque Paulus confestim reposuit: »in quo ergo baptizati estis?« Qui dixerunt »in Ioannis baptismate:« quare illos Christi Baptismate baptizari iussit. Frustra vero Paulus Ephesios noua illa interrogatione vrgeret: *in quo ergo baptizati estis*, nisi in nomine Spiritus Sancti aeque ac in nomine Christi baptizare soliti essent Apostoli?

Neque vero ratio vlla suberat, cur Apostoli speciali quadam dispensatione in solius Christi nomine baptizarent. Nam quod dicunt nonnulli, ea illos dispensatione vsos esse, vt Christi nomen, quod Iudaeis ludibrio erat, honorabile fieret, friuolum ac futile est: tum quia nemo Patrum huiusce dispensationis fidem facit; tum quia perinde, immo multo magis honor Christi nomini conciliari poterat, si vna cum ceteris diuinis Personis inuocaretur nomen Iesu Christi: quod forsitan Apostolicis temporibus factum est.

Frustra vero S. Thomae auctoritate se communiunt Theologi nonnulli; quasi aperte ille docuisset, (31) Apostolos ea vsos dispensatione in solius Christi nomine baptizasse: quos inter recensendus potissimum est Iosephus Augustinus Orsi, Dominicanus Theologus (32) expresse id docens, plurimisque argumentationibus conficiens. Nostro tamen iudicio omnino frustra. Enim discernenda heic venit duplex quaestio; facti vna, iuris altera. Facti quaestio est, an re ipsa in solo nomine Christi Apostoli baptizarent: iuris vero quaestio est, an si Apostoli ita baptizasse perhibeantur, ordinario id iure fecerint; adeo vt factum illorum in exemplum trahi possit; an ex peculiari dispensatione id fecerint? Priorem quaestionem non expendit S. Thomas,

(31) III. Part. q. lxxvi. art. 4. ad 1. (32) In Diss. de Bapt. in nom. Chr. part. 1.

non enim eas sibi partes adsumerat vt historicas controuersias ageretur, sed quaestioni iuris tantum incubuit: vnde hypotetica illius responsio est, quae non de facto, sed de iure pronuntiat. Haec nobis responsio aridet.

Sextum ex variis Partum dictis constat singillatim est soluendum. Ad primum itaque dicimus hunc esse Hilarii sensum, non esse deserendum vocabulum *quoniam*, quia vitiose a nonnulli solet intelligi: quod variis demonstrat exemplis: vt delenda alioquin ex Epist. i. Pauli ad Timotheum verba illa: »mediator Dei et hominum homo Christus Iesus,« quia hoc loco aburitur Photimus; aliaque passim verba delenda ostendit: concluditque, quod si nugari velimus dum narratur Apostolos baptizasse in nomine Iesu, illi reperientur in crimine. Supponit igitur illos in Trinitatis nomine baptizasse: alias perperam illorum exemplum ad ostendendum non esse vocem aliquam eliminandam ob ambiguum significationem, prauamque quorundam intelligentiam.

Ambrosii locus secundo loco productus certe est intricatissimus. Eum benigno sensu interpretari nonnulli existimant dicentes, reuera loqui ibi Ambrosium de forma Baptismatis; sed nequaquam dum vnam Personam commemorat, alias excludere. Ita censuisse patet Theologos, quibus demandata cura fuit Romani Catechismi elucubrandi: (33) quorum tamen expositionem haud possumus nos cum Ambrosii textu conciliare: adeo expressus ille est. Eapropter subscribendum duximus aliorum Theologorum responsioni, quibus sic Ambrosium exponere visum est: illum scilicet non agere ibi de forma Baptismatis, seu de Baptismo secundum formam sumto, sed tantum de Baptismi effectibus: qui quidem effectus, vapore ad extra, quamuis toti Trinitati conueniant, vni tantum Christi personae tribuntur: idque iuxta tritam in Scripturis consuetudinem, qua Dei operationes ad extra nuncupatas, modo vni, modo alteri Personae, aliis tamen subintellectis adscribi docemur.

Hunc enim sibi scopum Ambrosius proposuerat, vt hoc Macedonii aduersus Spiritus Sancti Diuinitatem argumentum dissolueret. Quum agitur de mundi creatione, Patris quidem et Filii mentio fit; at alium de Spiritu Sancto silentio: ergo Spiritus Sanctus non est creator, proindeque nec Deus. Illud autem S. Doctor hoc principio hisque verbis soluit: »vbi operatio alia diuina, aut Patris, aut

Fi.

(33) Pars II. de Bapt. num. 16.

»Fili, aut Spiritus Sancti designatur, non solum ad Sanctum Spiritum, sed etiam ad Patrem refertur et Filium: nec solum ad Patrem, sed etiam ad Filium refertur et Spiritum. « Cuius principii veritatem vt probet, exemplum adducit Eunuchi Candacis Reginae, quem adserit plenum mysterium consequutum fuisse; hoc est plenum Baptismatis effectum, quamuis Scriptura eum in Christo, seu Christi operatione interius baptizatum fuisse adserat. Ambrosius itaque sui ipsius interpret est quoad hunc etiam locum, obscurum sane et intricatum: nam alibi apertissime totius Trinitatis inuocationem ad integram Baptismatis formam necessariam esse propugnat. (34)

Ad Bernardum quod attinet, sunt qui iudicent memoratam Epistolam Bernardi non esse: leuibus tamen argumentis nixi, quae piget referre. Nos itaque ea pro germano Bernardi foetu admissa, respondemus, non certo, sed probabiliter S. Doctorem fuisse loquutum; censuisseque proinde ratum esse Baptisma de quo agitur: ait enim: »breuiter vobis de proposita quaestione respondemus, sine praecudio tamen sanius sapientis. « Verum quod probabile tunc Bernardus iudicauit, saeculo nempe xii. non recipitur hodie a Theologis, qui ad Apostolicam Traditionem, Patrumque antiquorum, ipsiusque Augustini auctoritatem attendunt.

Septimi solutio est: Nicolai I. decretum vim tantum habere pro Baptismatis ministro, seu quatenus datum a non baptizato valere definit: non vero pro eiusdem Baptismatis forma, de qua a Bulgaris consultus non fuerat; vt cuique haec Capituli verba perlustranti patebit: »a quodam Iudaeo, nescitis, vtrum Christiano, an Pagano, multos in Patria vestra baptizatos adseritis, et quid de his sit agendum consulitis. « Duo itaque in huius Pontificis responso sunt secernenda: quorum primum, vt ex instituto decretum ac definitum, seu Romanae Sedis Oraculum Ecclesiae susceperunt: nempe valere Baptisma a Iudaeo vel Pagano collatum: Secundum obiter tantum dictum, privati Doctoris opinatio est, quam Ecclesia ipsa non probat. Ita argumento respondent Theologi Pontificiae inerrantiae alias propugnatores acerrimi: quin vitio eis vertatur haec doctrina.

(34) Lib. 11. de Sacram. capp. 5. et 7.

CA-

CAPVT V.

Aquae vsus, aut abluendi modum, in Baptismatis administratione designat.

Valet Baptismus siue effusione, siue aspersione, siue immersione trina, aut vnica datus.

Ac primo quidem ex eo constat propositio generatim accepta, quod immersione, aspersione, aut effusione, non immuretur substantialiter ablutio, quam Christus praecipit. Secundo ex eo constat, quod vtrumque discipuli adhibuisse videntur. Per immersionem Philippus Diaconus Spadonem Candacis Reginae tinxit, vt ex his Act. cap. viii. verbis colligitur: »et descenderunt vterque in aquam, Philippus et »Eunuchus. « Et postea: »quum autem ascendissent de aqua. « Petrum vel aspersione, vel effusione vsus colligi videtur ex capp. ii. et 3. eorundem Actuum Apostolicorum, in quibus eum vna die tria, aut etiam quinque nullia hominum baptizasse narratur: siquidem tantum Iudaeorum numerum per solam immersionem vno et eadem die Baptismo initiare vix potuisset. Aspersione tandem seu perfusione Clinici, seu in lectulo mortis prae infirmitate iacentibus, datum Baptisma valuisse docet Tractatus: quae vt Tertullianus ait: (1) »harum, et aliarum eiusmodi disciplinarum . . . tibi praecedentur »autrix, consuetudo confirmatrix, et Fides obseruatrix. «

Licet enim ritus Baptismus conferendi per immersionem adhuc saeculo xiii. obtineret, vt constat ex S. Thoma, (2) probata fuisse quandoque Baptismata effusione, aspersione, vnica etiam mersione data, illustra probant exempla a Martene (3) et Mabillonio prolata: (4) vnde illud tandem euincitur, communiorum ritum illum certe per tredecim priora saecula in Ecclesiis Occidentis fuisse, quae hodie inter Graecos solus obtinet: sed non fuisse vnicum, vt contendere Iuueninus videtur. (5) Quam tamen ab Hispanis Praesulibus desertum, quod ad immersionem tertiam attinet, circa annum sexcentisimum, occasione Arianorum, qui ex eo petebant argumentum ad oppugnandam Trinitatis consubstantialitatem, postremo Latina Ecclesia omnis in effusione.

(1) De cor. Milit. cap. 4.

(2) III. Part. q. lxxvi. art. 7.

(3) Lib. 1. cap. 1.

(4) In Itinere Ital.

(5) In Comment. Hist. Dogmat. dissert. ii. de Bapt. art. 2. §. 1.

»Fili, aut Spiritus Sancti designatur, non solum ad Sanctum Spiritum, sed etiam ad Patrem refertur et Filium: nec solum ad Patrem, sed etiam ad Filium refertur et Spiritum. « Cuius principii veritatem vt probet, exemplum adducit Eunuchi Candacis Reginae, quem adserit plenum mysterium consequutum fuisse; hoc est plenum Baptismatis effectum, quamuis Scriptura eum in Christo, seu Christi operatione interius baptizatum fuisse adserat. Ambrosius itaque sui ipsius interpret est quoad hunc etiam locum, obscurum sane et intricatum: nam alibi apertissime totius Trinitatis inuocationem ad integram Baptismatis formam necessariam esse propugnat. (34)

Ad Bernardum quod attinet, sunt qui iudicent memoratam Epistolam Bernardi non esse: leuibus tamen argumentis nixi, quae piget referre. Nos itaque ea pro germano Bernardi foetu admissa, respondemus, non certo, sed probabiliter S. Doctorem fuisse loquutum; censuisseque proinde ratum esse Baptisma de quo agitur: ait enim: »breuiter vobis de proposita quaestione respondemus, sine praecudio tamen sanius sapientis. « Verum quod probabile tunc Bernardus iudicauit, saeculo nempe xii. non recipitur hodie a Theologis, qui ad Apostolicam Traditionem, Patrumque antiquorum, ipsiusque Augustini auctoritatem attendunt.

Septimi solutio est: Nicolai I. decretum vim tantum habere pro Baptismatis ministro, seu quatenus datum a non baptizato valere definit: non vero pro eiusdem Baptismatis forma, de qua a Bulgaris consultus non fuerat; vt cuique haec Capituli verba perlustranti patebit: »a quodam Iudaeo, nescitis, vtrum Christiano, an Pagano, multos in Patria vestra baptizatos adseritis, et quid de his sit agendum consultis. « Duo itaque in huius Pontificis responso sunt secernenda: quorum primum, vt ex instituto decretum ac definitum, seu Romanae Sedis Oraculum Ecclesiae susceperunt: nempe valere Baptisma a Iudaeo vel Pagano collatum: Secundum obiter tantum dictum, privati Doctoris opinio est, quam Ecclesia ipsa non probat. Ita argumento respondent Theologi Pontificiae inerrantiae alias propugnatores acerrimi: quin vitio eis vertatur haec doctrina.

(34) Lib. 11. de Sacram. capp. 5. et 7.

CA-

CAPVT V.

Aquae vsus, aut abluendi modum, in Baptismatis administratione designat.

Valet Baptismus siue effusione, siue aspersione, siue immersione trina, aut vnica datus.

Ac primo quidem ex eo constat propositio generatim accepta, quod immersione, aspersione, aut effusione, non immuretur substantialiter ablutio, quam Christus praecipit. Secundo ex eo constat, quod vtrumque discipuli adhibuisse videntur. Per immersionem Philippus Diaconus Spadonem Candacis Reginae tinxit, vt ex his Act. cap. viii. verbis colligitur: »et descenderunt vterque in aquam, Philippus et »Eunuchus. « Et postea: »quum autem ascendissent de aqua. « Petrum vel aspersione, vel effusione vsus colligi videtur ex capp. ii. et 3. eorundem Actuum Apostolicorum, in quibus eum vna die tria, aut etiam quinque nullia hominum baptizasse narratur: siquidem tantum Iudaeorum numerum per solam immersionem vno et eadem die Baptismo initiare vix potuisset. Aspersione tandem seu perfusione Clinici, seu in lectulo mortis prae infirmitate iacentibus, datum Baptisma valuisse docet Tractatus: quae vt Tertullianus ait: (1) »harum, et aliarum eiusmodi disciplinarum . . . tibi praecedentur »autrix, consuetudo confirmatrix, et Fides obseruatricis. «

Licet enim ritus Baptismus conferendi per immersionem adhuc saeculo xiii. obtineret, vt constat ex S. Thoma, (2) probata fuisse quandoque Baptismata effusione, aspersione, vnica etiam mersione data, illustra probant exempla a Martene (3) et Mabillonio prolata: (4) vnde illud tandem euincitur, communiorum ritum illum certe per tredecim priora saecula in Ecclesiis Occidentis fuisse, quae hodie inter Graecos solus obtinet: sed non fuisse vnicum, vt contendere Iuueninus videtur. (5) Quam tamen ab Hispanis Praesulibus desertum, quod ad immersionem tertiam attinet, circa annum sexcentisimum, occasione Arianorum, qui ex eo petebant argumentum ad oppugnandam Trinitatis consubstantialitatem, postremo Latina Ecclesia omnis in effusione.

(1) De cor. Milit. cap. 4.

(2) III. Part. q. lxxvi. art. 7.

(3) Lib. 1. cap. 1.

(4) In Itinere Ital.

(5) In Comment. Hist. Dogmat. dissert. ii. de Bapt. art. 2. §. 1.

sionem mutauit multiplici ex causa: scilicet et quod ministri, vbi in Ecclesiis desit Diaconorum copia, baptizandos, praesertim adultos, immergere vix possent: et quod paruulorum qui maiorem baptizandorum numerum constituebant, valetudini labes aliqua ex immersione inferri posse viderent; tandemque vt ministrantium et suscipientium pudori melius consulere.

Nec his obsunt quae Graeci Schismatici opponunt; videlicet: qui baptizat alio modo quam per immersionem, non adimplet Christi praecipuum; hoc enim praescripta ablutio est quae per immersionem fiat. Deinde: Canon XLIX. Apostolicus ministrum, qui vnam tantum inter baptizandum mersionem adhibuit, depositione castigat: quin et Canon VII. prioris Concilii Constantinopolitani iubet rebaptizari Eunomianos in Ecclesiam redeuntes, quod per vnicam tantum mersionem in sua Secta fuissent abluti. Praeterea: Cornelio Papae certum et integrum visum non fuit Baptisma sola perfusione datum: haec enim scribit de Nouatiano sic baptizato: (6) «si tamen talem Baptismum percipisse dicendum sit.» Ad haec: Magnus apud Africanos Episcopus de Baptismi perfusione dati validitate dubitauit ad Cyprianum scribens. Postremo: Patres adfirmant trinam mersionem haberi ex Traditione Apostolica; adeoque nefas esse hunc ritum immutare.

Non inquam obsunt haec. Nam primum soluitur dicendo; eundem vi nominis verbum *baptizare*, quod praecipuum praesertim significat ablutionem quae per immersionem fiat; eum tamen abluendi modum non ita Christum praescripsisse vt alios excluderet, ex vnanimi Patrum Traditione, et constanti Ecclesiae praxi docemur: vere autem corpus effusione et aspersione, vt et Immersione abluuntur. Secundi solutio est: Apostolico Canone ministrum ab ordine non deici propter solam trinam mersionis omissionem, sed etiam propter legitima Baptismatis formae corruptionem: redditur nimirum haec ratio: cur tanta poena vnicam mersionem adhibenti infirmitur? «non enim dixit Dominus in morte mea baptizate, sed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.» His verbis ostendendo, ministros qui trina mersione non utebantur, non solitos fuisse baptizare per expressam Sanctissimae Trinitatis inuocationem. Itaque propter Ecclesiae disciplinam, et in illius erroris detestationem praescripsit Canon inuocationem Trinitatis, et trinam mersionem; vt manifeste adparet ex sequenti Canone:

(6) Ad Fab. Antioch.

»si

»si quis Presbyter. Canon praeterea VII. prioris Concilii C. P. acerrimae iussit rebaptizari Eunomianos, non propter trinam mersionis omissionem, sed quoniam illius Synodi aetate forma a Christo praescripta non utebantur, vt testatur Theodoretus. (7)

Ad tertium dicendum: Cornelium Papam loqui de Baptismo secundum effectum, non secundum formam sumo: nempe dubitauit, an Nouatianus in cubili tinctus gratiam Baptismatis fuisset consequutus: nec peculiare illi hoc dubium fuit; omnes enim antiquos Patres occupauit: iudicantur scilicet non sponte, non ex Dei amore, sed ex solo gehennae metu Baptisma in vltima vitae periodo recipi proindeque gratiam non conferre. Ad Magnum quod spectat dicendum, eius dubitationem dispunctam a Cypriano fuisse; ea sane ratione quae nostrae sententiae fauet, vt facile quis ex his Cypriani verbis intelliget: perfuso nempe gratiam consequi dicit, Deo «credentibus in Sacramentis salutaribus indulgentiam suam largiente: quamuis non satis adpareat an de validitate, an de effectu Baptismi perfusorum dubitauerit Magnus ob exiguam Clinicorum Fidem.

Postremo sic occurrimus: Patres trinam mersionis usum ex Apostolica Traditione haberi dixerunt: immo Apostolicam Traditionem ritum illum esse, quia communi Ecclesiarum usu frequentabatur. Quamquam si stricto sensu ita vocitassent, talisque re ipsa fuisset, nihil obesset, quin eam Ecclesia temporis successu immutare potuerit: nam Traditionum Apostolicarum duplex genus est; aliae Fidei et moralis christianae Dogmata spectant; aliae ad ritum et disciplinam. Priores immutare Ecclesia non potest; posteriores pro temporum vicissitudine subeunt *novitatem correctionis*, vt ait Tertullianus. (8)

Non itaque diuini iuris antiquitas trina immersio fuit, nec est modo apud Graecos; sed iuris tantum ac praecipui Ecclesiastici: quem admodum ex eodem praecipuo effusione modo habemus Latini: sic tamen vt nisi cogat necessitas, ab hodierno Ecclesiae suae ritu recedere absque peccato minister non solet: Latinus nempe ab effusione, Graecus ab immersione trina: «faciat ergo quisque quod in Ecclesia, in quam venit, inuenit: secundum traditam ab Angustino regulam. (9) Sic tamen faciat ex suae Ecclesiae consuetudine, vt vere baptizandi corpus abluat: quod non vna, vel altera guttae aqua adsequitur: atque sic faciat, vt pars aliqua praecipua corporis abluat.

Tom. IIII.

Mm

tus:

(7) Lib. IV. Haeretic. Fabul. cap. 3.

(8) De velandis Virginibus.

(9) In Epist. LIV. ad Ian.

tur : quas inter eminet caput : tametsi imminente grauis nocementi periculo , ac etiam necessitate vigente , sufficeret ablutio pectoris , scapulae , aliaque integralis partis , qua abscissa , anima in corpore non possit conservari . Docet id S. Thomas , (10) quem sequuntur Theologi omnes .

Paulo fusius quam res expostulare videbatur , loquuti fuimus , ne haec quis ex nobis desideraret . Alia his adfinia si adhuc peroptet , Iueninum (11) prae aliis scrutetur . Nos quidem Capiti de aquae usu , seu modo abluendi in Baptismate conficiendo : vel ut cum nostis Scholasticis loquamur , de Baptismi materia proxima , quam abluitionem nominant , finem his constituimus : postquam de aqua ipsa , quae materia remota nuncupati ab eisdem solet , dixeramus multa antea actis Capitibus .

CAPVT VI.

Quibus iure competat Baptismum administrare . Quibus etiam competere quandoque possit .

Episcopi et Presbyteri , illique soli , ordinario iure ministri solemnitatis Baptismatis sunt . Ex delegatione autem illud poterit Diaconus ministrare .

In necessitate vero valide baptizant Pagani , Iudaei , Haeretici , laicique omnes Catholici , etiam mulieres , in nomine Trinitatis .

Prioris propositionis primam partem docent Scripturae . In his siquidem legimus solis Apostolis , proindeque solis Episcopis et Sacerdotibus eorum successoribus , dictum fuisse Matth. xxviii : « euntes docete omnes gentes , baptizantes eos , » cet . Legimus praeterea Episcopis solis , et Sacerdotibus velut Apostolorum successoribus , commissum fuisse Ecclesiae regimen verbis illis Matth. xviii : « quaecumque alligaueritis super terram , » cet . Postremo legimus in historia noui Testamenti Apostolos et discipulos ministrasse Baptisma : Petrum nempe baptizasse tria millia hominum , Actor. ii. : a Paulo baptizatum

(10) III. Part. q. lxxviii. art. 11. ad 4.

(11) In Comment. Hist. Dogmat. dissert. ii. de Bapt. art. 2.

rum Crispum , Caicum , et domum Stephanæ i. ad Corinth. i. cet .

Docet idipsum Traditio . Tertullianus enim scribit : (1) « dandi » (Baptismum) ius habet Summus Sacerdos , qui est Episcopus ; de-
« hinc Presbyteri . » Hieronymus haec habet : (2) « Sacerdotes autem
« qui dant Baptismum , faciunt oleum Chrismatis , manus imponunt ,
« Cathecumenos erudiunt , Leuitas constituunt , » cet .

At de Presbyteris expressius habetur in Constitutionibus Apostolicis , ubi dicitur : « permittimus baptizare solos Episcopos , ac Pres-
« byteros , ministrantibus Diaconis . » Et in Concilii Florentini Decreto pro Armenis : « minister huius Sacramenti est Sacerdos , cui ex of-
« ficio competit baptizare . » Quibus verbis constat esse illos Baptis-
« matis ordinarios ministros .

Accedit ratio S. Thomae : (3) « Sacerdotes enim ad hoc conse-
« crantur , ut Sacramentum corporis Christi conficiant , quod est Sa-
« cramentum ecclesiasticae unitatis ex Apostolo i. ad Corinth. 10 : at
« per Baptismum aliquis sic particeps eiusmodi unitatis , atque ius ac-
« cipit accedendi ad Domini mensam ; ergo » sicut ad Sacerdotem
« pertinet consecrare Eucharistiam , ad quod principaliter Sacerdotium
« ordinatur ; ita ad proprium officium Sacerdotis pertinet baptizare . »

Posse et Diaconos ex delegatione baptizare , quod secunda propo-
« sitionis pars statuit , nequit in dubium reuocari : constat siquidem
ex cap. viii. Act. Philippum Diaconum baptizasse Eunuchum Regi-
« nae Aethiopiae : constat insuper ex Canone lxxvii. Concilii Illiberi-
« tani permissum Diacono iurisdictione ecclesiastica praedicto baptiza-
« re , non autem confirmare ; liquet insuper ex Ordine Romano Dia-
« conos in Sabbato Sancto praesertim baptizasse : quod nempe hoc eis
indulgeretur propter multitudinem ad Baptismum confluentem , ut
« obseruauit Thomasius , (4) alique .

Verum constat ex Constitutionibus Apostolicis (5) id non facere
ex officio iureque ordinario : dicitur enim : « Diaconus non benedicit ,
« non dat benedictionem , accipit vero ab Episcopo et Presbytero non
« baptizat , » cet . Quod idem testatur Epiphanius scribens : (6) « nam
« neque Diaconis quidem ipsis vllum in ecclesiastico ordine Sacra-
« mentum petficere conceditur , sed hoc dumtaxat , ut eorum quae
« Mun 2 per

(1) De Bapt. cap. 17.

(2) In cap. 3. Sophon.

(3) III. Part. q. lxxvii. art. 2.

(4) De Eccles. Disc. lib. 11.

(5) Prim. Part. cap. 29.

(6) Lib. 8. cap. 28.

» perficiuntur, ministri sicut. « Testatur Tertullianus, (7) Hieronymus, alique Patres.

Suffragatur haec S. Thomae ratio : (8) » sicut coelestium ordinum proprietates et eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur, » vt Dionysius dicit cap. 7. coelest. Hierarch. ; ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest quid ad vnumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem Diaconi quasi ministri: quia videlicet ad Diaconos non pertinet aliquod Sacramentum principaliter et quasi ex proprio officio praebere ; sed adhibere ministerium aliis Maioribus in Sacramentorum exhibitione. Et sic ad Diaconum non pertinet quasi ex proprio officio tradere Sacramentum Baptismi, sed in collatione huius Sacramenti et aliorum adistere et ministrare Maioribus. « Ex quibus euincitur potiori titulo denegandum Subdiaconis aliisque in inferioribus ordinibus constitutis ius ordinarium ad ministrandum Sacramentum Baptismi.

Secundae propositionis veritas, quod adfuerit ad Infideles non baptizatos, siue Pagani sint, siue Iudaei, vt ad Haereticos, sic vniuersae demonstratur : Baptismus propria sanctitate ac veritate constat: ergo neque improbitate, neque infidelitate ministrantium poterit labefactari. Et quidem antecedentem propositionem sic probat Augustinus : (9) » quia Sacramento diuina virtus adsistit : quia neque lucernae lux » quam per coenosa diffunditur, » sordidum quid contrahit: quia etsi res visibiles quibus Sacramenta tractantur, sint corruptibiles, » tamen, quod per illas agitur non potest corrumpi ; quamuis » homines per quos agitur, pro suis moribus vel praemia percipiant, » vel poenam luant. « Quam argumentationem confirmat saepissime, corroboratque Augustinus. (10)

Probatur modo singillatim de Paganis et Iudaeis : enim Nicolaus Papa I. ad Bulgarorum consulta respondens, sic loquitur : » a quo » iam Iudaeo ; nescitis vtrum Christiano, an Pagano, multos in vestra patria baptizatos adscitis, et quid de his sit agendum consultis. Hi profecto si in nomine Trinitatis . . . baptizati sunt, constat eos non esse de nouo baptizandos. « Et Eugenius IV. in Decreto pro Armenis, inquit : » in casu necessitatis etiam Paganus baptizare potest. « Accedit auctoritas S. Thomae dicentis : (11) » per Ec-

(7) In Haer. LXXXIX.

(8) III. Part. q. LXVII. art. 1.

(9) Lib. 3. de Bapt. cap. 10.

(10) In lib. II. cont. Petil. alibi.

(11) III. Part. q. LXVII. art. 5.

» Ecclesiam determinatum est, quod non baptizati, siue sint Iudaei, » siue Pagani, possunt Sacramentum Baptismi conferre : dummodo » in forma Ecclesiae baptizent. «

Et de Haereticis speciatim id constat : nam Stephanus Papa I. ad Cyprianum rescribens, inquit : » si quis ergo a quacumque haeresi » venerit, nihil innouetur, nisi quod traditum est, vt manus illi imponatur in poenitentiam. « Et Siricius Papa scribit : (12) » prima » itaque paginae tuae fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad Fidem Catholicam festinare ; et quosdam de Fratibus nostris eosdem denno baptizare velle, quod non licet ; quum hoc fieri, » et Apostolus veter, et Canones contradicant. « Leguntur his adfinita in Epistolis Innocentii I. Felicis III. Pelagii, S. Gregorii, et Gregorii III. Id ipsum definitum fuit in Concilio Nicaeno I. et in I. Arelatensis ; atque tandem in Tridentino, cuius hic est Canon : (13) » si » quis dixerit, Baptismum qui etiam datur ab Haereticis in nomine » Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod » facit Ecclesia, non esse verum Baptismum ; anathema sit. «

Constat praeterea ex Patribus, quorum omnium loco audendus Augustinus est, qui (14) ex instituto omnia Cypriani argumenta soluit, quique vniuersalem hanc esse Ecclesiae consuetudinem declarat, (15) non iterandi scilicet Baptisma ab haereticis collatum in nomine Trinitatis ; insuper addens eiusmodi Baptisma, non haereticorum esse, sed ipsius Ecclesiae, quae omnes per Baptismum parit, siue apud se, id est ex vtero, siue extra se, de semine viri sui ; (16) Ecclesiarumque Liae et Rachelis instar esse, quae viro suo Iacob filios per ancillarum vterum genuerunt. (17) Aliaque bene multa profert, quae ingenium suum sapiunt. Superse demus a proferendis aliis argumentis, ne actum agere dicamur.

Alia propositionis pars, quae de laicis omnibus loquitur, his momentis euincitur. Primum esto Decretum Concilii Elberitani his verbis expressum : (18) » peregre nauigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate. « Qui quidem Canon, quum plurimos adstantes supponat, haud mirum quod bigamum

ex-

(12) In Epist. ad Himerium Tarracon.

(13) Sess. VII. Can. 4. de Bapt.

(14) Lib. VII. de Bapt. cap. 7.

(15) Lib. II. cap. 7.

(16) Lib. I. cap. 14.

(17) Lib. I. cap. 16.

(18) Can. XXXVIII.

excludere videatur: decens enim tunc est, vt potius baptizatus quam Paganus, potius Paganus quam bigamus baptizet: mirandum vnicę, quod prae admiratione scripserit Petaulus: (19) »ergo ne a bigamis »baptizari in tanta necessitate non licuit?« Facit in idipsum Decretum Concilii Lateranensis iv. scilicet: (20) »Sacramentum Baptismi »a quocumque rite collatum proficit ad salutem:« etiam et Florentinis (21) nempe: »in casu autem necessitatis non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier baptizare potest.«

Secundum momentum ex Traditione sumitur. Haec enim Tertullianus scribit: (22) »dandi (scilicet Baptismi) quidem habet ius »Summus Sacerdos qui est Episcopus; dehinc Presbyteri et Diaconi. . . . Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. . . . Præinde et Baptismus aequę Dei census ab omnibus exerceri potest.« Augustinus haec habet: (23) »si »laicus aliqua preceunti dederit (Baptismum) necessitate compulsus, »quod quum ipse acceperit, dandum esse addidit: nescio an pie »quiscquam dixerit esse repetendum.«

Tertium momentum ex S. Thomae ratione petitur, quae est huiusmodi: (24) »ad misericordiam eius qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet vt remedium inueniat. Inter omnia autem Sacramenta maxime necessitatis est Baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spiritualem. Quia pueris aliter subueniri non potest; et adulti non possunt aliter quam per Baptismum plenam remissionem consequi, et quantum ad culpam, et quantum ad poenam. Et ideo vt homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, vt et materia sit communis, scilicet aqua, quae a quolibet de facili haberi potest, et minister Baptismi etiam sit quicumque non ordinatus; ne propter defectum Baptismi homo salutis suae dispendium patiat. Quae S. Thomae verba compendio resultat Catechismus Concilii Tridentini. (25)

Quae sane momenta, vel nobis non dicentibus, probant quod et mulieres in necessitate valide baptizare: vna enim est mulierum et laicorum ratio: quin et Decretum Concilii Florentini, vt et Lateranensis, expresse mulieres nominat. Patres etiam legitimum Baptis-

- | | |
|----------------------------------|---|
| (19) In notis ad Epiph. | (23) Lib. ii. cont. Epist. Parmeniani, cap. 13. |
| (20) Cap. Firmiter de Sum. Trin. | (24) III. Part. q. lxxvii. art. 3. |
| (21) In Instruct. Armen. | (25) Part. ii. de Bapt. n. 24. |
| (22) Lib. 1. de Bapt. cap. 17. | |

tismum a quocumque laicorum datum pronuntiantes, nequaquam mulieres excludunt: ergo et mulieres etiam, necessitate urgente, nondum homines laici Baptismum valide ministrare possunt.

CAPVT VII.

Quotupliciter aduersus constitutam Ecclesiae Fidem erga Baptismi ministros erratum sit declaratur: atque omnis generis argumentationibus satisficit.

Consentiunt Nouatores ipsi Episcopum ac Presbyterum, necnon ex delegatione Diaconum, ministros esse Baptismatis solemnisi: sed nobis in eo contrarii sunt, quod laicos in necessitate baptizare dicimus. Caluinus siquidem haud dubitauit adserere, (1) peccare eos omnes, qui quum non sint ordinarii Ecclesiae ministri, ad hoc ipsum vocati, electi, et ordinati, in extrema etiam necessitate, Baptisma conferunt, ac temere subiecit: »quod autem multis ab hinc saeculis, adeoque ab ipso fere Ecclesiae exordio, vsu receptum fuit, vt in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non adesset non video qua firma ratione defendi queat.« Ex Graecis etiam Schismaticis recentioribus plurimi Baptisma laicorum illicitum contendunt, si fides Petro Arcudio adhibeatur. (2) Contra vero munus solemniter baptizandi foeminis, attribuere Marcionitae, Pepuziani, et Colliridiani.

Sed nec ipsis tamen priscis Ecclesiae Patribus aequę innotuit Catholicae Ecclesiae Fides quoad omnia designata membra. Tertullianus siquidem, austeri supercilii vir, mulieribus baptizandi facultatem ademit: Baptismum quoque a viro non baptizato collatum nullum olim in Gallis habitum fuisse, vt etiam iterandus decerneretur, exploratae rei loco habetur, si genuinum, integrumque est caput xciv. lib. v. Capitularium Regum Francorum. Ita quippe in capite illo sancitum est: »si quis Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse »baptizatum, baptizetur et ordinetur iterum, et omnes quos prius »baptizauit, baptizentur.«

Erratum praeterea a complurimis,isque praeclarissimis, Patribus erga Baptisma ab Haereticis in Trinitatis Fide et nomine datum bona fide heic subnectendum. Nam Agrippinus Carthaginiensis Episcopus, et

- | |
|--|
| (1) Lib. iv. Instit. cap. 15. et in Antid. adu. Conc. Trid. Sess. viii. Can. 10. |
| (2) Lib. 1. Concord. cap. 11. |

et Sancti Cypriani antecessor, omnium primus defendit statuirque in Concilio Africano ea de re habito, quod ad annum cxxv. refert Conciliorum editio nouissima, apud Haereticos verum Baptisma non esse; adeoque baptizatos a quibuscumque haereticis, si ad Ecclesiam orthodoxam redeant, iterum esse baptizandos. Cito haec doctrina Asiae Ecclesias inuasit atque Aegyptum; ibique magni nominis viros, ac sanctitate etiam insignes propugnatores habuit; Firmilianum praecipue Caesarae in Cappadocia Episcopum, et S. Dionysium Alexandrinum, vt communior tenet opinio; plurimisque Synodis stabilita est; maxime vero Ieonensi et Synadensi, an. circiter cccxxv.

Paulo post, quum haec doctrina oppugnaretur a plurimis, in primisque ab Ecclesia Romana, Cyprianus Agrippini successor, tria habuit Carthagine Concilia ex totius Africae Episcopis, et plerisque Asiae, in quibus Agrippini et Firmiliani sententiam confirmauit, decreuitque: Haereticorum Baptisma non nisi inane Sacramenti simulacrum esse; atque idcirco ab Haereticis tinctos rebaptizandos esse, seu potius simpliciter baptizandos: quippe rebaptizationis nomen Africanis Patribus inuisum semper fuit, vt ex Cypriano ipso constat. (3) At Stephanus Romanus Pontifex masculae Africanis se opposuit, sanciuoque cum Ecclesia Romana, vt si nihil in forma Baptismi peccatum esset, ratus validusque Haereticorum Baptismus foret, quod veteres Christiani tenuerunt; adeoque vt nihil in Ecclesia innouaretur.

Quum autem haec Stephiani sententia videretur Cypriano vnionem Ecclesiae etiam cum Haereticis statuere, paulo impudenter Stephano restitit, eumque superbiae coarguit aperte. Itaque ad Pompeium Epistolam direxit, (4) qua Romanum Pontificem durius exagitat, vti in errorem prolapsus, et Haereticorum causae patrocinantem; vocans eiusdem ac Romanae Ecclesiae sententiam, »errorem contra Christianos, et contra Ecclesiam Dei.« Agnoscit opinor hominem animo aduertitum, propositi tenacem, flecti et mollescere nescium; quem nimius vnitatis Ecclesiae zelus transuersum egit, et humana pati coegit.

Ceterum, num tandem sub vitae suae finem errorem ipse castigauerit suum publico aliquo documento, dubium certo est. Id pie opinatus est Augustinus; (5) eius deinde culpam multiplici ex capite minuens. Reliquos etiam Episcopos Cypriani collegas palinodiam tan-

(3) Epist. lxxxi. ad Quint. (4) Quae est lxxvii. (5) Epist. xlviii.

dem aliquando decantasse monet Hieronymus: (6) ast quid tandem Cyprianus ipse egerit, quidue egerint ceteri aperte non constat. Nec tamen inde iuste quis erueret, etsi minime errorem illi suum reuocassent, pro haereticis Cyprianum, eiusque sectatores esse habendos. Absdubio si quis hodie post PP. Tridentinorum decretum cum Cypriano sentiret, haereticus foret; at Cyprianum aliosque ei adhaerentes fuisse haereticos, negat Augustinus, negat et Vincentius Lirinensis. Scilicet quando doctrina aliqua non est aperte in Scriptura, antequam ab Ecclesia quidquam definitur, negari salua Ecclesiae vnitatem potest; quod in plerisque aliis apud veteres Patres factum est.

Sed breuitas cui in his institutionibus studemus, non parit, vt Anabaptismi, seu erroris rebaptizantium historiam fusius recenseamus. Eam abunde pertractatam Tyrones nostri reperient praeter Ecclesiae Annales, apud Iueninum, (7) Serrium, (8) Bertium, (9) aliosque eiusdem iudicii et eruditionis Scriptores.

Ad soluenda itaque contraria argumenta iamam veniamus. Pugnant itaque aduersus primam adsertionem haec. Primum: Presbyterum non nisi ex Episcopi iussione Baptisma conferre posse expresse censent Tertullianus et Hieronymus: non ergo ordinarius minister solemnitatis Baptismi ille est.

Secundum: Presbyteris, his etiam quibus animarum cura incumbat, haud licebat ordinarie baptizare: neminem enim, nisi iubente aut absente Episcopo, ablucebant; ergo.

Tertium: sub eodem praecepto iniungitur Math. vltimo, officium docendi et baptizandi: atqui docere ex officio pertinet ad solum Episcopum: ergo et baptizare.

Quartum: per Baptismum adnumeratur quisque Populo christiano; quae sane adnumeratio ad solius Principis officium videtur pertinere: sed principatum in Ecclesia tenent Episcopi: ergo. Et quidem praestantius est Baptisma conferre quam Basilicas consecrare, Altaria vngere, Chrisma conficere; quae tamen ad solius Episcopi officium spectant.

Quintum: si Presbyter ex Episcopi auctoritate baptizans, ordinarius Baptismi minister est, erit quoque eiusmodi Diaconus ex eadem Tom. IIII. Nm dem

(6) In Dial. cont. Lucif. cap. viii. (7) Praelect. xi. de Sacram.
(7) In Comment. Hist. Dogmat. (9) De Theol. Discip. lib. xxxi.
dissert. ii. de Bapt. art. 3. cap. 13.

dem iussione baptizans : ergo vel vterque ex delegatione baptizat, vel vterque ex officio.

Sextum : equidem Diaconi, vt ex Constitutionibus Apostolicis, (10) et cap. *Peruenit*, (11) habetur, valent Eucharistiam dispensare: atque ex cap. *Fures*, (12) possunt et Poenitentiam dare : ergo.

Septimum : Episcopus Diaconos consecrans, inquit : »prouchen-
»di, filii dilectissimi, ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere ad
» quantum gradum Ecclesiae ascenditis : Diaconum enim oportet
» ministrare ad altare, baptizare, praedicare, « cet. : igitur ad Dia-
» conum spectat ex officio baptizare. Id quod insuper arguitur ex fac-
» tis : nam Apostolorum temporibus, quibus quidem omnia ordinata ex-
» titerint oportet, Diaconi Baptisma contulerunt : vt liquet ex facto
» Philippi Diaconi, qui Candacis Reginae Eunuchum et Samaritanos
» tinxit. Quin et saeculis prioribus Diaconi praeficiebantur regendis
» minoribus Ecclesiis : seu quae in Villulis et Pagis constitutae erant :
» scribit siquidem Hieronymus : (13) » non abnuo hanc esse Ecclesia-
» rum consuetudinem, vt ad eos, qui longe in minoribus Urbibus per
» Presbyteros et Diaconos ordinati sunt, « cet.

Pugnant praeterea aduersus secundam adsertionem isthaec mo-
» menta. Primum : plenarium Concilium quod Augustinus expertit, (14)
» vt certum de Baptismate ab infideli dato iudicium ferret, nondum
» habitum est : sub dubio igitur id tenendum.

Secundum : Eliberitanum Concilium hunc edidit Canonem : (15)
» peregre nauigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse
» fidelem, qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, bap-
» tizare in necessitate infirmitatis positum Cathecumenum : ergo qui
» lauacrum non habet, baptizare, etiam vigente necessitate, non po-
» test. «

Tertium : Nicolaus I. rescripto saepe laudato adfirmavit quoque
» valere Baptismum *in nomine Christi* datum : quod neuriquam nos
» probamus : neque ergo probandum illud rescriptum erit, dum vali-
» dum Baptisma a non baptizato testatur.

Quartum : Gregorius III. ad Bonifacium Archiepiscopum Mogun-
» tinum scribens, ait : » quos a Paganis baptizatos esse adseruisti, si
» vita habetur, vt denuo baptizes in nomine Trinitatis mandamus : «
» ergo.

(10) Cap. 23. lib. 8.
(11) Dist. 93.
(12) Il. de Furtis.

(13) In Dial. adu. Luciferia.
(14) Lib. 7. de Bapt. cap. 53.
(15) Num. xxxviii.

Quintum : Patres, qui contra Cyprianum, Donatistas, aliosque
» ab haereticis finctos, iterum tingentes disputarunt, eo vsi sunt prin-
» cipio, quo datum a non baptizatis Baptisma non valere concluditur :
» nempe contenderunt, ideo haeresum auctores baptizare posse quos de-
» cipiunt, quod ab Ecclesia recedentes, receptam in eius sinu ordina-
» tionem, qua fit baptizandi potestas, non amiserint : contenderunt
» etiam, laicos, et valide, et licite, necessitate urgente, baptizare posse,
» quod baptizati illi sint : ita Augustinus (16) et Hieronymus. (17)
» et ex ipsis reliqui : at infideles, seu non baptizati, neque in ea fuerunt vn-
» quam, neque vllam ordinationem, seu Baptismatis conferendi potes-
» tatem receperunt : ergo.

Sextum : Augustinus ipse alibi sic loquitur : (18) » et haec qui-
» dem alia quaestio est, vtrum et ab iis qui nunquam fuerunt Chris-
» tiani, possit Baptismus dari : nec aliquid temere inde adfirmandum
» est sine auctoritate tanti Concilii, quantum tantae rei sufficit. « At-
» que quum Donatistas vrgeat, frequentissime similia passim scribit :
» Augustino igitur dubia saltem haec quaestio fuit.

Septimum : ex Scripturis haec habentur, quae nullum haereticor-
» rum Baptisma demonstrant. Ad Ephes. iv. ait Paulus : Vna Fides, vnum
» baptisma. « Canticorum iv. dicitur de Ecclesia : » vna est columba
» mea, perfecta mea. . . hortus conclusus, fons signatus. « Et ad
» Galat. iii : » quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. «
» Tandemque Ecclesiastici xxxiv : » qui baptizatur a mortuo, quid pro-
» ficat lavatio eius? « Atqui haeretici Fidem non habent in Ecclesiam
» ingredi nequeunt : Christum non induunt, qui ab eis baptizantur sed
» vere a mortuis Baptisma recipiunt : neque ergo verus in eis Baptis-
» mus est, neque fontem aquarum viventium nobiscum communem
» habent : nec vere ab eis baptizatur : sed inane prorsus eorum lau-
» acrum est.

Octauum : in Canone xlv. ex iis quos Apostolicos dicunt, Haereticorum
» Baptisma iterandum esse dicitur : scilicet : » Episcopum vel
» Presbyterum, qui Haereticorum Baptismum, vel sacrificium admise-
» rit, deponi iubemur. « Et Canone xlvi. id ipsum rursus decernitur
» verbis illis : » Episcopus, vel Presbyter, cum qui vere habet Baptis-
» mum, si de integro baptizauerit, vel si eum qui ab impiis pollu-
» tus

Nn 2

(16) Lib. 1. de Baptismo cap. 1.

(17) In Dial. adu. Lucif.

(18) Lib. 11. adu. Parmen. cap. 13.

»tus est, non baptizauerit, deponatur: « non ergo validum eiusmodi » Baptisma est. «

Nonum : et Leo I. (19) et Urbanus II. (20) alique Pontifices, tradiderunt Haereticorum Sacramenta non posse sanctificationem conferre : etque formam quandam ac speciem habere, minime Sacramentorum virtutem.

Decimum : antiqui Patres Agrippinus, Tertullianus, Cyprianus, Firmilianus, necnon Athanasius, Basilius, Cyrillus Hierosolymitanus et Alexandrinus, pluresque alii Baptisma Haereticorum improbatum : nequit ergo, ut validum admitti, aut saltem de illius validitate dubitandum.

Vndecimum e multiplici ratione integratur. Prima est : per Baptismum homines gignuntur filii Dei : at Dei filii non nisi ab Ecclesia Catholica, quae Christi sponsa est, generari possunt : ergo. Secunda : penes Haereticos ius nullum est in Sacramenta ; item neque habent illi Spiritum Sanctum, quem valeant conferre. Rursus illi Christi membra non sunt : ergo. Tertia : rebaptizatum fuisse post Ioannis Baptisma in cap. xix. Actor. legimus : rebaptizandum ergo potiori titulo post Haereticorum Baptisma erit.

Duodecimum : nemo laicus legitur in Scripturis Baptisma conulisse : etenim Matth. ultimo solis Apostolis baptizandi potestatem dedit Christus.

Tertiodecimum : Concilium Eliberitanum non omnibus laicis baptizandi ius, necessitate etiam vigente, indulget ; sed illis tantum, qui illibatam seruauerint receptam in Baptismate iustitiam ; quique bigami non sint, ut ex superius memorato Canone constat : ergo.

Quartodecimum : Auctor Constitutionum Apostolicarum (21) haec habet : » sed neque laicos concedimus aliquod Sacerdotale munus exercere, veluti Sacrificium, Baptismum, « cer. ; id vero ardentanti *Oziae poenam* minatur, Basilius reprobans Haereticorum Baptisma, (22) ait : » finetos ab Haereticis rebaptizandos esse, *veluti a laicis baptizatos*. Augustinus dubitare visus est, num immunes sint a peccato laici, qui etiam vigente necessitate baptizant. Ita contra Parmeniani Epistolam scribens : (23) ex Patribus ergo vel validum non est laicorum Baptisma, vel certum saltem quouis saeculo non fuit.

Quin-

(19) In Epist. ad Niceetam.

(20) In Epist. ad Lucium.

(21) Lib. III. cap. 10.

(22) In Epistola ad Amphiloeh,

Can. 1.

(23) Lib. 2. cap. 13.

Quintodecimum : mulierum Baptisma damnat his verbis Tertullianus : (24) » perulantia autem mulierum, quae vsurpauit docere, vit- » que non etiam tingendi ius sibi pariet, « cer. Habet similia aliis in libris. (25) Damnatur quoque Epiphanius, (26) Marcionem damnans, quod mulierculis *permissionem baptizandi* tribueret. Damnatur Ioannes Chrysostomus, dicens : (27) » Quid ais, mulier baptizata? « Demumque damnatur Concilium Carthaginense IV. Canone c. inquiring : » mulier bap- » tizare non praesumat : « non ergo possunt mulieres validum Baptisma conficere, etiamsi necessitas urgeat.

Haec tamen argumenta, licet non nihil negotii desiderent ut diluantur ; diluenda sunt tamen. Primum itaque primi ordinis vt soluantur, haec adhibenda distinctio est : Presbyterum non nisi ex Episcopi iussione Baptisma conferre, cer. ; idque iure diuino, nego : iure ecclesiastico, concedo. Ecclesia quidem disciplinae causa vsum illum olim praescripserat in Episcopatus honorem ; atque vt fideles intelligerent, Episcopus esse in sua Dioecesi Principes ac praecipuos Pastores. Vel dicendum breuius : loquutos fuisse Tertullianum et Hieronymum de Sacerdotum in Baptisma conferendum iurisdictione, non de potestate, quam vi ordinationis habent.

Ad secundum respondemus : prioribus Ecclesiae saeculis, vbi Sedes Episcopalis non erat, Presbyteros ordinarie Cathecumenos abluisse. Post saeculum v. etiam in locis vbi sedebant Episcopi, Presbyteros non spectata Episcopi iussione, passim baptizasse, vt colligitur ex Sacramentario S. Gregorii, aliisque libris, qui de sacris ritibus editi fuerunt : Posthaec, saeculo nempe vii. sic vsus ille inualuit, vt pauci Episcopi munus baptizandi obirent. Itaque disciplinae causa antiqua illa prohibitio edita fuit ; quam supra indigitabamus.

Tertium sic soluit S. Thomas : (28) » vtrumque officium, scilicet docendi et baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit ; quorum vices gerunt Episcopi : alter tamen et alter. Nam officium docendi commissit eis Christus, vt ipsi per se illud exercerent ; tamquam » principalissimum . . . officium autem baptizandi commissit Apo- » stolis, vt per alios exercendum . . . quia in baptizando nihil operatur meritum et sapientia ministrum, sicut in docendo, « cer.

Quar-

(24) De Bapt. cap. xviii.

(25) In lib. de veland. Virg. cap.

9. et de Praescript. cap. 41.

(26) Haeresi xlii.

(27) Hom. de Ss. Bernice et Pro-

dose.

(28) III. Part. quae. lxxvii. art.

2. ad 1.

Quarti solutio est etiam ex S. Thoma, dicente: (29) »quod in qualibet Republica, ea quae sunt minora, pertinent ad minores; maiora vero maioribus reseruantur. . . . et ideo ad minores ciuitatis Principes pertinet disponere de infimo populo; ad summos autem Principes pertinet disponere ea, quae pertinent ad maiores ciuitatis. Per Baptismum autem non adipiscitur aliquis nisi infimum gradum in populo christiano; et ideo baptizare pertinet ad minores Principes Ecclesiae, id est ad Presbyteros, « cer.

Ad quintum dicendum: quod Presbyter iure diuino, et ex vi sui ordinis habet officium baptizandi: in exercitio tamen huius potestatis, vt ordo in Ecclesia seruetur, ab Episcopo dependet. At Diaconus ex vi suae ordinationis nullus Sacramenti conficiendi potestatem habet; sed solum Sacerdoti illa conficiendi ministrandi: vnde si quando baptizat, ex delegatione id facit.

Sextum sic soluitur: neque corpus Dominicum dispensare ad Diaconorum spectat officium, neque administrasse vquam illos Poenitentiae Sacramentum; sed vnice ex delegatione Episcopi recepisse eos, qui solemnem Poenitentiae gradus expleuerant; non absolutionem impendentes, sed poenitentium deprecationem excipientes. Primum docet S. Thomas: (30) praeterea addens, nec posse quidem illos baptizare extra necessitatem, et absque Episcopi aut Presbyterorum mandato. Secundum dumtaxat innuit laudatum Caput: neque aliud innuit perdidicillis Cypriani locus, (31) »apud Diaconum Exomologesim facere.«

In septimi solutionem dicimus primo: Diaconum vi ordinis accipere potestatem baptizandi ex commissione et delegatione, non tamen virtute proprii gradus, quo constituitur Presbytero subiectus, non praeses, nec minister Baptismi ordinarius, vt patet ex cap. *Diaconus*. (32) Deinde dicimus pro factis in argumento memoratis; iura de quibus ibi fit sermo, Diaconi sortiti sunt, non ex suae creationis fine primario, sed solum ex Ecclesiae indulgentia: nec mirum, quum iurati fuerint, non ad Ecclesiae regimen, sed tantum vt Episcopis et Presbyteris suum exhiberent ministerium. Si quo autem alio munere functi sunt, illud non suae ordinationi, sed Ecclesiae delegationi debuerunt.

Secundi ordinis primum argumentum familiare hominibus haereticis est. Eo etiam vsi sunt Pelagiani ab Innocentio I. damnati; Ge-

(29) Ibid. ad 2.

(30) Ill. Part. q. lxxxii. art. 3.

(31) Ex Epist. xvii.

(32) Dist. 93.

nerale Concilium, in quo sua causa iterum tractaretur, expetendo: quibus quidem Augustinus respondit, minime illud Concilium requiri, quod omnium gentium Episcopi idem cum Innocentio sentirent; proinde cum suo Capite vnum, non loci quidem, sed spiritus vnitatis Concilium constituerent: itaque quum omnes vbique Ecclesiae in re nostra, Nicolai I. Capituli *A quodam Iudaeo* subscripsissent, haud expetendum plenarium Concilium erat.

Secundum, nempe Eliberitanus Canon sic intelligendus est ex interpretatione Mendozae et Van-Espen: vt supponat non vnum laicum adesse, sed plures: quo in casu lauacrum subministrare debeat, qui publicam poenitentiam non subiecit, nec sit bigamus. Exponunt alii Canonem, non de necessitate, sed de condescenduntia.

Ad tertium dicimus: Nicolaum consultum a Bulgaris fuisse num valeat Baptismus a Pagano datus, non de forma Baptismatis, vt saepius dictum est: ideoque quod ait de Baptismo *in nomine Christi*, opinionem ibi insertam esse; quod vero docuit de Pagano baptizante esse Pontificium rescriptum, proinde omnino tenendum.

Quarti solutio est: iussisse Gregorium III. rebaptizationem, quia Pagani nequaquam formam seruauerunt; caute animaduersione vsus, *si ita habetur*: vnde in glossa (33) habetur: *scilicet in forma Ecclesiae non fuerunt baptizati.*

Ad quintum dicendum: Augustinum et Hieronymum, aliosque insuper Patres, ex suppositione rebaptizantium argumentari, quorum propterea argumentum ad hunc reducitur sensum: Quilibet id dare potest, quod integrum habet; sed qui se ab Ecclesia praescinderunt, integrum habent Baptisma quod in ipsa receperunt, integrum quoque est in laicis catholicis: ergo et praecisi, et catholici laici integrum ac verum Sacramentum conferre possunt. Ast ex eo inferri haec altera consequutio non potest: ergo non baptizati non possunt baptizare; alioquin laudati Patres hanc propositionem negatiuam, nemo potest conferre Sacramentum quod non habet, isti adfirmatiuae, quod habet quisque dare potest, opponere debuissent; quod tamen non praestiterunt.

Sextum Augustini moderationem demonstrat, dum in re nondum ab Ecclesia definita sententiam dicere detrectauit; ceterum, ostendit se ita adfectum, vt crederet ratum legitimumque Baptismum vbicumque, et a quibuscumque verbis euangelicis consecratum. Immo aduersus Donatistas saepissime inculcat, Baptismo propriam inesse vir-

(33) In cap. *Quos a Paganis*.

virtutem, esse illum, non ministrantium, sed Christi Sacramentum, cetera. Quod si eosdem refutauerit ex quo extra Ecclesiam non amittatur Baptisma, id ex eorum principiis commonstrans, quod si extra Ecclesiam habetur, extra Ecclesiam et datur.

Septimum soluitur nuda ac simplici locorum Sacrae Scripturae expositione. Itaque quod obicitur de Fide ab Augustino retorquetur: (34) nam Paulus eo loci etiam ait vnam esse Spem: «vocati estis», inquit, in vna Spe vocationis vestrae: at ipsis Apostolorum temporibus fuerunt, quibus vna Spes non erat, et tamen erat vnum Baptisma; cuius generis erant, qui negabant resurrectionem mortuorum, et nihilominus baptizati erant, ex 1. ad Corinth. xv. Igitur vnum pariter erit Baptisma in illis, qui eandem non habent Fidem. Equidem notae et characteres, cuiusmodi Sacramentum Baptismi in Christi fidelibus est, remanent in transfugis et apostatis, ex ipso Augustino. (35)

Secundi loci haec est intelligentia: vel sermo ibi de Ecclesia SS. est, quam non esse in avaris intelligimus, qui tamen cum iustis Baptismum habent communem, vel de Ecclesia praesenti, seu huius temporis, in qua mali cum bonis permixti sunt. Si de illa priori sensu loquendum; reccur haeretici eundem ac avari, fraudatores, ceteri, Baptismum eodem pacto non habebunt? In posteriori autem sensu habet illa quaedam propria SS. vt caritas; quaedam Sanctis et improbis communia, vt Fides; quaedam extra illam etiam permanentia, vt Sacrosancta Mysteria: vnde haeretici, etsi Caritate et Fide careant, Sacramenta tamen habere possunt.

Ad tertium locum dicimus: an non baptizati ab avaris Christum induunt? Atqui avari templum Dei non sunt, dicente Apostolo in II. ad Corinth. 6.: quae societas templo Dei cum Idolis? Avaritiam insuper idololatricam vocans: quidni ergo et ab haeticis baptizati Christum induunt? Induunt equidem quantum ad Sacramenti perceptionem, non quantum ad sanctificationem.

Quarti loci sensus est: baptizari a mortuis Paganos qui homines colant, in quorum nomine baptizantur: non ita qui baptizantur a Christo: hoc est, qui Baptismo a Christo Instituto inchoantur. Desumimus quoque has expositiones ex Augustino. (36)

Ad octauum vulgaris est responsio: editos Canones illos fuisse in aliqua Synodo Rebaptizantium, vel Iconiensis, vel Synadensis illa sit. Quod

(34) Lib. v. de Bapt. cap. 26.

(36) Lib. v. de Bapt. cap. 27. ibid.

(35) Lib. 2. cont. Parmen. cap. 13. cap. 24.

si genuini probarentur, accipiendi illi forent de Haeticis formam Baptismi adulterantibus.

Nonum verbo solum esto: loquuntur nempe Leo, Urbanus, alique Pontifices, de Baptismatis sanctificatione, non de illius perceptione.

Decimi solutio ex dictis habetur: videlicet laudatos Patres id tucra adseruisse aduersus totius orbis morem, vt loquitur Augustinus. (38) Quem quidem morem haud illi denegarunt; posteaque plenariis Conciliis, Pontificum Statutis, reique matura discussione munitum, omnes Ecclesiae receperunt. Itaque Cypriani auctoritatem hoc in capite ab Ecclesia minime probari, pro qua tamen sanctissimus Martyr sanguinem suum fudit Augustinus reponebat; (39) nosque ex eo reponimus. Quod et reponimus de auctoritate Agrippini, Firmiliani, Basilii, Athanasii, aliorumque; necnon et Synodi Carthaginesis, aliarumque.

Vndecimum diluitur sic: sola Ecclesia Catholica generare potest Dei filios, vel proprio vtero, vel ancillarum, concedo: vtero dumtaxat proprio, nego. Quemadmodum Abrahamo et Iacobo filii ex ancillis Agar et Zelpha procreati sunt. Verum deinde est haeticos sibi arrogare ius conficiendi Sacramenta: sed id tantum probat administrationem sacrilegam, non vero Sacramentorum inualiditatem. Nec praeterea opus est, vt illi Spiritum Sanctum inhabitantem habeant; vt nec ministri etiam catholici: non enim virtute sua, sed Christi, Spiritum illi Sanctum communicant; neque ex propriis meritis, sed vi Sacramenti producentis gratiam. Et ex quo illi causa instrumentalis sint, sequitur haud requiri, quod membra Christo unita sint: potest enim et instrumentis separatis per culpam, et apostasiam vti. Postremo: ex maximo Ioannis inter et Christi Baptisma discrimen euincitur haud deberi post Christi Baptisma rebaptizari: licet rebaptizatum post Baptisma Ioannis fuerit.

Duodecimi solutio est: non omnia Fidei aut morum Dogmata Scripturis contineri, sed nos Catholicos multa credere quae sola Traditione continentur: vnde argumento opposito solum premi Calvinistae, ceterique Sectarii Recentiores poterunt, quibus Scriptura vna et sola est Fidei et morum regula. Ex loco autem obiecto vnum hoc colligitur, scilicet Apostolos fuisse ordinarios ministros; quin excludatur ex Tom. III.

(37) Lib. 2. cont. Cresc. cap. 25.

(38) Lib. 4. de Bapt. cap. 6.

(39) Lib. 2. cont. Cresc. cap. 32.

inde extraordinaria laicorum potestas, vt nos Traditio docet.

Ad tertiumdecimum dicendum: euanescere argumenti vim, vbi Canonis sensus aperitur. Eum sic doctissimus Albaspinus exponit dicens, non requirere Synodum Elliberitanum baptismalem iustitiam et monogamiam in eo qui Baptismum collaturus est, nisi vbi alii laici sunt, qui aut bigamia, aut ex poenitentia publica irregularitatem contraxerint.

Quartodecimo hoc modo occurrimus: auctor Constitutionum Apostolicarum loquitur de Baptismo solemniori et extra necessitatem; nam perstringit laicos, qui exemplo Coré munera Sacerdotalia vsurpabant. Basilus autem, alias in Rebaptizantium errore detentus, haec in eadem Epistola profert: Quod oportet consuetudine vti, et sequi Patres, qui quae ad nos pertinent, prouiderunt: Augustinus denique dubius non est in memorato loco: ea enim verba quae obici poterant, *nescis, an pie quisquam abierit*, cet. hunc reddunt sensum: non nisi impie affirmari cet., vt cuique Augustianum perpendenti innotescer.

Quintumdecimum sic soluitur: Tertullianus aperte mulieribus potestatem baptizandi, etiam in necessitate denegauit eo in loco, quam viris laicis largitur: homo asperus, et mulieribus parum propitius, vt ait Serrius. (40) Haud improbamus tamen illorum Theologorum benignam interpretationem, qui de solemniori Baptismo eum loquentum volunt: quod turpe sane mulieribus concedere foret. Epiphanius certe de illis loquitur foeminae, quae apud Peperianos, Caraphrigas, Colliridianos Episcopi erant ac Presbyteri. Neque alia Chrysostomi mens fuit, triumphum Bernicis, et Prodocis celebrationi mysteriorum solemnique sacrificio, personante oratione comparant. Ad Canonem vero Synodi iv. Carthaginensis responderet S. Thomas (41) veterari ibi mulieribus ministerium publici solemnisque Baptismi: id enim sonant ea Canonis verba *in conuentum Ecclesiae*.

(40) Praelect. xvii. de Sacram. (41) III. Part. q. lxxvii. art. 4. ad 1.

CAPVT VIII.

De Baptismatis subiecto agit, et de Cathecumenatu nonnulla tradit.

Infantes sunt Baptismatis capaces.

Non tamen baptizari possunt in vtero matris existentes.

Neque ordinarie loquendo filii infidelium baptizari debent inuitis parentibus.

Euincitur prima propositio ex Scripturis. Ioan. iiii. praescriptum indefinite ac vniuersim legimus Baptismum, ne a regno Dei quis excluderetur, verbis illis: «nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum caelorum:» at infantes capaces regni caelorum sunt ex illo Christi Domini Lucae xviii: «sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum caelorum:» ergo. Sunt in Scripturis huius generis plurima.

Euincitur praeterea, et quidem apertius, ex Traditione. Cyprianus expresse probat (1) infantes esse capaces Baptismi. Augustinus docet (2) consuetudinem baptizandi infantes ex Apostolica Traditione descendere: ait enim: «nec omnino credenda, nisi Apostolica esset Traditio.» Et aduersus Pelagianos eam vrgens, scribit: (3) hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit: hoc a maiorum fide percepit: hoc vsque in finem perseveranter custodit. «Habent similia alii Patres.

Euincitur quoque ex definitionibus Ecclesiae: nam Concilium plenarium Africae Carthagine celebratum an. 418. hunc protulit Canonem: «placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expierit, anathema sit.» Et Concilium Tridentinum de Baptismo loquens, definit: (4) «Si quis dixerit, paruulos eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo in-

Oo 2

» ter

(1) In Epist. ad Fidum.

(3) Serm. de verb. Ap. nunc cxxxiii

(2) Lib. x. de Gen. cap. 23.

(4) Sess. 7. Can. 13.

inde extraordinaria laicorum potestas, vt nos Traditio docet.

Ad tertiumdecimum dicendum: euanescere argumenti vim, vbi Canonis sensus aperitur. Eum sic doctissimus Albaspinus exponit dicens, non requirere Synodum Elliberitanum baptismalem iustitiam et monogamiam in eo qui Baptismum collaturus est, nisi vbi alii laici sunt, qui aut bigamia, aut ex poenitentia publica irregularitatem contraxerint.

Quartodecimo hoc modo occurrimus: auctor Constitutionum Apostolicarum loquitur de Baptismo solemniori et extra necessitatem; nam perstringit laicos, qui exemplo Coré munera Sacerdotalia vsurpabant. Basilus autem, alias in Rebaptizantium errore detentus, haec in eadem Epistola profert: Quod oportet consuetudine vti, et sequi Patres, qui quae ad nos pertinent, prouiderunt: Augustinus denique dubius non est in memorato loco: ea enim verba quae obici poterant, *nescis, an pie quisquam abierit*, cet. hunc reddunt sensum: non nisi impie affirmari cet., vt cuique Augustianum perpendenti innotescer.

Quintumdecimum sic soluitur: Tertullianus aperte mulieribus potestatem baptizandi, etiam in necessitate denegauit eo in loco, quam viris laicis largitur: homo asperus, et mulieribus parum propitius, vt ait Serrius. (40) Haud improbamus tamen illorum Theologorum benignam interpretationem, qui de solemniori Baptismo eum loquentum volunt: quod turpe sane mulieribus concedere foret. Epiphanius certe de illis loquitur foeminae, quae apud Peperianos, Caraphrigas, Colliridianos Episcopi erant ac Presbyteri. Neque alia Chrysostomi mens fuit, triumphum Bernicis, et Prodocis celebrationi mysteriorum solemnique sacrificio, personante oratione comparant. Ad Canonem vero Synodi iv. Carthaginensis responderet S. Thomas (41) veterari ibi mulieribus ministerium publici solemnisque Baptismi: id enim sonant ea Canonis verba *in conuentum Ecclesiae*.

(40) Praelect. xvii. de Sacram. (41) III. Part. q. lxxvii. art. 4. ad 1.

CAPVT VIII.

De Baptismatis subiecto agit, et de Cathecumenatu nonnulla tradit.

Infantes sunt Baptismatis capaces.

Non tamen baptizari possunt in vtero matris existentes.

Neque ordinarie loquendo filii infidelium baptizari debent inuitis parentibus.

Euincitur prima propositio ex Scripturis. Ioan. iiii. praescriptum indefinite ac vniuersim legimus Baptismum, ne a regno Dei quis excluderetur, verbis illis: «nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum coelorum:» at infantes capaces regni coelorum sunt ex illo Christi Domini Lucae xviii: «sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum coelorum:» ergo. Sunt in Scripturis huius generis plurima.

Euincitur praeterea, et quidem apertius, ex Traditione. Cyprianus expresse probat (1) infantes esse capaces Baptismi. Augustinus docet (2) consuetudinem baptizandi infantes ex Apostolica Traditione descendere: ait enim: «nec omnino credenda, nisi Apostolica esset Traditio.» Et aduersus Pelagianos eam vrgens, scribit: (3) hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit: hoc a maiorum fide percepit: hoc vsque in finem perseveranter custodit. «Habent similia alii Patres.

Euincitur quoque ex definitionibus Ecclesiae: nam Concilium plenarium Africae Carthagine celebratum an. 418. hunc protulit Canonem: «placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expierit, anathema sit.» Et Concilium Tridentinum de Baptismo loquens, definit: (4) «Si quis dixerit, paruulos eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo in-

OO 2

» ter

(1) In Epist. ad Fidum.

(3) Serm. de verb. Ap. nunc CLXXIII

(2) Lib. x. de Gen. cap. 23.

(4) Sess. 7. Can. 13.

ter fideles computandos non esse; ac propterea eos, quum ad annos discretionis peruenerint esse rebaptizandos; aut praestare omittere eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola Fide Ecclesiae, anathema sit. «

Postremo euincitur ex rationibus Theologiae. Hanc profert S. Thomas: (5) «sicut nullus, inquit, status mundi fuit in quo esset humano generi praecclusa via salutis; ita nulla aetas hominis vnus est, in qua via salutis praeccludatur: vnde quum in pueris sit peccatum originale, per quod a consequuntione aeternae salutis impediuntur; oportet, quod eis adhiberi possit aliquod remedium ad remouendum praedictum impedimentum: hoc autem est Baptisma. « Adeo est haec ratio efficax et vrgens, vt S. Carolus Borromeus excommunicationis poena mulcandos sensuerit, «qui natum infantem ante nonum diem ad suscipiendum Baptisma deferendum non curant. « (6) Profert hanc allam Cyprianus: (7) quod nempe omnes, siue infantes, siue maiores natu, eandem diuini muneris aequalitatem habere possint. Alias omittimus.

Secundam propositionem haec demonstrant. Primum: Baptismus est ex natura sua spiritalis regeneratio et secunda natiuitas, ex illo Ioannis ni. «oportet vos denuo nasci. « cet. Et, «nisi quis renatus fuerit ex aqua, « cet.: at repugnat regenerati cum, et secundo nasci, qui nondum est natus: puer igitur nondum natus, sed materno in utero omnino et ex integro inclusus, baptizari non potest.

Secundum: Augustinus haec scribit: (8) «nemo nascitur nisi operante concupiscentia carnali, quae tracta est ex primo homine, qui est Adam; et nemo renascitur nisi operante gratia spiritali, quae data est per secundum hominem, qui est Christus. Nec renasci quisquam potest antequam natus. « Et Isidorus: (9) «qui natus, inquit, adhuc secundum carnem non est, renasci secundum Christum non potest: neque enim dici regeneratio in eo poterit, quam generatio non praecessit.

Tertium: S. Thomas sic loquitur: (10) «Baptismus est quaedam regeneratio spiritalis: ergo prius homo carnali et animali natiuitate nasci debet, quam baptizetur. « Et Magister Sententiarum: (11) «il-

(5) In iv. dist. 5. q. 3. art. 1. q. 1.

(6) In Conc. r. Mediolan.

(7) In Epist. ad Fidum.

(8) In Epist. lv. ad Dard.

(9) Lib. 2. Originum.

(10) In 4. Sentent. dist. 6. q. 1.

art. 1.

(11) In eadem Dist.

«illud, ait, etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest. «

Quartum e ratione ductum est huiusmodi: Inter Ecclesiae membra adscisci, quod per Baptisma fit, eorum dumtaxat est qui in lucem prodierunt, qui ceterorum hominum consortio fruuntur, qui in coetum visibilis Ecclesiae possunt coadunari: atqui nihil horum conuenire potest infantibus nulla sui ex parte ex utero matris egressis: ergo. Vnde Ecclesiae ea lex lata est: «qui in maternis uteris sunt, baptizari non possunt: quia qui natus adhuc secundum carnem non est, regenerari secundum Christum non potest. « (12)

Tertiam propositionem vt expeditius demonstremus, principio animaduertendum venit, loqui eam de pueris infidelium, qui ciuili-ter tantum ac politice Principibus Christianis subiiciuntur: propterea adhibita consulto fuit expressio illa *ordinarie loquendo*. Demonstratur autem sic: numquam Hebraei subiectas sibi nationes ciuili dumtaxat politia, vel facta sibi a Domino permissione, vel recepta consuetudine circumciderunt, si aut pro se, aut pro paruulis repugnauerunt adulti: Atqui idem de Baptismo et de Circumcisione videtur adserendum: maxime dum contra Scotum disputamus, qui eam institutam vult ad originale peccatum delendum: ergo.

Deinde: neque Christus Dominus praecipit Apostolis suis vt aliquem inuitum baptizarent: sed iussit vt praedicarent Euangelium, et credentes baptizarent: ergo.

Praeterea: licitum non est agere contra Ecclesiae consuetudinem: at filios infidelium ante rationis usum, inuitis parentibus, baptizare contra Ecclesiae consuetudinem est: ait nempe S. Thomas: (13) «hoc autem Ecclesiae vsus numquam habuit, quod Iudaeorum filii inuitis parentibus baptizarentur cet.: ergo. Valer et hoc argumentum pro filiis aliorum infidelium non baptizatorum.

Ad haec: filii eiusmodi, vel sic parentibus inuitis baptizantur, vt a cura parentum per vim atqueantur: vel vt sub illorum subiectione relinquantur? Primum iniurium parentibus esset, quorum curae naturale ius filios commisit, quamdiu sibi providere non possunt: Secundum iniurium Baptismo et religioni Christi foret: quum impossibile moraliter sit pueros sic baptizatos sub parentum cura in Fide Catholica educari: quin potius possibile maxime videatur a Fide sus-

(12) Can. *Qui in maternis*; dist. iv. de Consecrat.

(13) Sec. Secund. q. x. art. 12.

cepta deuare: ergo. Adducit hanc rationem S. Thomas. (14)

Excipiendi tamen sunt infantes morti proximi: quippe eo in casu nulla Sacramento fit iniuria, ac consulitur aeternae illorum saluti, et mors potius quam minister illos a potestate parentum eripit. Excipiendi quoque erunt infantes, ac baptizari poterunt, si alter parentum consentiat, etiam alio repugnante: nam consentit, qui ius naturale in puerum habet, atque praevaleat oportet consensus, qui in religionis fauorem, et pueri utilitatem cedit. Excipiendi insuper, qui siue iure, siue iniuria, a parentum custodia et praesentia dissiti sint, vt omnino patriae potestatis cesset usus: ex. gr. si a Piratis capiuntur Turcarum triremes, ad nostraque trahantur littora. Demum si etiam iniuris parentibus baptizati sint, debent ab illis separari.

CAPVT IX.

Qui fuerint Haeretici Poedobaptismum negantes refertur: Qui etiam Catholici de cetero nobis contrarii. Omnium argumentis occurritur.

Poedobaptismum, seu paruulorum Baptisma nonnulli ex antiquis, et recentioribus Haereticis negarunt. Waldensibus siquidem irritum nullumque visum fuisse testatur Ermengardus. (1) Illud quoque irritum censuit Enricus, Petri Bruiis Haeretici successor, vt scribit Bernardus. (2) Eidem errori patrocinati sunt Anabaptistae et Sociniani, vt refert Bellarminus. Atque ex Anabaptistis Balthasar Pacimontanus ille est, qui veterem crambem recoxit, pestifero per Germaniam vulgato libello, vt paruulos nondum rationis usum expertos sacro lauacro initiari non posse demonstraret. Quem insuper errorem, sin minus aperto morte, saltem oblique refouise Desiderium Erasmus, (3) et nostrum Iohannem Ludouicum Viues, (4) Sertius pronuntiat. (5) Sed pauci tanti viri dixerim: licet Viues in historia temporum errauerit, atque consuetudinem differendi Baptismatis vniuersalem et perantiquam crederet: minime tamen negauit licite et valide paruulos baptizari. Quod si error id dicere in Vive nostro fuit: et errauit Fidus in Africa

(14) Vbi supra.

(1) Cap. xii. Opusc. cont. Wald.

(2) Epist. ccc.

(3) In Praef. Paraphr. in Matth.

(4) In Annot. in cap. xxviii. lib.

i. de Ciuitate Dei.

(5) Praelect. xviii. de Sacram.

ea Episcopus, subdubitans an ante octauam a natiuitate diem infantes baptizare liceret: errauit Tertullianus, qui differri infantium Baptisma vsque ad usum rationis voluit: errauit et Gregorius Nazianzenus, optans vt ante triennium paruuli Baptismo non offerrentur, nisi mortis periculum immineret.

De puero insuper in matris utero omnino concluso Baptismate initiando impie Iulianus Pelagianus dixit, baptizari eum posse eo ipso Baptismate, quo illius tingeretur mater: quem data opera Augustinus refellit: (6) ea maxime ratione, quod quum matre abluta, nullatenus puer abluatur, vt ad rationem Baptismi requiritur: licet matre pro Christo moriente ille moriatur, Martyrque Christi euadat. Theologi vero recentiores complures, cum quibus tantum certamen initum volumus, et illud putant, posse nempe puerum sic clausum proprio Baptismate initiari, vere abluui, et in Christo regenerari. Quam sententiam a Ludouico Scilderio (7) et a Gregorio Gobatio (8) praeformatum, Iohannes Clericatus nouam in lucem induxit (9) et Recentiores aliqui amplexati sunt. Quid autem Caletanus? Portentosum illud commentum induxit pro pueris illis periclitantibus: nempe impendendam illis benedictionem in Trinitatis inuocatione esse, spe concepta huiusmodi Baptisma in voto et Fide parentum acceptum iri. Commentum quidem ab omnibus postea refutatam, atque in Concilio Tridentino ad examen vocatum; (10) tametsi nulla censura a Patribus praescriptum fuerit, vno Scripando Augustinensium Generali Praeposito defendente, ceteris in damnationis sententiam conspirantibus. Quod tamen sequitis temporibus ex eiusdem Caletani in S. Thomam Commentariis expunctum est (11) iussu S. Pii V.: quin illud posthac ampliari et instaurare tenauerit nemo vnus Theologorum, si Thomam Campanellam, et Iohannem Caramuelem, duos scilicet illos portentosarum opinionum Magistros, excipiamus. Adeo infeliciter haec Caletano cecidit alea: hos tantum sequaces et adstipulatores nactus est.

De cetero, paruulos iamiam natos, a Iudaeis vel Paganis progenitos, dominio parentum vi sublato, Scorus Subtilis Doctor vult tingendos esse: (12) quae sententia probabilis Guiljelmo Estio visa est.

(6) Lib. xi. cap. 5.

(7) Lib. de princip. Conscientiae,

tract. vi. cap. 2.

(8) Tract. ii. de Bapt. sect. 2.

(9) Decis. xxxix. de Bapt.

(10) Sess. viii.

(11) Ad art. 2. et xi. q. 68. tert.

(12) In 4. Dist. 4. 9.

est. (13) In hunc modum de erroribus Haereticorum atque Catholicorum opinionibus dicere placuit. Ad expendenda itaque eorum omnium argumenta accedamus.

Haec Haeretici aduersus primam propositionem opponunt. Primum: Iure diuino doctrina Baptismo praesupponitur: legitur enim Matth. xxviii: »docere omnes gentes, baptizantes eos,« cet. Praeterea sine Fide Baptismus non prodest ex illo: »qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur:« atqui paruuli nec doctrinae, nec Fidei capaces sunt: ergo. Idem argumentum ex poenitentia duci potest: quandoquidem Actor. xv. dicitur: »poenitentiam agite, et baptizetur vnusquisque vestrum,« cet.

Secundum: Tertullianus Baptismum paruulorum improbat atque suadet, vt ad illum recipiendum expectetur adolescentia. (14) Ait siquidem: »itaque pro cuiusque personae conditione aut dispositione, etiam aetate, cunctatio Baptismi vtilior est. . . . Veniant ergo dum »adolescunt, veniant dum discunt, dum quo veniant docentur; fiant »Christiani, quum Christum nosse potuerint. Quid festinet innocens »aeras ad remissionem peccatorum?« Hieronymus quoque scribit: (15) »non potest fieri, vt corpus Baptismi recipiat Sacramentum, nisi ante anima Fidei receperit veritatem.« Gregorius item Nazianzenus sic loquitur: (16) »de reliquis ita sentio, vt triennio expectato, aut aliquanto breuioris, vel longioris temporis spatio. . . . »demum per magnum perfectionis Sacramentum, et animas et corpora »sanctificent:« ergo ex Patrum sententia infantes subiectum Baptismi non sunt.

Tertium: et ratio quoque id suadet: nam primo, in eo qui baptizatur requiritur intentio suscipiendi Sacramentum; quam certe paruuli habere non possunt. Deinde iniquum videtur inscis et ratione destitutis paruulis per Baptisma iugum imponere, quod quum adoleuerint, volentes nolentes portare debeant: ergo.

Quartum sumunt ex exemplis sanctorum Virorum, qui diu Baptisma distulerunt: immo et ex ipsius Institutoris Christi Domini, qui anno tricesimo vitae suae baptizatus est.

Quintum: si paruuli baptizandi sunt; zeur saltem dum ad iustam aetatem peruenerint, non interrogantur, an in Religione Christiana

(13) Dist. vi. §. 2.

(14) Lib. de Bapt. cap. 18.

(15) In fine Comment. in Matth.

(16) In Orat. in S. Lauac.

tiana, quae nullum inuitum cogit, permanere velint? Quare saltem non differatur eorum Baptisma vsque ad octauum diem?

Facere contra secundam propositionem has argumentationes Theologis nobis contradicentibus visum est. Prima: ex Scripturis colligitur gemina natiuitas, seu generatio carnalis: vna quidem in vtero, quae ipsamet conceptio est, de qua Lucae ii. dicitur, »quod in ea »natum est, de Spiritu Sancto est:« altera ex vtero, qua videlicet foras prodit quicumque gignitur; de qua dicitur ibidem, »quod nascetur ex te Sanctum:« paruuli igitur quum iam nati in matris vtero sint, etsi nondum sint ex vtero nati, renasci, et regenerari Baptismate poterunt.

Secunda: ex Apostolo ad Rom. v. efficacius est donum Christi ad salutem, quam peccatum Adae ad damnationem: sed pueri in materno vtero clausi damnantur propter Adae peccatum: ergo.

Tertia: exorta dubitatione, an mulier validum inserit matrimonium ob impedimentum frigiditytis, obstetrices (17) inspicere debent foeminam: id quod et faciendum est, si sit suspicio an grauida mulier sit: (18) potiori ergo titulo pro Baptismo cura eiusmodi erit adplicanda.

Quarta: sat est ad quodlibet Sacramentum perficiendum si adsit materia, forma, et intentio; quae tria in casu de quo disputatur, habentur.

Quinta: instante partu vterus pariturae incipit aperiri; cuius insuper ostium beneficio cuiusdam instrumenti a recentioribus Chirurgis inuentum potest ita dilatari vt manus etiam intromitti queat: at tunc potest obstetrix tenuem spongiolam aqua grauidam comprimere et paruulum latitantem abluere: vel si tanta non est oris vteri capacitas vt manus intromitti queat, saltem admodum clisteridio aut tenui fistula, tanta leuis insillari poterit aquae copia, quanta lotoi faciendae sufficiat: ergo.

Sexta: sanctificatos in vtero Hieremiam, Ioannem Baptistam, ac Deipatam scimus, nullo accedente ecclesiastico ministerio, nullus beneficio Sacramenti. Baptizatum etiam in vtero, et antea coelo quam terris natum Sanctum Aloysium Gonzagam narrat eiusdem acta: ergo.

Et contra tertiam adsertionem opponuntur nonnulla. Scilicet: vt ex Actor. cap. v. habetur, magis oportet obedire Deo quam homini.

Tom. IIII.

Pp

ni

(17) Ex cap. Fraternalitatis. (18) Ex L. Temporibus, ff. de inspect. vent.

nibus: arqui Deus iubet vt omnes omnino baptizentur: ergo omnes pueri etiam si repugnent parentes, baptizari possunt. Deinde: apud Lucam cap. xiv. dicit Dominus seruo, »compelle intrare vt impleatur domus mea: possunt ergo infideles ad Baptismum compelli.«

Præterea: eadem est ratio Baptismatis et Circumcisionis: sed Machabaci reluctantibus et iniuris parentibus, eorumdem filios in finibus Israel repertos circumciderunt: ergo.

Rursus: vnusquisque potest proximum suum ab iniuria vindicare: sed filii infidelium iniuriam a suis parentibus patiuntur, dum eorum Baptismati resistunt: ergo. Et quidem si liceret pueros parentum cura eripere si occidere eos vellent, aut ad furtum, aliaue facinora impellere; zeur non licebit ab eorum cura eripere, dum illos occidere volunt spiritaliter? Certe tunc iure naturæ parentes abutuntur.

Insuper: haud violatur ius naturæ si a parentibus puer subtrahatur et baptizetur; maxime si ipse velit: quin et potior est ratio diuini iuris, quam iuris gentium: si igitur iure gentium, titulo seruitutis baptizari non violato illo iure possent, potius vi iuris diuini.

Ad hæc: Sisebutus Hispaniarum Rex, vt Baronius testatur, (19) Indæcos vi ad Baptismum coëgit: quod nedum non improbavit Conc. Toler. vi. sed summis laudibus celebrauit; præcepitque, vt Iudæi, qui Fidem christianam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur: ergo. Quod argumentum vrgeri aptissime posset ex lege iii. Wisegothorum; (20) ex Statuto Regis Chinillani in Canone in. Conclit. iv. Toletani relato; ex Caroli Magni mandatis, Chilperici item et Degoberti, a Launofo memoratorum; demumque ex quadam S. Francisci Xaverii Epistola ad Franciscum Henticum.

Sed ad omnia hæc argumenta enervanda properamus. Primum itaque primæ classis sic soluitur: Verba in argumento relata ad solos adultos spectare ex eo euincitur quod ad eos ab infidelitate ad Fidem conuertendos Christus suos Apostolos in varias tunc orbis regiones mittebat; ad gentes scilicet idololatrias, quæ ante Baptismum et docendæ erant, et Fidem concipere debebant. Quin et dici potest: infantes etiam per Ecclesiam ac per suos susceptores credere, per quos etiam interrogatur, et suam Fidem proficitur. Ita respondet S. Thomas. (21)

Ad secundum dicendum: etiam dato id adsertum a Tertulliano, Hi-

(19) Ad an. DCXIV. (20) Lib. XII. tit. 3. (21) III. Part. q. LXVIII. art. 9. ad 3.

Hieronymo, ac Nazianzeno fuisse, haud inde sequi irritum nullumque Baptisma paruulis datum censuisse: sed id tantum; existimasse eos expedire, vt in adolescentiam, nisi tamen vrgeret necessitas, differretur. Atque hoc fuisse illorum Concilium probabilius nos superius inuimus: quod Ecclesia non probauit. Hieronymum excipimus, quem de infidelibus adultis loqui intelligimus ex ipso verborum contextu. Aliam responsonem dabunt Theologi, qui Tertullianum et Nazianzenum non ita censuisse opinentur.

Tertii solutio est ex S. Thoma: ad suscipiendum Baptismum requiri intentionem, siue propriam, siue alienam: hac paruuli illum suscipere, nempe intentione eorum a quibus adferuntur, et Ecclesiae eorum matris. Neque iniquum præterea est in seculis et ratione destitutis iugum imponere, quod quum sui compotes facti sint, portare teneantur. Huiusmodi est Baptisma post promulgatum Euangelium omni homini: vnde nulla iniquitas in eo est, quod eidem adhuc puero imponatur.

Ad quartum dicimus, inepte nimis Christi Domini aliorum etiam exemplum obici: »Christo enim, vt loquitur Gregorius Nazianzenus, »nec quæquam periculi metuendam erat Baptismum promulganti: quippe qui Passionis quoque suæ arbiter esset, quemadmodum et Natuiratis. Tibi autem non leue periculum imminet, si »hinc corruptioni soli genitus, nec incorruptibilitate indutus excesseris.« Alii autem causas habuere quasdam tamdiu Sacramentum summo opere necessarium differendi; quibusdam scilicet in causa fuit, quoniam vtilem Baptismi dilationem iudicarent, vt Tertullianus tradit; (22) nonnullis voluptuosa vita antea: timor etiam ne paruulis ab Ecclesia diuulsis sub Paganorum aut Haëreticorum tyrannide Sacramentum adficeretur iniuria. Aliis alia.

Vltimo sic occurrimus: interrogandos non esse, qui ad aetatem adultam perueniunt; quia nec olim interrogabantur circumcisi octaua die; quia per Sacramentum regenerationis Ecclesiae nati, non sunt iuris proprii; quia eorum vtilitas postulat, vt in christiana Religione permaneant: nec in octauum diem differendus est Baptismus, etsi data die octauo Circumcisio fuerit: hæc enim vmbra Baptismi fuit, quæ superueniente veritate cessauit, vt aiebat Cyprianus. (23) Et licet negemus fuisse quosdam ad vsque diem octauum, et vltierus Baptisma protrahentes; horum consuetudinem sequi non teneatur,

pp 2

quæ

(22) Lib. de Bapt. cap. 18. (23) Epist. LIX.

quae priuata est; eique propterea praeferenda consuetudo vniuersalis, et ab Ecclesia comprobata.

Quae in primae classis secundo loco producit argumentatio No-uarorum effugium est ab Augustino praecisum et in antecessu occupa-
 tum, vbi scribit: (24) »quod si quis dicat, iam natum esse homi-
 nem etiam quum adhuc est in vtero matris, quia dictum est de
 »praegnantē virgine Dei matre, quod in ea natum est, de Spiritu
 »Sancto est; atque ita huic primae natiuitati, quae in vtero facta
 »est, succedere secundam natiuitatem, dum quis baptizatur in vtero
 »caueat ne accipiti loquutione decipatur.« Quia tametsi ex Scholae
 formula conceptio dici possit natiuitas; non tamen ex familiari lo-
 quendi vsu in Sacris etiam Litteris usurpato, conceptio natiuitas dici
 potest. Tum quia si ita diceretur, homo ex vtero natus dicen-
 dus esset renatus ac regeneratus; ob duplicem illam natiuitatem, v-
 nam nempe in vtero, ex vtero aliam: vnde dum solito more esset
 baptizatus, postquam scilicet ex vtero natus est, non renatus, vel de-
 nuo natus, sed tertio natus dicendus foret. Tum etiam ex Scrip-
 turarum phrasi homines concepti dumtaxat dicuntur non nati: vt
 de Iacob et Esau in Rebeccae vtero iam conceptis dicitur ad Ro-
 man. ix: »quum nondum nati fuissent,« cet. Christus itaque fami-
 liarem modum vsurpauit dicens, »nisi quis renatus fuerit,« cet.: at-
 que conceptionem pro natiuitate non computauit. Quo etiam sensu
 accipienda et ea verba sunt, »quod in ea natum est,« maxime quum
 graeca phrasis ambigua et anceps sit.

Ad secundum neganda est illatio: quod enim pueri quum adhuc
 in vtero matris sunt, ordinario remedio Baptismi sanctificari nequeant,
 non est ex defectu efficaciae in dono Christi; sed ex ipsorum defectu
 qui capaces Baptismi non sunt: non enim subiciuntur actioni mi-
 nistri a quo adpiscari debet, nec humanae Reipublicae ciues sunt:
 quum nondum in lucem prodierint. Sumta est solutio ex S. Thoma. (25).

Tertium in obiectantes retorquetur ac simul diluitur: quia ma-
 trimonium dissoluitur per impedimentum frigiditatis, praecipit Eccle-
 sia, vt dubio suborto obstetrices vxorem inspiciant: at dum mulier
 in partu laborat, non praecipit vt obstetrices aut medici interrogan-
 tur, an baptizari infans possit; sed ne baptizetur iubet, nisi caput,
 aut saltem membrum aliud eusserit: censet ergo infantem illum
 subiectum Baptismi non esse.

Ad

(24) In Epist. ad Dard. 57: (25) III. Part. q. 68, art. 2. ad 1.

Ad quartum respondetur: tria quae ibi adsignantur requiri ad Sacra-
 mentum perficiendum; sed praesupponendam esse subiecti capacitatem.

In quinto soluendo pudet immorari. Relinquimus quidem medi-
 cis et chirurgis, necnon et recentioribus Theologis iudicandum de
 his, quae in argumentatione sunt producta: satius esse existimamus
 negare posse foetum in vtero etiam aperto, vel manu, vel clisteri-
 dio, aut fistula, sic ablui, vt Baptisma illi conferatur: quemadmo-
 dum nec conferri potest homini sacco coriaceo inuoluto. Quid au-
 tem si et posse ablui fateremur? Ablueretur inquam, quum nondum
 in foro versaretur, et notitia Ecclesiae; quum dignosci non posset
 an esset mortuus, vel viuens, an homo vel monstrum. Sed extra quaes-
 tionem nos esse a Recentioribus ductos videmus: qui de pueris in
 matris vtero prorsus inclusis consulto disputabamus.

Sextum sic soluitur: quum Deus hominem quocumque in statu
 versetur probe norit; et virtutem suam in eum exercere possit, nihil
 mirum si in omni statu eum sanctificare queat: at quum Ecclesia non
 ita hominem in quocumque statu nouit; nec quocumque perinde
 in statu baptizare potest. Neque Ludouicus Gonzaga, totus, vt fini-
 gitur, in vtero oclusus baptizatus est; sed magna sui corporis par-
 te extra vterum prodita, vt ait Vigilius Ceparius, eius vitae dili-
 gentissimus Scriptor.

Ad primum tertiae classis argumentum dicimus: velle ac praeci-
 pere Deum omnes baptizari, seruato tamen, non violato naturae or-
 dine, qui exigit in adultis eorum adsensum, in paruulis vnus vel
 alterius parentis consensionem: vnde qui vnus non infert parentibus, pue-
 ros illis subtrahendo, non transgreditur, sed implet potius Dei praeci-
 pium.

Ad secundum respondemus: eatenus Gentiles compelli ad Fidem,
 quatenus ad Euangelij praedicationem ex nolentibus volentes fiunt; ea
 gratia accedente, quae a nullo duro corde respuitur; persistente ta-
 men libeti arbitrii facultate et optione.

Tertii solutio est: pueros a Machabaeis in finibus Israel circum-
 cisos fuisse filios Iudaeorum, vt obseruarunt nonnulli Sacri Interpre-
 tes, quos parentes vel mortis timore, vel apostasia a lege non cir-
 cumciderunt. Hos circumcidere iussit Maqathias, Israëlitas ad pristi-
 na reuocando instituta. Quod si ita ille se gessisset erga Gentilium filios
 iusto bello manu captis, iuste se gessisset: at nihil eius exemplum
 aduersus nostram adsertionem argueret.

Quar-

Quartum sic soluitur : potest quisque vindicare proximum suum ab iniuria quam patitur contra legem naturalem, non vero quam patitur contra legem supernaturalem, supposita Fide : non enim haec naturam destruit, sed firmat : hinc si parentes vellent corporalem mortem filiis inferre, possent hi ab eorum cura vi eripi ; non sic autem dum contra spirituales vitam attentant. Et quidem abuterentur in primo naturae iure aduersus debitum naturalis iustitiae; quemadmodum etiam eo abuterentur, dum filios ad furum, aliaue facinora vi cogere vellent : at in secundo peccant aduersus ius supernaturale, in quo nulli hominum subiiciuntur ; adeoque ab homine nequaquam expoliari.

Ad quintum dicendum : puerum quum ad vsum rationis peruenit, in iis quae pertinent ad ius naturale ac diuinum esse suae potestatis, ideoque non est penes patriam potestatem illius Baptismum impedire, si velle.

Sextum sic erit solutum : Sisebuti factum reprobatum in eodem Canone ; laudetur licet illius pro religione zelus in eo, aliisque aduersus Iudaeos Statutis. Wisogothorum praeterea lex praecipit, vt Iudaei qui noluerint poenam exilii subire, promittentes se potius Baptismum recepturos, decaluati, susceptisque centum flagellis, statuta poena mulcerentur, si aut se baptizari distulerint, aut filios suos vel famulos nullo modo ad Sacerdotem baptizandos remiserint, cet.: quod longe diuersum est ab eo quod oblicentes contendunt. Idem de Carolo Magno adserendum: ab eo siquidem Saxones rebellant, iterumque in ditionem redacti baptizati etiam vxoribus et infantibus sunt. Sanctus autem Franciscus Xauerus Franciscum Henricum laudat, quod baptizaret Paganorum infantes morti proximos, et a parentibus derelictos ; non quod baptizaret eos inuitis et repugnantibus parentibus.

CAPVT X.

Baptismatis necessitas constituitur : eiusdem effectus designantur.

Baptismus omnibus omnino hominibus necessarius est necessitate medii : adultis et necessitate praeepti.

Hanc necessitatem supplet in adultis Baptismi votum ; in his et paruulis etiam supplet Martyrium.

Praeter remissionem omnium peccatorum omnisque reatus poenae confert Baptismus sanctificantem gratiam ac virtutes ei adnexas.

Integrum hunc Baptismi effectum operatur Martyrium : votum autem Baptismi non remittit totam temporalem poenam.

Probatur primae propositionis veritas quoad vtramque suam partem : illud certe necessarium necessitate medii omnibus est, sine quo nemo vnus in regnum Dei intrare potest : eiusmodi est Baptismus : ergo. Et quidem ita expressum legitimus in Scripturis ; vbi Ioannis iii. ait Dominus : « nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. » Et Paulus ad Titum iii. scribit : « saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus Sancti. »

Praeterea : id quous saeculo Ecclesia credidit, neminem scilicet posse sine Baptismo saluari : inde concludens, paruulos qui sine Baptismo moriuntur, vitam aeternam non consequi. Cyprianus enim (1) nomine Concilii Carthaginiensis Fido iuber, ne ad paruulum baptizandum octauum diem expectet ; quod periculum sit, ne si antea moriatur, in aeternum pereat. Tota insuper Ecclesia damnauit saeculo quinto Pelagianos, quod contenderent, infantes sine Baptismo morientes vitam consequi aeternam, vt in libro de Haeresibus demonstrat

trat Augustinus. (2) Tandemque quouis saeculo praecepit, vt infantibus in vitae periculo constitutis Baptisma conferretur, adultisque omnibus, qui aut voce, aut signo, aut testibus petissent; vt scribit ipse Augustinus ad Honoratum. (3) Hinc Tridentinum Concilium (vt breuitatis causa praetermittamus Palesinum seu Diospolitatum, et iv. Carthaginense) ait: (4) «si quis dixerit Baptisma liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit.»

Ex quibus arguitur quoque Baptismatis necessitas pro adultis praecpta; quum a Christo Domino, dicente Apostolis suis Matth. vltimo: «euntes docete, baptizantes eos,» cer. rum ab Ecclesia repetitis Constitutionibus atque Decretis: adeo vt post sufficientem Euangelii promulgationem, praecpto suscipiendi Baptismatis subiectos omnes adultos esse indubitata res sit.

Hanc autem necessitatem supplere in adultis Baptismi vorum demonstratur ex Scripturis, vbi legitur: «omnis qui credit in illum, non confunderur:» ad Rom. x. Et: «cor contritum et humiliatum Deus non despiciet:» Psal. i. atque his similia.

Demonstratur et ex Patrum auctoritate. Ambrosius enim inquit: (5) «audio vos dolere, quod non acceperit Sacramentum Baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi peccatum? . . . Non habet ergo gratiam quam desideravit? Non habet quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit.» Et Augustinus: (6) «sine visibili Sacramento, ait, impleri inuisibiliter, quae ad Roman. x. inquit Apostolus: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, quando mysterium Baptismi non contemptus Religionis, seu articulus necessitatis excludit.»

Demonstratur et ex Tridentini Definitionibus: postquam siquidem iustificationem describit, dicens: (7) «quod sit translatio ab eo statu, in qua homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae et adoptionis filiorum Dei per secundam Adam Iesum Christum Salvatore nostrum:» addit: «quae quidem translatio post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est, nisi quis renatus,» cer.

Supplere autem eandem et in paruulis, et in adultis necessitatem Martyrium docent Scripturae Matth. x. vbi dicitur: «qui me

con-

- (2) Haer. 88.
(3) Epist. 180.
(4) Sess. 7. Can. 5.

- (5) In Orat. de obitu Valentin.
(6) Lib. 6. de Bapt. cap. 22.
(7) Sess. 6. cap. 4.

«confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego etiam coram Patre meo.» Et cap. xvi: «qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.» Docet et Veterum Traditio. Scribit enim Cyprianus: (8) «sciant, Cathecumenos nec priuari Baptismi Sacramento, vtpote qui baptizantur gloriosissimo et maximo sanguinis martyrio, de quo et Dominus dicebat habere se aliud Baptisma baptizari.» Cyrillus Hierosolymitanus haec habet: (9) «redimens terram Saluator per crucem, et in latere vulneratus sanguinem et aquam emisit, vt alii quidem tempore in aqua baptizarentur; alii vero tempore persecutionis in propriis sanguinibus.» Habet similia Augustinus passim. (10)

Docet et ipsa ratio qua vtitur S. Thomas: (11) nam Apostolus ad Rom. vi. dicit: «quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Qui igitur pro Christo sanguinem fundunt, quum non figura tantum, sed re et veritate Christi mortem referant, baptizati dicendi sunt.» Quae omnia tenent absdubio de Infantibus pro Christo necatis; vtpote proprio sanguinae baptizatis: quapropter Bethlehemicos infantes tanquam Martyres Ecclesia perpetuo venerata est.

Ad effectus per Baptisma productos, quod quidem tertio loco constitutum, has habemus probationes. Principio: remitti Baptisma peccati culpam Scriptura testatur dicens Actor. ii: «baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum.» Et ad Ephes. v. Christus per Baptisma Ecclesiam mundare dicitur «mundans, scilicet, eam lauacro aquae in verbo vitae:» qui insuper effectus apud Ezechielem cap. xxxvi. praedictus his verbis fuerat: «effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.»

Testatur deinde Traditio. Tertullianus enim, alique antiqui Patres, hoc Ioannis inter et Christi Baptisma discrimen constituerunt quod hoc, non illud, peccata deleat. Augustinus vbi sic loquitur: (12) «omnia prorsus delicta delet sanctum Baptisma; originalia et propria, dicta, facta, cogitata, cognita, incognita, omnia dimittuntur.» Eidem subscripsit Hieronymus dicens: (13) «omnia scortata,

- (8) Epist. lxxvii. ad Iulianum. (11) III. Part. quaest. lxxvi. art. 12.
(9) Cathec. 8. (12) Lib. 3. de Symb. ad Cathec.
(10) Lib. iv. de Bapt. sup. laudat. cap. 10.
Epist. 108. aliisque in locis. (13) Epist. 83. ad Oceanum.

»ta, et publicae colluuiis sordes, impietas in Deum, patricidium,
 »et incestus in parentes, atque in extraordinarias voluptates vtriusque
 »sexus mutata natura, Christi fonte purgantur. « Quam denique Tra-
 »ditionem atque antiquam Fidem Patres Tridentini hoc munere De-
 »creto: (14) »si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quae
 »in Baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut
 »etiam adserit non tolli totum id, quod veram et propriam peccati
 »rationem habet, sed illud tantum radi aut non imputari, ana-
 »thema sit. «

Accedit ratio S. Thomae, (15) nempe: per Baptismum moritur
 homo vetustati peccati, et incipit viuere nouitati vitae, ex Apost. ad
 Rom. vi: »ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, vi-
 »uentes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro: « ergo nihil per-
 »tinens ad vetustatem vitae, cui homo moritur in Baptismo, remanet
 in regenerato: at peccata omnia ad vetustatem vitae pertinent: om-
 »nia igitur peccata in Baptismo non mere raduntur, reguntur, aut
 non imputantur, sed vere moriuntur.

Deinde: remitti per Baptismum simul cum omni culpa omnem
 etiam reatum poenae, nedum aeternae, sed etiam temporalis, constat
 primo ex eo quod Patres docuerint, eum qui mox a recepto Bap-
 tismate moritur, nullius poenae in altera vita persoluendae debitorem
 esse: ait enim Augustinus: (16) »si continuo (post Baptismum)
 »consequatur ex hac vita migratio, non est omnino quod obnoxium
 »hominem teneat, solutus omnibus quae tenebant. «

Constat quoque ex ratione quam S. Thomas profert: (17) nam
 omni baptizato Christi Passio communicatur ad remedium, ac si ipse
 cum Christo passus esset et mortuus, ex illo ad Rom. vi: »si autem
 »mortui sumus cum Christo: « sed Christi Passio, nisi obex ponatur,
 nedum sufficiens, sed efficax etiam est remedium pro omni culpa et
 poena: ergo qui baptizantur in Christo liberantur ab omni reatu cul-
 pae et poenae.

Hinc Ecclesia sancitum voluit in Concilio Florentino: (18) »Sa-
 »cramenti (Baptismi) effectus est remissio omnis culpae originalis, et
 »actualis, omnis quoque poenae. « Quod confirmavit Tridentinum di-
 »cens: (19) »quod in renatis nihil est prius, quod eos ab ingressu
 »coeli remoretur. «

(14) Sess. v. Can. 6.

(15) III. Part. q. LXXIX. art. 2.

(16) Lib. 2. de peccat. merit. cap. 28

(17) III. Part. q. LXXIX. art. 2.

(18) In Decret. v. no. 1.

(19) Sess. 5. Can. 5.

Quod autem praeter remissionem peccatorum Baptismus gratiam
 sanctificantem seu habitualem conferat, ex his abunde euincitur quae
 de Sacramentorum effectibus diximus supra: vbi Concilii Tridentini
 Decretum produximus. Euincitur praeterea ex Scripturis. Scribit enim
 Paulus 1. ad Corinth. 6: »sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed
 »iustificati estis. « Et ad Galat. III: »omnes enim filii Dei estis per
 »Fidem, quae est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo bap-
 »tizati estis, Christum induistis. « Sed quod in idem redit, facti es-
 tis quod Christus est: ille natura Dei filius, vos per adoptionis gra-
 tiam filii Dei facti estis.

Euincitur etiam ex hac S. Thomae ratione: (20) homo per Bap-
 tismum incorporatur Christo, eiusque membrum fit: sed a Christo
 capite in omnia eius membra gratiae et virtutum plenitudo deriuatur,
 secundum illud Ioan. 1: »de plenitudine eius nos omnes accepimus, et
 »gratiam pro gratia: « ergo.

Gratia tamen quam Baptismus producit, non nisi saeculo xii. de-
 sinente, habitus nomine explicari coepit: nempe illorum habitum
 primum omnium meminit Innocentius III. qui e viuis excessit ann.
 1216, (21) ex quo in Scholis illud idem nomen ad gratiam desig-
 nandam emanauit. Sive autem habitus nomine illa vocetur, sive gra-
 tiae vocabulum retineatur, eiusmodi sane est vt hominem regeneret,
 illuminet, eique coelorum ianuam aperiat: vt ex Scripturae testimo-
 niis et Patrum dictis, quorum non semel mentionem fecimus, constat.

Quarta demum propositio in hunc modum ex Scriptura proba-
 tur: Martyrium a caritate, quum intensiue, tum extensiue perfec-
 tum, oritur, secundum illud Ioannis xv: »malorem hac dilectionem
 »nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis: « atqui
 caritas, et intensiue et extensiue perfecta, non culpam tantum
 abstergit, sed et omnino dimittit debitam sceleri poenam: ergo.

Deinde probatur ex antiqua Ecclesiae disciplina: haec enim doc-
 cet, nullas vniquam fuisse suas preces, nullum oblatum sacrificium
 pro his, qui martyrio occubuerant: quin Augustino aiente, »Inlu-
 »riam facit Martyri, qui orat pro Martyre: « persuasum ergo anti-
 quae Ecclesiae fuit martyrio culpam et totam poenam peccato
 debitam remitti.

Verum per Baptismatis votum seu desiderium remitti etiam pec-
 cati culpam constat ex auctoritate Concilii Tridentini, vbi dicit: (22)

Qq 2

»do-

(20) In cap. *Maiores*. (21) Serm. 17. de verb. Dñi. (22) Ses. 24. cap. 4.

» docet praeterea (Sacra Synodus) etsi contritionem hanc aliquando
» caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare
» priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus
» reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in il-
» la includitur, non esse adscribendam. «

Constat deinde ex Bulla Pii Papae V. a quo proscripita haec pro-
positio fuit, inter eas quae Michaëli Baio adscribuntur num. xxxi:
» caritas perfecta quae est ex corde puro, et conscientia bona, et
» Fide non ficta, in Cathecumenis et poenitentibus potest esse sine
» remissione peccatorum. «

Haud tamen dimittit per Baptismi votum Cathecumeno iustifica-
to totam poenam peccato debitam, suadent Scripturarum sententiae,
quibus perenti, ut oportet, promittitur salus; sic enim eis promittitur,
ut onus persolvendi temporalem poenam peccato quoad culpam di-
misso debitam indicent: suadet insuper Ecclesiae praxis: Ecclesia si-
quidem pro Cathecumenis antequam ad Baptismum peruenissent, fa-
cto functis, antiquitus orabat; ac pro eorum reque Deo sacrificium
offerebat.

Suadet ratio: nam Deus id tantum supplere praesumendus est,
quod simpliciter et absolute ad salutem est necessarium: at totius poe-
nae temporalis remissionem non esse eiusmodi nemo nescit: non ni-
hil ergo poenae in altera vita Cathecumenis subeundum superest.

APPENDIX.

¶ Equid autem de Baptismate fide suscepto erit adserendum? Pro-
ducere et illud remissionem peccatorum, ubi fictio recesserit? Vi-
que. Nam hoc nos Augustinus docuit, scribens: (23) » tunc inci-
» pit valere idem Baptismus ad dimittenda peccata, quum ad Ecce-
» siae pacem venerint (Haeretici aut Schismatici); non ut iam ad-
» missa non reuincantur, neque ut ille Baptismus, quasi alienus, aut
» alius improbetur, ut alter tradatur; sed ut idem ipse, qui propter
» discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus opera-
» tur salutem. « Quibus profecto verbis duo Augustinus docuit: nem-
pe et darum in haeresi aut schismate Baptismum reuincere; seu ef-
fectum in illis producere, qui ad unitatem redeunt; et illam Sacra-
menti reuincensiam paci esse adscribendam; pacis nomine intel-
lecta, non mera haereseos aut schismaticis eleratione, sed caritate ex
qua

(23) Lib. 111. de Bapt. cont. Donat. cap. 13.

qua eleratio illa oritur, et quae ad quodlibet mortale peccatum adfec-
tum excludit.

Peccata quidem quae ipsius receptionem praecesserint: neutiquam
ea quae subsequuta sunt, ut et ipsa fictio seu simulatio dispositionis:
alioquin Poenitentiae Sacramentum non esset post Baptismum lapsis
necessitate medii ad salutem necessarium: lapsi quippe in quibus
propter fictionem vim non habuisset Baptismus, nullo alio indigerent
remedio, quam ut fictionem independenter ab absolutionis sacramen-
talis voto deponerent: quod nullus adfirmare audebit. Sed de his a-
bunde Iueninus, (24) ut et de obiectionibus in contrarium productis.

Praetermissimus consulto de altero Baptismatis effectu. Characteris
nempe impressione instituire quaestionem; ne ea quae superius di-
cebamus, quasi actum agentes, denuo diceremus. Ex his itaque, quae
de Sacramentis generatim scribentes, quaesita inuenta sunt, po-
terit quis argumentorum instruere aciem, qua Dogma catholicum fir-
met, et aduersariorum conatus frangat. Id et poterit etiam ex his, quae
de non iterando Haeticorum Baptismate longe lateque diximus
Patrum Traditione, ac Ecclesiae constanti vsu ducti. Nam facere
omnia illa ad hanc rem quisque facile percipit.

CAPVT XI.

*Multiplex Haeticorum error refertur. Argumenta
soluuntur.*

Primum quidem circa Baptismatis necessitatem multipliciter anti-
quitas et proximioribus saeculis erratum est. Manichaei siquidem
negarunt perfracte Baptismum aquae necessarium esse necessitate prae-
cepti diuini: quippe qui aquam a Diabolo creatam fuisse contende-
rent, teste Augustino. (1) Posthac docuere Pelagiani opus Baptisma-
te non esse, ut quis vitam consequeretur aeternam: licet ad regni coe-
lestis adsequitionem necessarium esse censerent, ipso Augustino ad-
notante. (2) Waldensibus quoque inutile visum Baptisma fuit; prae-
dicarunt nimirum nullum ex eo fructum, aut adulos, aut paruulos
colligere, ut Ermengaldus scribebat. (3) Waldensibus subscribere

Wi-

(24) In Comment. Hist. Dogmat. disart. 11. de Bapt. cap. 5.

(2) Haer. LXXXVIII.

(1) Lib. de Haer. cap. 96.

(3) In suo contra Wald. Opere, tom. iv. Biblior. PP.

» docet praeterea (Sacra Synodus) etsi contritionem hanc aliquando
» caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare
» priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus
» reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in il-
» la includitur, non esse adscribendam. «

Constat deinde ex Bulla Pii Papae V. a quo proscripita haec pro-
positio fuit, inter eas quae Michaëli Baio adscribuntur num. xxxi:
» caritas perfecta quae est ex corde puro, et conscientia bona, et
» Fide non ficta, in Cathecumenis et poenitentibus potest esse sine
» remissione peccatorum. «

Haud tamen dimittit per Baptismi votum Cathecumeno iustifica-
to totam poenam peccato debitam, suadent Scripturarum sententiae,
quibus perenti, ut oportet, promittitur salus; sic enim eis promittitur,
ut onus persolvendi temporalem poenam peccato quoad culpam di-
misso debitam indicent: suadet insuper Ecclesiae praxis: Ecclesia si-
quidem pro Cathecumenis antequam ad Baptismum peruenissent, fa-
cto functis, antiquitus orabat; ac pro eorum reque Deo sacrificium
offerebat.

Suadet ratio: nam Deus id tantum supplere praesumendus est,
quod simpliciter et absolute ad salutem est necessarium: at totius poe-
nae temporalis remissionem non esse eiusmodi nemo nescit: non ni-
hil ergo poenae in altera vita Cathecumenis subeundum superest.

APPENDIX.

¶ Equid autem de Baptismate ficto suscepto erit adserendum? Pro-
ducere et illud remissionem peccatorum, ubi fictio recesserit? Vi-
que. Nam hoc nos Augustinus docuit, scribens: (23) » tunc inci-
» pit valere idem Baptismus ad dimittenda peccata, quum ad Eccle-
» siae pacem venerint (Haeretici aut Schismatici); non ut iam ad-
» missa non reuincantur, neque ut ille Baptismus, quasi alienus, aut
» alius improbetur, ut alter tradatur; sed ut idem ipse, qui propter
» discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus opera-
» tur salutem. « Quibus profecto verbis duo Augustinus docuit: nem-
pe et darum in haeresi aut schismate Baptismum reuincere; seu ef-
fectum in illis producere, qui ad unitatem redeunt; et illam Sacra-
menti reuincensiam paci esse adscribendam; pacis nomine intel-
lecta, non mera haereseos aut schismaticis eleratione, sed caritate ex
qua

(23) Lib. 111. de Bapt. cont. Donat. cap. 13.

qua eleratio illa oritur, et quae ad quodlibet mortale peccatum adfec-
tum excludit.

Peccata quidem quae ipsius receptionem praecesserint; neutiquam
ea quae subsequuta sunt, ut et ipsa fictio seu simulatio dispositionis:
alioquin Poenitentiae Sacramentum non esset post Baptismum lapsis
necessitate medii ad salutem necessarium: lapsi quippe in quibus
propter fictionem vim non habuisset Baptismus, nullo alio indigerent
remedio, quam ut fictionem independenter ab absolutionis sacramen-
talis voto deponerent: quod nullus adfirmare audebit. Sed de his a-
bunde Iueninus, (24) ut et de obiectionibus in contrarium productis.

Praetermissimus consulto de altero Baptismatis effectu. Characteris
nempe impressione instituire quaestionem; ne ea quae superius di-
cebamus, quasi actum agentes, denuo diceremus. Ex his itaque, quae
de Sacramentis generatim scribentes, quaesita inuenta sunt, po-
terit quis argumentorum instruere aciem, qua Dogma catholicum fir-
met, et aduersariorum conatus frangat. Id et poterit etiam ex his, quae
de non iterando Haereticorum Baptismate longe lateque diximus
Patrum Traditione, ac Ecclesiae constanti vsu ducti. Nam facere
omnia illa ad hanc rem quisque facile percipit.

CAPVT XI.

*Multiplex Haereticorum error refertur. Argumenta
soluuntur.*

Primum quidem circa Baptismatis necessitatem multipliciter anti-
quitas et proximioribus saeculis erratum est. Manichaei siquidem
negarunt perfracte Baptismum aquae necessarium esse necessitate prae-
cepti diuini: quippe qui aquam a Diabolo creatam fuisse contende-
rent, teste Augustino. (1) Posthac docuere Pelagiani opus Baptisma-
te non esse, ut quis vitam consequeretur aeternam: licet ad regni coe-
lestis adsequitionem necessarium esse censerent, ipso Augustino ad-
notante. (2) Waldensibus quoque inutile visum Baptisma fuit; prae-
dicarunt nimirum nullum ex eo fructum, aut adulos, aut paruulos
colligere, ut Ermengaldus scribebat. (3) Waldensibus subscribere

Wi-

(24) In Comment. Hist. Dogmat.
dissert. 11. de Bapt. cap. 5.

(2) Haer. LXXXVIII.

(1) Lib. de Haer. cap. 96.

(3) In suo contra Wald. Opere,
tom. iv. Biblior. PP.

Wiclefite, adstante Thoma Waldensi viro catholicissimo. (4) Sequitur temporibus Caluinus adseruit, adultos quidem praecepto diuino ad Baptismum teneri, ipsum tamen eisdem necessarium necessitate mediæ ad salutem non esse: sed neque eo opus esse paruulis ad peccati originalis remissionem; eo quod eiusmodi peccatum filiis fidelium, ut ipse aiebat, non imputetur a Deo, vi foederis cum Abrahamo, eiusque posteris intro. Ita in suis Institutionibus. (5) Subscripsit Caluino Henricus Bullingerus, Zuinglii in Tigurina Sinagoga successor; hac tamen exceptione adposita, quod ad iustificationem paruulorum actualem Fidem ac sanctitatem in parentibus non requisierit; arbitratus satis esse, si aliquando iusti fuissent; quum contra Caluinus actuali opus esse censuerit.

Et circa Baptismatis effectum, quod spectat peccati remissionem, errarunt complures antiqui, et recentes. Dixerunt ex Origenistis nonnulli, sopiti quidem per Baptismum et Fidem peccatum: nec tamen omnino tolli; ut constat ex Epiphanio Procli Origenistae verba referente. (6) Contenderant Massiliani vnicuique homini, quum nascitur, demonem mox adesse, qui ipsi ita dominetur, ut non Baptismate, sed sola oratione depelli possit, ut loquitur Theodoretus. (7)

Nonnulli Gregorii Magni temporibus repetebantur, qui adserantur, quasi adsererent Baptismate peccata non dimitti; ipso Sancto Doctore narrante. (8) At Lutherani per Baptismum peccata remitti quidem eo sensu ac mente dixerunt, quod non imputarentur quidem, sed nequaquam tollerentur; aliud est omnia peccata remitti, aliud omnia tolli: Baptismo omnia remitti, sed nullum penitus tolli; aiebat Lutherus, (9) merito a Leone Papa X. et in hoc proscriptus. Cui error accessere Caluinistae.

Quae vero momenta in omnium horum errorum praesidium proleterint videamus. Arguunt primo ex Scripturis, ut Baptismatis necessitatem excludant, Apostolus in 1. ad Corinth. 7. supponere videtur, fidelium infantes esse puros ac mundos independentem a Baptismate: ait enim: »filiis vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt:« ergo.

Secundum: Deus Gen. xvii. pactum statuit cum Abrahamo et seminae eius foedere sempiterno: at hoc pactum per Fidem spectat ad filios baptizatorum ex Apost. ad Rom. 14. Igitur filii baptizatorum per

(4) Tom. 2. cap. 96.

(5) Lib. 4. cap. 16.

(6) Haer. 64.

(7) Lib. 4. Haeret. Fabul. haer. 11.

(8) Regist. lib. 9. Epist. 39.

(9) In art. 11.

solam Fidem absque Baptismate aeternam salutem poterunt adsequi.

Tertium: ex eodem Apostolo ad Rom. xi. filii credentium sunt rami ex radice sancta pullulantes: ergo Baptismatis lauacro non egent.

Quartum: Cornelius et omnes, qui Petro loquente verbum audiebant, Spiritum Sanctum receperunt, nondum suscepto Baptismo: non est ergo Baptismus ad sanctificationem et gratiam necessarius.

Quintum: Iudaeorum infantes, qui ante octauum diem incircumcisi moriebantur, non erant vitae aeternae expertes: neque ergo pereunt, qui ex christianis nati, nedum tamen regenerati, e viuis excedunt.

Sextum: Ecclesia priorum saeculorum consuevit pro Cathecumenis absque Baptismo mortuis preces fundere, sacrificiaque offerre: ut constat ex Canone 89. Concilii 14. Carthaginensis, et ex Canone 12. Concilii 11. Arelatensis: ex veteri ergo disciplina constat plurimos absque Baptismo salutem consequi.

Septimum: ex Augustino peccatum originale et concupiscentia idem sunt: atqui experimento comprobatum est in baptizatis superstitem esse concupiscentiam: ergo et originis peccatum.

Octauum: fames, morbi, mors, concupiscentia, aliaeque huius vitae calamitates, poenae sunt propter originale peccatum hominibus inflictæ: sed poenae eiusmodi non in Cathecumenis modo, sed etiam in baptizatis remanent: ergo.

Nonum: Poenitentia est sufficiens causa remissionis peccatorum actualium: at ante Baptismum reperitur in adultis poenitentia secundum illud Actor. 11: »poenitentiam agite, et baptizetur vnusquisque vestrum:« Baptismus ergo non remittit peccata actualia.

Decimum: si in Baptismo habitus gratiae et virtutum daretur, quum hic sit facilitas ad operandum, deberent baptizati facilius et delectabiliter opera virtutis operari: proindeque tolli pronitas et facilitas ad malum: contrarium testatur experientia: ergo. Haec potissimum obiciuntur aduersus necessitatem atque efficaciam Baptismatis, quas prima et tertia propositionibus adseruimus.

Aduersus secundam et quartam propositionem haec ex alia parte opponuntur. Primum Ambrosius docet, (10) neminem salutem consequi, nisi per Sacramentum Baptismi. Quin et recitata Euangelii sententia, nisi quis renatus fuerit, cet. inquit: (11) »nullum excipis:« utique non infantem, non aliqua praecuratum necessitate. » Augusti-

(10) In lib. de Myst. cap. 4.

(11) Lib. 11. de Abrahamo cap. 11.

tinus quoque et Fulgentius aperte negant Cathecumenum iustificari sine Baptismo: ergo.

Secundum: per quinque priora saecula Romana Ecclesia nec communicauit cum Cathecumenis, qui sine Baptismo, nec cum lapsis poenitentibus, qui sine pace obierant, vt constat ex Leonis Magni Epistola ad Theodorum Foroouliensem Episcopum: (12) sed ideo Ecclesia ita se gessit quod crediderit, nec poenitentiae, nec Baptismatis voto, etiam urgente necessitate, peccati culpam dimitti: ergo.

Tertium: Apostolus in priori ad Corinth. xiii. ait: »si tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest:« ergo ex Paulli sententia martyrium nihil ex se confert.

Quartum: Cyprianus ad Cornelium Papam scribens, (13) eos redarguit, qui absque Sacramentis martyrium subeunt, dicentes: »qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur.« Et S. Thomas (14) negat, effusionem sanguinis habere rationem Martyri, si sit sine caritate.

Quintum: si Martyrium peccata dimittere, haud necesse foret, vt patiens, licet aut non regeneratus, aut post Baptismum lapsus, teneretur Baptismatis aut poenitentiae voto, quum absque illis Sacramentis iustificari posset, nempe per Martyrium: at hoc per absurdum est, quum Fide certum sit, Baptismum nondum regeneratis, et Poenitentiam post Baptismum lapsis, necessitate medii ad salutem esse necessaria: ergo.

Sextum: imbecillis videtur ratio petita ex infantium Martyriis: quum sanctificari fuerint per Circumcisionem, priusquam iussu Herodis occiderentur: ergo.

Septimum: si Martyrium gratiam ex opere operato conferret, foret Sacramentum; proindeque octo Sacramenta numerari deberent contra expressam Concilii Tridentini definitionem: ergo.

Octauum: Innocentius Papa III. (15) sic loquitur de Iudaeo, qui ministri defectu se ipsum in periculo mortis constitutum baptizauerat, »si continuo decessisset, ad coelestem patriam protinus euolasset:« credidit ergo laudatus Papa, Iudaeum illum ex Sacramenti voto totius poenae remissionem fuisse consequutum. Haec obiciunt.

Ad

(12) Num. xci.

(13) Epist. lrv.

(14) III. Part. q. lxxv. art. 12. ad 2.

(15) Cap. Debitam.

Ad quorum omnium solutionem accedentes; primum illud quod ab haereticis obiectum fuit, sic soluitur: munditiam illam, de qua Apostolus, de munditia ciuili et politica esse exponendam: Paulus nimirum docere voluit, natos ex parentibus, quorum vnus christianae Religioni dedit nomen, alter vero in infidelitate degit, non spurios, sed legitimos esse: nonnullos enim ex Corinthiis ad quos scribit, reperire erat, qui id dubitarent: quod si Paullus de immunditia interna ac sanctitate intelligeretur, probaretur inde omnes, qui ex fidelibus parentibus sunt progeniti, iustos esse; quod falsum esse exemplo Esau demonstratur.

Ad secundum soluendum neganda est inde ducta consequutio: nam sicut Iudaei ex semine Abrahae procreati, participes non erant foederis sempiterni, nisi accepto signo circumcisions; ita filii credentium non sunt promissionis filii, nec in semine reputantur, nisi per expolationem corporis carnis Christo consepulti in Baptismate sint. Ceterum Apost. ad Rom. iij. loquitur aduersus Iudaeos iactantes circumcisonem, et legis Mosaicae obseruationem; demonstratque homines iustificari per Fidem Christi, minime seclusis euangelicis institutis, virtutum operibus, et Sacramentis.

Tertii solutio est: radicem sanctam esse Religionem christianam, et ramos insertos filios Gentilium Baptismate regeneratos; qui adpellantur sancti ob renascentiam spiritalem, et Sacramenti virtutem.

Ad quartum dicimus: nullum Haereticis accedere praesidium ex facto Cornelli: nam etiam Cornelius alique Gentiles Petro iubente baptizati sunt, vt constat ex eodem cap. x: vnde licet idem Cornelius »ante visibile Sacramentum cum suis qui aderant, accepit Spiritum Sanctum, verumtamen nec visibile Sacramentum contemni potuit,« ait Augustinus. (16) Praeterea: In hoc facto singulari privilegio sanctificatio Baptismum praecessit; proptereaque nihil derogatum Sacramenti necessitati est. Quemadmodum Circumcisions necessitas non tollitur ex quo Abraham ex Fide ante Circumcisionem fuerit iustificatus.

Ad quintum respondemus: quod Deus in veteri lege iustitiae conferendae medium insinuerat aliud ab eo, quod ipsemet facius homo, nouaque lege sancta, ad salutis consequutionem postea instituit.

Sextum sic soluitur: persuasum fuisse Ecclesiae Cathecumenos, Tom. IIII.

Rr

nc-

(16) Quaest. xxiiii. in Num.

necessitate urgente, iustitiam fuisse consequitos ex Baptismatis voto, quod in ea qua ardebant caritate erat inclusum: ast non ubique locorum viguisse illam consuetudinem exploratum est.

Ad septimum dicendum: Peccatum originale non esse formaliter ipsam concupiscentiam, haec enim licet aliquando peccatum dicatur, non ideo sic nominatur, quia peccatum ipsa formaliter sit; sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinatur, ut loquitur Concilium Tridentinum. (17)

Octavo sic occurrimus: Deum multiplici ex causa noluisse, ut per Baptismum tollerentur miseriae, de quibus argumentum. Primo enim ut Augustinus loquitur: (18) »si regenerationis Sacramentum continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa Fides euacuaretur, quae tunc est Fides, quando expectatur in spe quod in re nondum habetur.« Secundo: »quilibet ad Christi gratiam propterea potius curreret, ne a corpore solueretur, quam ipsius Dei amore.« Tertio: »sic per ineffabilem Dei misericordiam, et ipsa poena peccatorum transit in arma virtutis.« Ex quibus aliisque ab Augustino in Enchiridio dictis, (19) aperte euincitur, Baptismum reuera habere virtutem eas miseriae auferendi; illas tamen non auferre in praesenti vita, sed auferet in resurrectione, ut scribit S. Thomas. (20)

Nonum sic dispellitur: Poenitentiam esse causam remissionis peccatorum, si tamen sit cum Baptismo, vel saltem cum eius voto: unde si quis coneratur, et Baptismo aut eius voto careat, remissionem peccatorum non obtinebit: haec enim vnice obtinenda est per Fidem in Christum, eiusque merita, mediaque ab ipso instituta.

Decimum sic solummodo esto: procedere quidem argumentum sub fallacia, secundum non causam ut causam: ponit enim causam pronitatis ad malum et difficultatis ad bonum esse carentiam habitus gratiae et virtutum; quam tamen sit concupiscentia, quae per Baptismum non tollitur. »Sicut tamen, ait S. Thomas: (21) per Baptismum diminuitur concupiscentia ut non dominetur; ita etiam diminuitur utrumque dictorum (nempe pronitas ad malum, et difficultas ad bonum) ne homo ab his superetur, sed potius vi gratiae, et virtutum ea comprimere possit.« Hoc pacto Haereticorum argumenta soluta sunt.

Ad

(17) Sess. 5. Can. 5.

(18) Lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 4.

(19) Cap. 66.

(20) III. Part. quaest. 69. art. 3.

(21) Vbi supra art. 4. ad 3.

Ad primum insuper eorum, quae aliunde sunt producta, soluendum dicimus, laudatos Patres accipiendos esse de infantibus; vel de Cathecumenis, qui quum sibi iusti videantur, Sacramenti virtutem contemnant; et in quibus licet sit Fides aliqua, et etiam caritas initialis, quum non sit illa cordis conuersio, quae inesse non potest contemnenti Baptismum; neque est tale votum, quod soluat hominem inopinata morte praecuentum.

Secundi solutio est: Romanam Ecclesiam non communicasse prioribus illis saeculis iis, qui in Cathecumenatus, aut Poenitentiae rationibus mortui fuerant, quod censeret, communionis sanctitati non satis consultum fore, si post mortem ea donarentur, qui constituti a Deo remediis non purgati, ab eadem communione exterius praecissi e viuus excesserant: at alias a Romana Ecclesia, etiam in Occidente, cum illis communicasse, quarto, quinto, et sexto saeculo, haud diffitebitur, qui Ecclesiarum disciplinam inrospexerit. Id enim restatur Ambrosius pro Ecclesia Mediolanensi; (22) Concilium Carthaginense iv. pro Africana; (23) altera Synodus Arelatensis pro Gallicana; (24) atque Concilium Toleranum ii. pro Hispana. Quin et saeculo vi. viguisse constat in ipsa Romana Ecclesia allam ab ea, de qua Leo, disciplinam; cuius meminit Innocentius III. (25)

Ad tertium dicendum: Martyrium nihil prodesse non habentem caritatem, eo quod caritas proxima sit ac necessaria ad illius effectum recipiendum dispositio: quemadmodum nihil Martyrium prodesse intelligitur, nisi et adsint Fides, et cordis conuersio tanquam dispositiones. Non ita certe in pueris euenire manifestum est; neque enim culpa voluntatis propriae sunt irretiti; atque hoc est discrimen a S. Thoma constitutum (26) inter Baptismum flaminis et sanguinis: immo et inter Baptismum sanguinis in adultis, et Baptismum sanguinis in pueris. Consulatur Doctor Angelicus. (27)

Quartum sic diluitur: quod Cyprianus eo loci Eucharistiam pariter recenseret; nec tamen inde intelligitur Martyrio vim non inesse nisi dependenter ab Eucharistica perceptione: itaque nihil aliud Cypriani verba significant quam expedire plurimum, ut ii quibus certamen imminet, baptizentur prius aut reconciliantur.

Rr2

Quin-

(22) Orat. in obit. Valent. Iun.

(23) Can. LXXIX.

(24) Can. XII.

(25) Can. XII.

(26) Extra de sent. Excommunicat. cap. 28.

(27) III. Part. q. LXVI. art. 12. in corp. et in iv. dist. 4. art. 4. ad 3.

Quintum hanc habet explicationem : necessitatem scilicet Baptismatis ac Poenitentiae exceptionem pati ; casum nempe Martyrii. Ut enim Augustinus scribit : (28) » qui dixit, nisi quis renatus fuerit, » cet. alia sententia illos fecit aequales, ubi non minus generaliter dicit : » qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego » eum coram Patre meo. «

Secundum falsum omnino est : nam iniuictissimum ex Innocentium caede argumentum promi, illud demonstrat, quod Ecclesia non eos tantum commendat tamquam regeneratos, sed etiam tamquam in honorem Martyrum receptos, eos adpellans primam Christi victimam, tenerum gregem immolatorum, cet. : neque tamen verisimile est omnes fuisse circumcisos ; quum interfecti fuerint quotquot erant in Bethlehem, et in omnibus finibus eius, a bimatu, et infra.

Septimi illatio falsa est : quia Martyriarum forma, seu verbis ex Dei institutione significantibus destitutum est : nec in nomine Christi ab ipsis ministris confertur, sed est actio Diaboli per suos satellites mortem Confessoribus inferentis : vnde Sacramentum nequit esse.

Ad octauum respondemus : vocem illam *protinus*, cui inniitur argumenti consequentia, non significare immediatum post mortem in coelum transitum, sed breui futurum. Et quidem hanc Innocentii III. mentem esse ex Innocentio ipso colligitur, qui (29) postquam adseruit Presbyterum quemdam non baptizatum incunctanter post mortem adeptum esse coelestem gloriam, iubet, vt pro illius requie preces, et sacrificium Deo offerantur.

CAPVT XII.

Quod de Confirmationis Sacramento pertractare incipit : eius essentialiam institutionemque exponens.

Confirmatio est verum propriumque nouae legis Sacramentum.

Quod institutum probabilius adseritur post ipsius Institutoris Resurrectionem.

Firmatur veritas catholica prima propositione expressa Scripturae auc-

(28) Lib. 13. de Ciuit. Dei. cap. 7. (29) In cap. *Apostolicum*.

auctoritate. Legimus enim Actor. cap. viii. et xix : » quum autem au- » dissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quod receperisset Samaria » verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Ioannem ; qui quum ve- » nissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum Sanctum : non- » dum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant » in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, et » accipiebant Spiritum Sanctum. » Et quum imposuisset illis manus » Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos. « Atqui his verbis describitur Confirmatio, tanquam signum sensibile, seu res sensibus subiecta, significandi et efficiendi gratiam et virtutem Spiritus Sancti vim habens : ergo ex Scripturis Confirmatio habet quidquid constituit verum et proprium Sacramentum.

Legimus praeterea in Epist. ad Ephes. l. : » in quo et credentes » signati Spiritu promissionis Sancto. « Et cap. iv. : » non rursus ia- » centes fundamentum Poenitentiae ab operibus mortuis, et Fidei ad » Deum, Baptismatum doctrinae, impositionis manum. « Etiam in II. ad Corinth. i. : » qui confirmat nos vobiscum in Christo, et qui vn- » xit nos Deus, qui et signauit nos, et dedit pignus spiritus in cor- » dibus nostris. «

Firmatur deinde eadem veritas perpetua ac exploratissima Traditione. Cornelius Papa haec scribit : (1) » neque postquam liberatus » est a morbo reliqua percepit, quae iuxta ecclesiasticam regulam » percipi debent, neque ab Episcopo consignatus est. « Innocentius I. sic loquitur : (2) » de consignandis autem infantibus manifestum est non » ab alio quam ab Episcopo fieri licere. . . . Haec autem Pontifi- » cibus solis debent, vt vel consignent, vel Paracletum Sanctum tra- » dant, non solum consuetudo Apostolica demonstrat, verum et il- » la lectio Actuum Apostolicorum, quae adserit Petrum et Ioannem » esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. « Habent similia alii Romani Pontifices.

Ex Conciliis Eliberitanum ita statuit : (3) » peregre nauigantes, » aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lauatrum » suum integram habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate : ita » vt si superuixerit ad Episcopum eum perducatur, vt per manus im- » positionem perfici possit. « Vbi manus impositionem intelligendam illam esse, quae Confirmatio dicitur, pluribus argumentis demonstrat

(1) In Epist. ad Fabium Antioch. Praes. (2) In Ep. ad Consult. Daecensis. (3) Can. xx. xviii.

Ferdinandus de Mendoza. (4) Leguntur his adfinita in Conciliis, Niceno 1., (5) Laodiceno, (6) Arelatensi III., et Florentino: Ast Decretorum est quod legitur in Tridentino: (7) »si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius »verum et proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam »catechesim quamdam, qua adolescentiae proximi Fidei suae rationem coram Ecclesia exponerent; anathema sit. « Et etiam: (8) »si quis dixerit, iniurios esse Spiritui Sancto eos, qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt, anathema sit. «

Patres insuper sic loquuntur: Auctor Constitutionum Apostolicarum, quisquis sit ille, antiquissimus sane, inquit: (9) »et postea Episcopus baptizatos vngat Chrismate. « Tertullianus ait: (10) »exinde, inquit, egressi de lauacro, perungimur benedicta vntione »de pristina disciplina, qua vngi oleo de cornu in Sacerdotio solebant. « Ambrosius haec scribit: (11) »post haec vtiq; ascendis »ti ad Sacerdotem: considera quid sequutum sit. Nonne illud quod »ait David: sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, »barbam Aaron? « Augustinus haec profert: (12) »et in hoc vnguento Sacramentum Chrismatis vultis interpretari: quod quidem in genere visibilibus signaculorum est, sicut ipse Baptismus; sed potest esse et in hominibus pesimis. « Habent his similia reliqui Patres: vt tandem illud intelligatur, constanti Ecclesiae Traditione firmari essentiam Sacramenti Confirmationis.

Accedit et consensus Ecclesiarum omnium, Romanae nempe, Aethiopiae, Graecae, Aethiopicarum, Coptae, reliquarumque Orientis et Occidentis in Sacramentorum enumeratione, atque Sacramenti, de quo agimus, expressione. Quam et Nouatorum plures admittunt.

Quibus extantibus, sic ex dictis Confirmationem definimus: »Sacramentum nouae legis, quo baptizatis Spiritus Sancti robur et firmitudo confertur, vt christianam Fidem firmiter teneant, animoque inuictio proficiantur. «

In secunda propositione comprobanda non erimus verbosi. Relinquimus primo in ea, vt quid constitutum, fixumque, Confirmationis.

(4) Lib. III.

(5) Can. VIII.

(6) Can. XLVIII.

(7) Sess. VII. Can. I.

(8) Can. II.

(9) Lib. III. cap. 16.

(10) Lib. de Bapt. cap. 7.

(11) Lib. de Myst. cap. 6.

(12) Lib. II. cont. litt. Petil. cap. 104

tionis Sacramentum a Christo Domino fuisse institutum, ex his quae de institutione omnium Sacramentorum agentes dicebamus: nam ibi abunde demonstratum est, haud posse post Tridentinam Synodum absque haereses nota oppositum teneri: proindeque errasse eos, qui hoc Sacramentum in Concilio Meldensi fuisse institutum scriperunt: immerito etiam eiusdem institutionem reuulsi nonnullos ad Apostolos: quum institutor Sacramentorum omnium sit Christus, eaque partitio immediatae ac mediatae institutionis nata in Scholis sit; sitque proprie institutor, idem ac qui incipit, statuit, decernit. Quin et Tridentinum Concillium institutionem a promulgatione aperte distinguens, hanc Apostolis tribuendam perhibet.

Instituisse autem Christum hoc Sacramentum post Resurrectionem, vt opinione probabiliorem firmauimus; quam hoc pacto probare nitimur. Existimandum est eo temporis intervallo quo a mortuis rediit per dies quadraginta cum Apostolis permansit, loquens de regno Dei, vt habetur Actor. I. Christum nonnulla instituisse Sacramenta, eaque inter Confirmationem, si reuera tunc illis eam gratiam virtutemque promissit, quam in nobis operatur per Confirmationis signaculum: at ita factum esse constat ex Scripturis, Ioannis nempe XX: vbi dicitur, dedisse illis omnem in Ecclesiam auctoritatem: eo ergo tempore Sacramentum Confirmationis fuit institutum.

Deinde: inbecillis est ratio illa, qua ducti alii Theologi opinantur fuisse institutum, quum Dominus Matth. XX. paruulis manus imponeret: quoniam inquirunt, impositio manuum est ipsum Chrismatis Sacramentum: nec enim omnis manuum impositio confirmatoria est; nec decebat aliquem confirmari ante Apostolos, et ante Spiritus Sancti aduentum; neque forsitan pueri illi regenerari Baptismo erant, atque Confirmationis Sacramenti capaces: probabilius est ergo, cet.

Rursus: Confirmationem fuisse institutam ante Passionem, quum Dominus Ioannis XVI. dixit: »si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos: non videtur probabile: etenim nihil aliud ibi quam gratiae promissio adparet; vt docet ipse S. Thomas; tamen in ea fuisse sententia adseratur: ait enim: (13) »institutum tunc fuisse hoc Sacramentum, non exhibendo, sed promittendo: at promissionem non sufficere ad institutionem constat ex eo, quod promissio multiplex sit, institutio vna; quod haec eadem promissio in Prophetis inueniatur, quod etiam gratiam

Bap-

Baptismatis expresserit Christus Nicodemum adloquens, nec tamen tunc institutus fuerit Baptisma, quem ipsemet Doctor Angelicus in Iordane vult institutum: ergo.

Ad haec: improbable prorsus est quod alii contendunt, institutionem eiusmodi factam esse in vltima Coena, ducti potissimum auctoritate Fabiani Papae: (14) ea enim a Criticis apocripha censetur: atque in illa nihil aliud, quam Chriſmatis confectio et consecratio adparet; quae nostra etiam aetate ex antiqua disciplina fit Feria v. maioris Hebdomadae: ergo.

Postremo: retulerunt nonnulli Confirmationis institutionem ad Sacrum Pentecostes diem, omni prorsus fundamento destituti: etenim Apostoli receperunt in illa die Spiritum Sanctum singulari miraculo, non visibili signaculo: atque tunc adparuit potius Confirmationis effectus, quam institutio: ergo praeferenda tanquam probabilior est opinio a nobis constructa. Si quis vero tempus huius institutionis magis velit a nobis coarctari: et probabilius ex nobis audier, fuisse hoc Sacramentum a Christo Domino institutum eo temporis intervallo, quo a mortuis rediit per dies quadraginta cum Apostolis permanens, et de Dei regno loquens, illis dixit: «accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata.» etc. Quod temperanter a nobis dictum esto super re, de qua neque per verbum Dei scriptum aut traditum, neque per Romanorum Pontificum et Conciliorum Constitutiones, neque per Patrum documenta possit certi aliquid affulgere.

CAPVT XIII.

*Haereticorum de Confirmationis essentia errores recensentur:
Argumenta eorundem diluuntur.*

Omnes fere recentiores Haereticos circa Confirmationis essentiam errasse, adserentes ritum purum eam esse, illumque inutilem, certum apud Eruditos est. Haec enim Lutherus scribit Catholicos subſannans: (1) «mirum est quod in mentem illis venerit, vt Sacramentum Confirmationis facerent ex impositione manuum, qua legitur «Christum paruulos tetigisse, Apostolos dedisse Spiritum Sanctum ...» satis est pro ritu quodam ecclesiastico, seu ceremonia sacramentali «Confirmationem habere, similem ceteris ceremoniis consecrandae

(14) Epist. ii. cap. i. (1) In lib. de Capt. Babyl.

«aquae, altarumque rerum.» Philippus Melancton Lutheri discipulus, sic loquitur: (2) «ritus Confirmationis, quam retinent Episcopi, et prorsus otiosa ceremonia.» Quod post Ratisbonense colloquium anni 1541. Lutherani omnes senserunt.

Impudens his loquutus fuit Caluinus, vbi ait: (3) «posterior autem aetas, re prope obliterata, scitiam nescio quam Confirmationem pro Dei Sacramento posuit.» Et in Antidoto Concilii Tridentini: (4) «ex eorum numero me nequaquam profiteor, qui orisam Confirmationis ceremoniam esse putant, qualis sub Papatu Romano obseruatur; vtpote qui eam inter maxime exitiales Satanae praestigias numerem.»

Praecessisse tamen in expugnanda Confirmatione ex Sacramento alio antiquiores Haereticos nonnullos sunt qui adfirmant: De Nouato enim hoc Theodoretus testatur: (5) de Donatistis Opratus Mileitanus: (6) de Arianis, Apollinaristis, Macedonianis, Thessaladecaditidis, et aliis Concilium Constantinopolitanum i. innuere videtur: (7) de Waldensibus Aeneas Silvius, (8) alique: de Wiclefistis seu Lollardis Bellarminus, (9) alii. Tandemque de Hussitis sentite videtur laudatus Aeneas Syluius. (10) At sunt Theologi complures, qui sentiunt, neque memoratos antiquos Haereticos, nec alium quempiam ante Lutherum et Caluinum negasse Confirmationem esse reuera Sacramentum. Ex eorum Theologorum numero Gaspar Iuenius est; quem consulere lector poterit: (11) eius enim nos mentem amplectimur.

Praecipua autem Lutheranorum et Caluinistarum argumenta haec sunt. Primum: frustra prorsus conſingitur a Catholicis Confirmationis Sacramentum argumento ex Scripturis ducto: nam et nulla ibi Chriſmatis expressa fit mentio; et quae ex his proferuntur, de donorum linguarum loquuntur, quod modo cessauit: non est ergo Confirmatio nouae legis Sacramentum.

Secundum: quae ex Patribus sumta sunt momenta, a Catholicis torquentur, falso intelliguntur, et pluris etiam quam opus sit.

Tom. III.

ss

aes-

- | | |
|--------------------------------------|--|
| (2) In locis communibus. | (8) In lib. de orig. Bohem. cap. 36. |
| (3) Lib. iv. Instit. cap. 74. | (9) Cap. 1. |
| (4) Ad Can. i. de Cor firm. | (10) In Epist. ad Card. Carvaj. |
| (5) Lib. iii. Haeret. Fabul. cap. 5. | (11) In Comm. Hist. Dogm. disert. 3. de Confirm. q. 1. cap. 1. |
| (6) Lib. 2. cont. Parmen. cap. 19. | |
| (7) Can. 7. | |

aestimantur: Siquidem illorum plurimi Confirmationem describunt tanquam ceremoniam Baptismatis: alii de Sacro Chrismate ne loquuntur quidem: nonnulli e coenosis ritibus errorem ebiberunt: quidam tandem sub falsis nominibus ad plebem decipiendam celebrantur, dum opera ipsi adtribuuntur, quae eorum foetus non sunt: non ergo ex Patribus firmum duci argumentum in hac re potest.

Tertium: falsum prorsus est Ecclesias omnes in adnumeranda Confirmatione inter Sacramenta consentire: primo enim, ne de Nouatianis, Waldensibus, aliisque loquamur, non recipit hoc Sacramentum Ecclesia Graeca, ut constat ex confessione Cyrilli Lucar: (12) nec recipit Aethiopia, ut adfirmat Alvarez Monachus: (13) nec tandem recipit Armenica, teste Guidone. Sed nec Latini ipsi Theologi in re ista conueniunt, aliis institutum a Christo hoc Sacramentum tenentibus; aliis ab Apostolis; nonnullis quoque a Concilio Meldensi: omnibus tandem de illius materia et forma diu multumque disputantibus. Ruit ergo hoc catholicae adscriptionis fundamentum.

Quartum: Apostoli per manuum impositionem non dederunt gratiam iustificantem; sed solum gratias gratis datas; ex gr. donum linguarum aut miraculorum: neque ergo ex capite isto euincitur manuum impositionem esse Sacramentum.

Quintum: equidem gratias illas, quas Apostoli per manuum impositionem dedere, non dat modo manuum impositio, qua Romana uetus Ecclesia: non igitur haec eadem cum illa est.

Sextum: et ritus quoque nunc in Ecclesia adhibitus longe diuersus ab eo est, quo vsi Apostoli sunt: illi enim Spiritum Sanctum sine unctione conferebant, sola quidem manuum impositione: Ecclesia contra per Chrismatis unctionem sine impositione manuum: ergo.

Septimum: derogat Confirmatio uirtuti et efficaciae Baptismatis: quum Baptismo adimat Spiritum Sanctum, et sibi eum vindicet: unde et illud ulterius consequitur esse Confirmationis Sacramentum praestantius et excellentius Baptismate.

Octauum: superuacaneum omnino hoc Sacramentum esse illud probat, quod in Baptismo Spiritus Sancti gratia, Dei adoptio, et haereditatis pignus conferatur: ergo.

His itaque ad hunc modum respondemus. Ad primum quidem dicendo, quod visibilis Spiritus Sancti illapsus erat: tunc argumentum

vir-

(12) Anno 1633. Geneuae edita. (13) In Itinerar.

uirtutis baptizatos corroborantis, atque Euangelii per uniuersas linguas disseminandi: propterea cessauit, quando Euangelium ubique diffusum non egebat ulterius miraculorum adprobatione; deinceps Spiritu Sancto per sacrosancta signacula absque aspectabili forma decedente; ut docet Augustinus. (14) Itaque non est manuum impositio inutilis et otiosa ceremonia, sed adhuc efficacax ad inuisibilem gratiam producendam. Quod autem de Chrismate dictum in primo argumento fuerat, infra soluemus.

Ad secundum respondemus: non nisi per summam in Patres iniuriam illud obici: quum enim Patres Confirmationi tribuunt vim conferendi gratiam, illamque Augustinus appellat in genere visibillum signaculorum sacrosanctam, atque Baptismati comparat, proculdubio non eam inter variabiles ritus ac ceremonias reponunt: neque talis censenda est, quod olim Neophitis statim post Baptismum conferretur: nisi dicendum uellint et Eucharistiam quoque ritum esse Baptismi, quum aliquando post illum Neophitis porrigeretur. Quod nec Haeretici ipsi concedent.

Sed neque quid probatur ex quorundam Patrum circa Confirmationem silentio, quale in Iustino, Athenagora, et Tatiano potissimum observatur: alias nec Sacramenta forent Baptismus et Eucharistia, quorum nulla fit mentio a duobus posterioribus: illorum nempe scopus erat, pro Christianis Apologiae edere, calumnias, falsaque crimina propulsare; nec Mysteria Religionis Ethnicis exponere. Profecto et Confirmationis iam tunc auditum nomen fuisse, ut et Chrismatis illud suadet, quod Irenaeus, Tertullianus, ceterique non aliunde, quam ex maiorum Traditione illa nomina accipere poterunt.

Tertii solutio est: Ecclesiarum consensum circa Sacramentorum numerum, ut et circa Confirmationis Sacramentum, comprobatum iam a nobis fuisse. Itaque si particulares quaedam Ecclesiae, aut schismate, aut haeresi a nobis seiunctae, discordant, Tertulliani monitum Refractatis reponemus; doctrinam scilicet catholicam requirendam, inuestigandamque esse in Ecclesiis Apostolicis matricibus et originalibus. Atque ad memoratam in argumento confessionem addimus, fuisse illam confuram ab Ecclesia Constantinopolitana, a Synodo Bereaensi, aliisque. Armenorum insuper Fidem adseruere Vscanus Episcopus Eriuanensis, alii etiam inter Armenos clarissimi, contra Nouatorum mendacia. Postremo: dissidium, quod

Ss 2

(14) Tract. vi. in Epist. Ioan.

in nobis Catholicis exegerant, cuiusmodi illud sit, et ex dictis constat, et inferius constabit.

Ad quartum dicendum: falsum certe esse Apostolos non dedisse gratiam iustificantem per manus impositionem, sed solum gratias gratis datas. Principio enim datum impositione illa Spiritum Sanctum expresse in Sacris Literis legimus: hic vero ei non datur, cui illac tantum gratiae dantur: quum et peccatoribus hae dari valeant, vti Balaam et Caiphae dara Prophetia est. Deinde: quia id per manuum impositionem dabatur ab Apostolis, quod Christus eisdem promisserat omnibusque fidelibus; gratia nempe in aeternum mensura; quod de gratis, gratis datis non valet adfirmari. Data igitur ab Apostolis per manuum impositionem fuit iustificans gratia.

Quintum sic diluitur: Augustino docente, (15) duo Apostolorum tempore per manuum impositionem dabantur: inuisibiliter vnum; gratia videlicet iustificans, et corroboratiua Fidei; visibiliter alterum, gratiae scilicet gratis datae. Prius quidem etiam hodie confertur; posterius, vtpote pro aetate illa vnice datum, cessauit penitus: quin tamen apte quis hinc colligere possit, non esse vnā eandemque manuum impositionem cum ea, quae data olim fuit, quam dat nunc Ecclesia. Est profecto: quemadmodum vna eademque credentium oratio Fides; et tamen eam, quae in primis credentibus fuit, gratia miraculorum comitabatur; quae modo credentium Fidem non comitatur.

Sextum duplicem habet solutionem. Prima est S. Thomae scriptoris: (16) quod »ad impositionem manus Apostolorum, et etiam »ad eorum praedicationem descendebat plenitudo Spiritus Sancti super Fideles sub visibilibus signis, sicut et a principio descenderat super Apostolos.« Vnde Petrus dicit Actor. II: »quum coepissem loqui, cecidit Spiritus Sanctus super eos, sicut et in nos in initio. Et »ideo non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis, vbi sensibilia signa miraculose exhibebantur diuinitus: utebantur tamen Apostoli communiter Chrismate in exhibitione Sacramenti, quando huiusmodi visibilia signa non exhibebantur.« Dicit enim Dionysius, 4. cap. Eccles. Hierarch.: »est quaedam operatio, quam duces nostri »(id est Apostoli) Chrismatis hostiam nominant.«

Secunda argumenti solutio est: neque Ecclesiam hodie Confirmationem dare absque manuum impositione: praescribit siquidem Pontifi-

(15) Vbi supra. (16) III. Part. q. LXXXI. art. 2. ad 1.

ficale Romanum Episcopum bis manus confirmando imponere: semel quum super eum manus extendens orat; iterum quum signat cum in fronte, vngitque. Ipsa enim vinctio et signatio, quum manu fiat, recte impositio dicitur.

Septimum et octauum hac vnica responsione soluantur. Datur in Baptismo Spiritus Sanctus; datur et in Confirmatione: sed ibi ad veniam, hic ad pugnam: proinde neque Confirmatio Baptismati derogat, aut excellentior illo est: nec ex quo in Baptismo gratia recipiatur, superuacanea Confirmatio est; quae nouam diuinorum donorum perfectionem confert; scilicet vires addit, animumque corroborat.

Quae vero aduersus sententiam secunda propositione velut probatiliorem stabilitam pugnare possent, praecclusa satis in eiusdem probationibus existimamus.

CAPVT XIV.

Confirmationis essentialē materiam ex manuum impositione et Chrismate integrari tradit.

Impositio manuum et fuit antiquitus et his etiam temporibus est essentialis, licet inadaequata, Confirmationis materia.

Chrismatis quoque vinctio et olim et modo essentialis inadaequata huius Sacramenti materia habetur.

Ex vtraque igitur adaequata illius materia integratur.

Primum quidem, manuum videlicet impositionem perpetuo fuisse essentialē Confirmationis materiam, seu partem, sic euincitur: ritus ille fuit omni tempore essentialis huius Sacramenti materia, quocumque Apostoli, et duodecim priorum saeculorum Patres, ac Ecclesia posteriorum temporum ad nostra vsque adhibere in illius dispensatione, et cui Spiritus Sancti conferendi Neophitis virtutem adscriperunt: atqui Apostoli, et duodecim priorum saeculorum Patres, vt et Ecclesia posteriorum temporum ad nostra vsque impositionem manuum adhibuerunt, dum Confirmationem dispensarunt, illique impositioni manuum conferendi Spiritus Sancti Neophitis virtutem adscriperunt:

manuum ergo impositio et fuit antiquitus et his etiam temporibus, cet.

Minor propositio, in qua difficultatis cardo est, sic diuissim demonstratur. Apostolos equidem Neophitis confirmandis manus imposuisse docent Scripturae Actor. cap. viii. vbi legitur: »tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.« Et cap. xix: »his auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu; et quum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos: ergo.

Deinde: si Apostoli, dum Neophitis manus imposuerunt, Confirmationem non dispensarunt, Scriptura probari non poterit, eos aliquando hoc Sacramentum contulisse; nullibi enim Scriptura testatur Apostolos alio ritu quam impositione manuum Spiritum Sanctum Neophitis dedisse.

Praeterea: Apostolos sic Confirmationem contulisse testantur Patres. Cyprianus enim sic loquitur: (1) »tantummodo quod deerat, id a Petro et Ioanne factum est; ut oratione pro eis habita, et manu imposita, inuocaretur et infunderetur super eos Spiritus Sanctus.« Chrysostomus habet: (2) »hoc nunc facere Episcopos, quod Apostoli manus impositione et oratione super Neophitos faciebant.« Leguntur his consona in aliis Patribus.

Qui quoque adserunt Apostolorum successores eundem ritum sequutos, gratiam dedisse manuum impositione: ita siquidem in mox laudato loco Chrysostomi legere est. Cyprianus insuper verbis supra memoratis addit: »quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Praepositis Ecclesiae offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur, ac signaculo dominico conseruantur.« Hieronymus etiam scribit: (3) »in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipit Spiritum Sanctum.« Et Augustinus: (4) »quem morem in suis Praepositis etiam nunc seruat Ecclesia.«

Ex quibus probatum quoque relinquitur, et his etiam temporibus eandem esse Confirmationis materiam, licet inadaequatam; nam primo immutabilis prorsus est Sacramentorum substantia, ut alibi constitutum reliquimus; igitur si manuum impositio huius Sacramenti essentialis inadaequata materia fuit antiquitus, scilicet Apostolorum temporibus ac sequutis ad vsque saeculum duodecimum, et nunc quoque Confirmationem constituat opus est.

Se-

(1) Epist. lxxiii. (2) Comment. in Act. Apost. (3) Aduers. Lucif. (4) Lib. xv. de Trin. cap. 26.

Secundo: licet gratis omnino detur materia Confirmationis, non in specie, sed in genere fuisse a Christo Domino determinatam; facramque Ecclesiae fuisse facultatem substituendi aliam in specie materiam, vis illationis ductae subsistit: nequit enim ostendi rationibus, quae validae sint, seu alicuius momenti, Ecclesiam ea potestate vsum fuisse; aliam reapse substantiam, vel materiam impositioni manuum substituendo.

Secunda propositio constat ex Traditione, et probatur primo pro Ecclesia Orientali. Patres enim Graeci Chrismatum vnctione Neophitos suos perpetuo confirmarunt, docueruntque ea vnctione conferri sanctificantem gratiam ad robur et christianitatis perfectionem. Habetur siquidem in Concilio Laodiceno, iv. saeculo celebrato: (5) quod »oportet eos, qui illuminantur, utique Baptismum intungi super coelesti Chrismate, et esse regni coelestis participes.« Latus fuit Canon iste contra Nouatianos, qui suos non confirmabant: vnde nemini dubium esse poterit, de Confirmationis Sacramento debere intelligi.

Cyriillus praeterea Hierosolymitanus (6) haec scribit, »postquam ex aquis sacri lauacri ascenditis: (ad)loquitur Cathecumenos datum est Chrisma, quod imaginem (vtique efficacem) gerit illius, quo vnctus est Christus; hoc autem est Spiritus Sanctus.«

Faciunt pro hac ipsa re comprobanda antiqua omnia et hodierna Graecorum Euchologia; quae vbi ritum Confirmationis describunt, chrismationem frontis immediate post Baptismum faciendam recensent, definiuntque hanc chrismationem esse signum, quo Spiritus Sanctus confertur.

Probatum secundo pro Ecclesia Occidentali. Tertullianus itaque scribit: (7) »exinde egressi de lauacro perungimur benedicta vnctione . . . sic et in nobis carnaliter currit vnctio; sed spiritualiter proficit.« Loquitur vero de Chrismatione Tertullianus non tantum de ritu recens inuento, sed antiquo, et iam pridem obtinente.

Subscribit Tertulliano Cyprianus sic loquens: (8) »vnctioe quoque necesse est eum qui baptizatus sit; ut accepto Chrismate, id est vnctione, esse vnctus Dei, et habere in se gratiam possit.«

Pa-

(5) Can. xlviii.

(6) Catech. iii. Mystagog.

(7) Lib. de Bapt. cap. 7.

(8) In Epist. ad Numidas.

Pacianus Barcinonensis Episcopus haec habet : (9) »haec autem »compleri alias nequeunt, nisi Lauacri, et Chrismatis, et Antistitis Sa- »cramento. Lauacro enim peccata purgantur ; Chrismate Spiritus »Sanctus superinfunditur ; vtraque vero ista manu et ore Antistitis »impetramus ; atque ista totus homo renascitur et renouatur in Chris- »to ; vt sicut resurrexit a mortuis, sic et nos in nouitate vitae am- »bulemus.« Augustinus item haec profert : (10) »accessit Baptis- »mus, et aqua quasi conuersi estis, vt ad formam panis veniretis. »Sed nondum est panis sine igne. Quid ergo significat ignis? Hoc »est Chrisma. Oleum etenim ignis nostri Spiritus Sancti est Sacra- »mentum.« Missa facinus plurima alia ex Theodulpho Aurelianen- »si, ex Gregorii Magni Sacramentario, et ex Ordine Romano.

Sed probatur tertio eadem propositio ex Conciliorum definitio- »nibus : praeter eam enim, quam retulimus Laodiceni Concilii doctrin- »nam, haec ex Florentino habemus : (11) »secundum Sacramentum, »inquit, est Confirmatio, cuius materia est Chrisma confectum ex »oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odo- »rem significat bonae famae, per Episcopum benedicto.« Et ex Tri- »dentino : (12) »si quis dixerit, iniurios esse Spiritui Sancto, qui Sa- »cro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt, anathe- »ma sit.« Quem in Canonem digna profecto est vt ab omnibus »obseruetur Estii interpretatio ; nempe : »non definiunt, inquit, Tri- »dentini Patres Chrismati virtutem aliquam inesse ; sed tantum eos »damnant anathemate, qui hoc adserentes dicunt Spiritui Sancto es- »se iniurios.«

Ex quibus omnibus hucusque productis haec exurgit argumen- »tatio : Ea proculdubio est essentialis, etsi inadaequata, Sacramenti Con- »firmationis materia, quae est ex Patrum et Conciliorum mente symbol- »um et causa spiritalis gratiae ; qua inungimur participatione Spiri- »tus Sancti ; et per quam sepius consequimur gratiam : eiusmodi est Sacra Chrismatio : est igitur essentialis illius materia.

Tertia propositio ex praecedentibus sequitur, atque ex eorum- »dem probationibus breuiter euincitur : nam ex aequo Patres atque »Concilia tam manuum impositioni, quam Chrismationi spiritalis »gratiae effectum tribuunt : igitur vtraque est essentialis Confirmatio- »nis

(9) In Serm. ad Fid. et Catech. de Bapt.

(10) Serm. cccxvii. de Diuers.

(11) In Decreto Vasionis.

(12) Sess. vii Can. 2.

nis materia ; ad cuius exhibitionem, forma accedente, illud Sacra- »mentum perficitur : ex vtraque ergo illius adaequata integratur ma- »teria.

Ceterum et meminere nonnulli vtriusque simul materiae, vt Ter- »tullianus et Cyprianus. Scribit enim primus : (13) »caro vngitur, vt »anima confortetur ; caro signatur, vt et anima muniatur ; caro ma- »nus impositione adumbratur, vt et anima spiritu illuminetur.« Se- »condus vero inquit : (14) »nunc quoque apud nos geritur, vt qui »in Ecclesia baptizantur, Praepositis Ecclesiae offerantur, et per nos- »tram orationem et manus impositionem Spiritum Sanctum conse- »quantur, et signaculo dominico consummentur.« Signaculum hoc in loco a Cypriano a manuum impositione contradistinctum, Chris- »ma est, quo in Crucis figuram frons illinitur. Aliorum testimonia mit- »timus.

Postremo ; etiam ratio nostram confirmat sententiam : quum enim »Sacramenta, Augustino definente, (15) sint »signacula visibilia re- »rum diuinarum.« illud maxima probabilitate ad illorum essentiam »pertinere existimatur, quod quum in institutione inmemorabili gra- »tiae proprietatem expressius significat : atqui tam in Chrismate, quam in manus impositione, habemus vna cum diuina institutione vim »quandam significandi gratiam, quae conferretur per Confirmationem ; nam vt supra diximus, temere adseritur, Apostolos praeter manda- »tum et institutionem Domini externa hoc signo, nempe impositione »manuum, vsos fuisse vt Spiritum Sanctum darent baptizatis : et de Chrismatione adsertum a Synodo Byzantiensi legimus, (16) praxim esse omnium Ecclesiarum Apostolicarum et Matricum ; quod idem prorsus est ex Tertulliani regula, quam adfirmare, ritum illam Ec- »clesias ab Apostolis accepisse, Apostolis vero Christum tradidisse. Extat insuper in impositione manuum gratiae, quae ad pugnam praer- »minimur, symbolum : quum in Sactis Litteris manum imponere idem sit ac regere, auxiliumque praestare ; vt constat ex illo Psal. xxxviii : »manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit »eum.« Tandemque extat et in oleo expressio ac typus gratiae et »fortitudinis ; probante inde S. Thoma (17) Chrisma conuenienter »adignari pro huius Sacramenti materia.

Ton. IIII.

Tt

CA-

(14) De resurrect. Carn. cap. 8.

(15) Epist. ad Iobaniam.

(16) De Catechiz. Rudib. cap. 26.

(17) Celebr. anno 1584.

(17) III. Part. quaest. lxxxii. art. 2.

CAPVT XV.

Erroribus Haereticorum, variis etiam Catholicorum sententiis propositis, horum argumentis respondetur.

Haeretici homines non solum Confirmationis veritatem impugnaverunt, verum etiam materiam, siue essentialem, siue accidentalem, variis rationibus atque diatribis lacesserunt. De Waldensibus enim nonnulli scripserunt; Chrisma confirmatorium omni prorsus spiritali virtute esse destitutum.

Aeneas Sylvius is est, qui prae aliis quibuscumque hanc esse Waldensium propositionem scribit: (1) »Confirmatio, quam Chrismate Pontifices inducunt, inter Ecclesiae Sacramenta minime continentur; proindeque omni spiritali effectu destituta est; verum hoc vnum Iuuenius in Waldensibus culpandum esse indicat; (2) quod culpant ipsi in Chrismate solos Pontifices illud consecrare; eoque solos Episcopos inungere Neophitos: inde concludentes, nihil spiritali, seu nullam gratiam conferre ministros, qui Neophitos Chrismati hac opinione imbui, quod solis Episcopis ius illud competat. Haec Iuuenius, qui insuper adserere non dubitat, eos qui Waldensibus huiusmodi Dogma adscribunt, illorum principia ignorare.

Quaecumque tamen Waldensium mens fuerit; haeretica certe in hac re etiam fuit Lutheri subsannatio in nostros Theologos, quod manuum impositionem Confirmationis materiam constituere censeant. Sic enim loquitur: (3) »mirum est, quod in mentem illis venerit, »ut Sacramento facerent ex impositione manuum. . . . Cur non »ex Sacramento panis etiam Confirmationem fecerunt, quando scriptum est Actor. 9. et quum accepisset cibum confortatus est; et Psalmo 103: Panis cor hominis confirmet; »ut sic Confirmatio tria complectatur Sacramenta, Panem, Ordinem, et ipsam Confirmationem.

Caluinus quoque adserit: (4) »manuum impositionem in Confirmatione Neophitorum adhibitam nihil habere simile cum ea, quam »Apostoli vsurpabant; Chrismationem neque esse a Christo, neque »ab

(1) Hist. Boem. cap. 35.

(3) In lib. de Captiu. Babyl.

(2) Comm. Hist. dissert. 111. de Confirm. q. 2. cap. 1.

(4) Lib. 1v. Instit. cap. 19.

»ab Apostolis: eos »qui oleum vocant oleum salutis, salutem quae »in Christo est, abluere, Christum abnegare, partem non habere »in regno Dei.

Quam autem longe ab eis semper Catholici fuerint, illud ab oculis ponit, quod horum nemo est, apud quem certum non sit, Confirmationem esse verum propriumque nouae legis Sacramentum: tamen in assignanda essentiali illius materia non conueniant. Erenim in sola manuum impositione huius Sacramenti materiam constituunt Iacobus Sirmondus et Sambonius; quos sequutus est L' Herminier. Solam victionem constituere adaequatam essentiali Confirmationis materiam, placuisse S. Thomae, cui maxima Scholasticorum pars subscripsit, non paucis exploratae rei loco positum est; ob ea potissimum quae in Tertia Parte scribit. (5) Sed S. Doctorem non excludere manuum impositionem et ipsi sui Sodales bene multi censent atque demonstrant, et nos pro nostra in tantum Magistrum reuerentia consulto enincemus.

Ast nobilissimi quoque Theologi sunt, qui vtramque materiam disiunctae, ut dicitur, sumunt, essentiali existimant; ita sane ut sufficiat vnam, alteramue adhibere. Ita Ruardus Tappernus et Ioannes Morinus. Postremo: opinantur alii, primi quidem subsellii, adaequatam Confirmationis materiam statuendam simul in impositione manuum et Chrismate. In hanc conspirant sententiam Merbesius, Natalis Alexander, Gaspar Iuuenius, Ludouicus Habert, Cardinalis Gotti, Ioannes Laurentius Bertl, alique plurimi, et numero, et auctoritate venerandi. His et nos subscripsimus lubentissime.

Iam vero his enarratis, de Haereticorum caeuillis agendum hic foret: nisi praecoccupata a nobis iam pridem fuissent de veritate huius Sacramenti agentes. Illuc nostros remittimus Lectores.

Theologorum vero nobis aduersantium argumenta haec sunt. Primum illorum, quae impositionem manuum excludere videntur, est huiusmodi: Ecclesia validam ratamque habet Graecorum Confirmationem, qui Chrisma dumtaxat absque vlla manuum impositione ad illam administrandam vsurpat: non est ergo illa impositio huius Sacramenti essentialis materia.

Secundum: quamuis concedatur Apostolos, ut et Patres aliosque, Confirmationem contulisse per manuum impositionem; tamen adseri non potest, idem nostris fieri temporibus, aut semper in Ecclesia

Latina fuisse factum. Primo siquidem, Innocentius Papa III. scribit: (6) »per frontis Chrismationem designari manus impositionem Apostolorum.« Et Eugenius Papa IV. inquit: (7) »loco illius impositionis, per quam Apostoli dabant Spiritum Sanctum, in Ecclesia nostri Confirmationem.« In Synodo item Moguntina legitur: (8) »hoc Sacramentum ab initio sola manuum impositione exhibitum, mox sub ipsis temporibus Apostolorum ex eorundem Traditione adhibita Chrismatis unctione coepit conferri.« At materia, quae in aliam, salua Sacramentorum substantia, mutari potest, essentialis non est: ergo.

Quae vero militant aduersus propositionem secundam sunt huiusmodi. Primum: Apostolorum tempore sola manuum impositio essentialis, immo et adaequata Confirmationis materiam constituerat: solius enim manuum impositionis meminit Scriptura, Actor. viii. et ix.: ergo.

Secundum: Chrismatis unctio ad mundi elementa pertinet: de quibus Apostolus ad Colos. ii. dicit: »mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi.« non ergo usurpanda in Sacris Mysteriis est.

Tertium: Concilium Arausicum i. (9) definit: Chrismationem esse puram ceremoniam, non materiam essentialis Confirmationis. Ait enim: »nullum ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine Chrismate usquam debere progredi: quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem, qui in Baptismate, quacumque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in Confirmatione Sacerdos commonebitur. Nam inter quoslibet Chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut praedictans quicquam, sed ut non necessaria habeatur repetita Chrismatio.«

Quartum: solam manuum impositionem ab initio et per plurima etiam saecula fuisse materiam essentialis Confirmationis, tam in Occidente, quam in Oriente, ex eo constat, quod Arianis aliisque Haereticis ad Ecclesiam reducibus per eam tantum Confirmatio conferebatur: ut docent Synodi Moguntina, Bituricensis, Eugenius IV. et Innocentius III.: ergo.

Quintum: Tertullianus scribit: (10) nos perungi »benedicta unctione ex pristina disciplina.« Auctor libri de Coelesti Hierarchia (11) ait:

(6) In cap. *Quom. venisset*, de Sac.

Vnc. (7) In Dec. pro Armen.

(8) Cap. xviii.

(9) Can. n.

(10) Lib. de Bapt. cap. 7.

(11) Cap. n.

ait: »morem inungendi deriuasse ex Athleticis unctionibus.« Et Basiliius (12) inquit: »in nullo scripto nos habere Chrisma, eiusque consecrationem: nos est ergo essentialis materia, quum non habeat diuinam institutionem, sed humanam, vel ad summum Ecclesiasticam atque Apostolicam.

Sextum: ex probationibus superiore capite allatis nihil aliud deducitur, nisi Chrisma esse materiam integram Confirmationis, non vero necessariam: quod sic ostenditur: etiam Eugenius IV. adsignauit pro calicis materia vinum de vite et aquam: et tamen aqua non est essentialis materia: pariter adseruit Ordinis materiam illud esse, per cuius traditionem confertur Ordo: et nihilominus non est perfectio instrumentorum essentialis Ordinis materia: igitur dum dicit materiam Confirmationis esse Chrisma, loquutus est de materia integrante: Armenos docens, ut cum Romana Ecclesia etiam in ritibus necessariis conuenirent omnino. Praeterea: Chrismatio nec vbique, nec semper eadem ratione obrinuit: Graeci siquidem, unguentum quo Neophitorum frontem deliniant, ex 35 aromatam, seu herbarum fragrantium speciebus cum oleo, et vini non modica quantitate, fisque omnibus simul concoctis, conficiunt: Latini vero suum Chrisma ex oleo et balsamo, fisque non decoctis, componunt: insuper primis Ecclesiae saeculis unctioni impositioni manuum praemittebatur, ut scribit Tertullianus: (13) posthac in ipso actu Baptismatis fiebat: nunc post Baptismum peragitur: atque quum olim vna fuerit, nunc duplex unctio est, in vertice scilicet et in fronte: ergo vel ipsa rituum variatio demonstrat, unctionem Chrismatis ad ceremoniam, et ad variabilem disciplinam spectare, non ad Sacramenti essentiam.

Quae quidem omnia haec ordine soluenda adsumimus. Ad primum ex his quae manuum impositionem oppugnant, dicimus: etiam per duodecim priora saecula Confirmationem datam in Orientali Ecclesia fuisse, non per Chrismationem tantum, sed etiam per manuum impositionem: eamque distinctam ab actione, qua Chrisma applicabatur. Testes huius rei adpellamus Firmilianum, (14) Theodoretum, (15) Gennadium, (16) Concilium Nicaenum I., (17) omniaque antiqua Graecorum Euchologia. A saeculo autem octauo Graecos non consueuisse separare impositionem manuum ab actione qua inungitur Neo-

(12) In lib. de Spiritu Sancto.

(13) Vbi supra.

(14) In Epist. ad Cyprian.

(15) In cap. vi. Epist. ad Hebr.

(16) Apud Oecumenium.

(17) Can. viii.

Neophitus: quinimmo cum illa coniungunt, atque ex duabus vnam efficiunt: vt animaduertit Iacobus Goarius. (18)

Secundum quoque ex nuper dictis diluitur: nam si modo Episcopi Neophitum manu tangunt et vngunt, vna cum Chrismatione frontis impositio manuum est: nec tantam, quantam Scholastici nostri in explicandis Eugenii IV. et Innocentii III. verbis difficultatem experti sunt, nos experimur: neuter siquidem eorum adfirmat inducram Chrismationem pro manuum impositione fuisse, hac sublata. Et Eugenius quidem adfirmat » loco impositionis manuum dari Confirmationem; « non inquit *Chrismationem*.

Itaque verborum sensus est, adpellari modo Confirmationem, quod Apostolorum temporibus dicebatur manus impositio. Qui ipse est sensus Moguntinae Synodi. Verbo res absoluta esto, si dicatur, Innocentium, Eugenium, atque Moguntinos Patres adserere Confirmationem stare loco impositionis manuum; quod per talem impositionem Spiritus Sanctus dabatur. Vel si de Chrismatione sola eos loquutus fuisse contendatur: In ipsa et manuum impositionem illos conclusisse dicendum; adeo vt adserere voluerint, fuisse quandoque impositionem absque Chrismate; atque vnctionem pro simplici impositione esse substitutam. Et hoc etiam pacto adhibetur modo manuum impositio, quae Chrismatis inunctionem comitatur.

Ad tertium respondemus: Doctores Scholae, dum Chrismationem commemorant, impositionem simul innuere; atque dum vnum expriment, alterum supponere. Eorum vero Ducem ac Principem S. Thomam expresse etiam impositionis meminisse, praesertim vbi scribit: (19) » quod impositio manuum in Sacramentis Ecclesiae fit ad designandam aliquem copiosum gratiae effectum; quo illi quibus manus imponantur, quodammodo continuantur ministris; in quibus » copia gratiae esse debet. Et ideo manus impositio fit in Sacramento Confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti, « cet.

Argumentorum autem quae Chrisma excludere videntur, primum sic soluitur: licet Scriptura solius impositionis manuum in Confirmationis administratione adhibendae memineit; tamen Chrismationem non excludit: immo Concilia et Patres Apostolorum aeuo viciniore, quamuis solo impositionis manuum nomine fuerint vsi, intellexerant et hoc nomine Chrismationem. Testantur ita Theodoretus, (20) Con-

(18) In Notis ad Euchol. Graec. (20) Lib. v. Haeret. Fab.
(19) III. Part. q. LXXXIV.

cillum Nicaenum I. (21) Constantinopolitanum I. (22) aliique Patres atque Concilia. Sed Chrismatis quoque mentionem in Scripturis factam esse; vt In II. ad Corinth. cap. 1. et in 1. Epist. Ioannis, sunt qui dicant Theologi.

Secundi solutio est: frustra, ne quid amplius dicamus, ex haereticorum officina illud sumi argumentum: loquitur enim eo loco Paulus de ritibus Iudaicis, quos *elementa mundi* vocat, quoniam carnalia erant, nec per se gratiarum spiritualium efficientia: at res sensibiles quibus in Sacramentis vtimur, ex Christi institutione habent quod salutare sint atque gratiarum effetrices.

Ad tertium dicimus: hunc esse Canonis sensum, quod si minister baptizans omiserit ex aliqua necessitate Chrismationem verticalem, quae vna est ex Baptismatis ceremoniis; moneatur Episcopus, vt eam ante Confirmationem suppleat; seu antequam Neophitum in fronte chrismet: quia vt statuit Innocentius III. (23) et Cornelius Papa, (24) ceremoniae quae in Baptismate omissae fuerant, suppleri debent ante Confirmationem. Quia vero necessarium non est, vt Chrismatio in Baptismate omissa suppleatur, quum non de necessitate, sed tantum de praecepto sit; ideo si Episcopus eam in Confirmatione omittat, Sacramenti validitati nihil praecudat.

Quartum absolute negandum est; quin obstat auctoritas Gregorii, Synodorumque laudatarum in argumento; nam vel ibi sermo est de manuum impositione reconciliatua, qua Arianos recipiebantur vel non excluditur vnctio, sed id solum innuitur; quod esto idem ritus in Occidente et in Oriente esset quoad substantiam; hic tamen in Occidente manus impositio adpellari solebat, in Oriente vnctio. Equidem Arianos susceptos reapse cum manuum impositione et Chrismatione fuisse, conceptis terminis docet Synodus Arelatensis II. (25)

Quintum sic dispellitur: Tertullianus non dicit vnctionem pertinere ad disciplinam; sed nos perungi ex pristina disciplina, qua vngi oleo de cornu in Sacerdotium solebant; significans Chrisma nostrum praesignatum fuisse in oleo, quo Aaron a Mose vnctus est; in nobis tamen vnctionem, quemadmodum Baptismi lauatrum, proficere spiritualiter. Auctor deinde Ecclesiasticae Hierarchiae mystice loqui se dicit per allata verba; vt significet Chrismatis vsum ad spiritualia certa-

(21) Can. viii.
(22) Can. vii.
(23) Cap. Pastoralis.

(24) In Epist. ad Fab. Antioch.
(25) Can. xvii.

tamina; lectoremque commoneat, vt Sacramentorum effectus in tropica loquutione perpendat. De cetero autem plurima de Chrismate magnifice et ornate scribit. Sed neque ex Traditione repetit Basilii ritus tantum ac ceremonias, vt consecrare aquam Baptismatis, Sata-nae renuntiare, aliaque eiusmodi; verum etiam complura ad essentiam Sacramentorum spectantia; omniaque »dogmata et instituta quae »in Ecclesia praedicantur, et quae non ex doctrina scripto prodita ac- »cepimus, sed ex Apostolorum Traditione in Mysterio, id est, in oc- »culto tradita nobis fuerunt.«

Ad sextum haec sit responsio: quum Traditio vniuersa clamer, vncionem esse symbolum et causam gratiae, nequit illa materia esse accidentaria: falsum insuper est Eugénium IV. assignare etiam aquam pro materia calicis: dixit ille sane admiscendam esse vino aquam; pertinere ad essentiam non dixit. Dato praeterea Eugénium Armenos docuisse accidentariam materiam Ordinum, quia illi de essentiali minime dubitabant; tamen non inde sequitur esse eiusdem generis Chrismationem: nam de Ordine loquens, commemorat instrumenta tanquam symbola munerum ab initiatis exercendorum; at de Confirmatione pertractans, Chrisma tanquam symbolum gratiae conferentis nobis nitorem conscientiae et odorem bonae famae laudat.

§Ecquid vero quod Chrismatio nec semper, nec vbique eadem ratione obtinuerit? Profecto, aromatum apud Graecos admixtio, olei speciem non tollit; proindeque nec essentialem ac specificam Confirmationis materiam, ad quam aromata illa nequaquam pertinent: quemadmodum secundum plurim Theologorum sententiam neque balsamum, ex quo Latinorum vnguentum coalescit.

Quod denique postremo loco opponitur circa variam vncionum disciplinam, nihil urget: nam Tertullianus inquit, »egredi de lauacro »perungimur benedicta vncione: »agnoscens certe Chrismationem post Baptisma. Ast, num haec in fronte facta olim fuerit a quolibet Presbytero baptizante, quod solet addi, spectat ad quaestionem de Baptismatis Ministro.

CAPVT XVI.

De Graecorum Latinorumque forma in Confirmationis administratione.

Verba quae Chrismatis inunctionem comitantur, nempe: *signo te signo crucis, et confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, etc.* sunt apud Latinos vera et adaequata Confirmationis forma.

Apud Graecos vero formam huius Sacramenti constituunt verba illa: *signacula doni Spiritus Sancti.*

Probatur prima propositio ex Decreto Eugenii IV. in Concilio Florentino: (1) »scilicet: forma autem est, »signo te signo crucis, et »confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.«

Deinde ex eo probatur, quod in omnibus Ritualibus et Sacramentalis libris praescribitur vinctio sub certa verborum formula peragenda: quod sic obseruari semper est, vt numquam vinctio Chrismatis peracta sine verbis fuerit, ipsaque verba semper habuerint sacramentalis formae rationem.

Praeterea: Sacramentale Ambrosianum praecipit vt Parochus hanc confirmandis exponat sententiam, declarans, quomodo in his verbis, *confirmo te Chrismate salutis, etc.* designetur animi et spiritus robur, quod fidelibus ad salutem tribuitur, ac cur in prolatione huius formulae imprimatur fronti crucis signum; quia nempe dum quis confirmatur, in numerum Christi militum adsciscitur.

Accedit insuper S. Thomae ratiocinatio, quae demonstrat in hac verborum formula significari »spirituale robur, quod homini »confertur per Sacramentum materiae visibilis ad salutem.« (2) Cui quidem ratiocinationi concinit Catechismus Romanus: (3) concinit et haec alio ratiocinatio: quod scilicet illorum verborum prolatione demonstratur actualis collatio Sacramenti Confirmationis; quemadmo-

Tom. IIII.

Vv

dum

(1) In Armen. Instruct.

(2) III. Part. q. LXXXI. art. 4.

(3) Part. II. cap. 3.

dum illius formulae pronuntiatione, »ego te baptizo,« cet., Baptismatis collatio significatur.

Verum et probatur quoque ex consuetudine opinionis complurium Recentiorum tenentium formam Confirmationis apud Latinos esse orationem, quae vactionem praecedit. Haud potest siquidem illa oratio esse huius Sacramenti forma: nam eam talem Recentiores dixere, quod visum eis fuerit manuum impositionem, esse illam manuum eleuationem et extensionem versus confirmandos, qua perdurante recitat Episcopus orationem: *Omnipotens sempiternus Deus, cet.*: At illa manuum eleuatio non est impositio, quae materia Confirmationis est: etenim illa manuum extensione Episcopus confirmandos non tangit, tantumque commonstrat se invocare super illos *septiformem Spiritum Sanctum*; atque hac invocatione peracta, Episcopus ex Pontificalis Romani praescripto denuo sedet, de nomine confirmandorum inquiri singillatim; posteaque pollice tangit vnusquisque frontem, superiore manus parte supra illorum caput extensa: haec igitur impositio manuum, non eleuatio illa, cet. Sunt alia plurima argumenta id commonstrantia.

Secunda propositio probatur primo ex Euchologio Graecorum a Goario edito; vbi de forma Confirmationis legitur: »et rogat Sacerdos baptizatos sacro vnguento supra frontem dicens, signaculum » Spiritus Sancti.«

Secundo probat eam Arcudius (4) ex Patrum auctoritate: hi namque de Confirmatione eiusque effectu agentes, docent in ea imprimi Spiritus Sancti sigillum. Scribit enim Asterius Episcopus Amaesae tertio saeculo desinente: (5) »datur signaculum Spiritus Sancti.« Auctor libri de Ecclesiastica Hierarchia (6) Episcopum confirmantem appellat, »deificante vnguento obsignantem.« Cyrillus etiam dicit: (7) »signaculum datum est illi (confirmato) ex communicatione Spiritus » Sancti.« Tradunt consimilia alii Patres.

Tertio probatur ex S. Thomae doctrina: siquidem in ea Graecorum formula significatur character, quo ad pugnam insignitur miles Christi aduersus spirituales nequitias; significatur et donum quo in Fide roboratur: sufficiens est ergo ea formula, vt materiam determinet ad speciem Sacramenti; vt de Latinorum forma inquit Doctor Angelicus. Alias probationes mitimus.

CA-

(4) Lib. II. cap. 7. (5) Apud Phot. Cod. 371. (6) Cap. II.
(7) Catech. xviii.

CAPVT XVII.

Quid Haeretici de Confirmationis forma censerint profertur. Recentiorum Catholicorum opiniones referuntur. Argumentis fit satis.

Multa de Sacramenti Confirmationis forma dixere Haeretici, qui saeculo xvi. in Ecclesiam Catholicam rebellant. Kenotius siquidem scripsit: (1) »formam Confirmationis nulla niti Scriptura :: Haec » verba signo te, cet. non modo neque ab Apostolis fuisse vsurpata, » sed nec in verustis Scriptoribus, nec in Canonibus expressa :: eam » formam fabricatam, immo adulteratam fuisse a posteris, ex Ambrosii sententia, de his qui initiantur.« Caluinus docuit: (2) in nostra Confirmatione non reperiri verbum, quod ex Augustino, quum accedit ad elementum, facit Sacramentum. Docuit quoque in Scripturis: »nihil legi quoad huius formulae *consigno te*, cet. faueat. Marcus Antonius de Dominis, alias Spalatensis dictus, adseruit etiam » in Scripturis nihil haberi siue certum ac definitum; quibus verbis sit » vtendum, vel vsi sint Apostoli in danda Confirmatione; siue incertum et indefinitum; puta orandum esse vel benedicendum.« Dalaeus Carentonensis Minister Caluinista, Sambouio referente, effudit: »nihil in omnibus Scripturis diuinis extrare simile verbis istis conceptis, *consigno te signo crucis*, cet. Sed etiam ab Euangelii maiestatem, grauitate, atque genio tantum distare, quantum coelum a terra abest: neque ipsos qui haec docent atque defendunt, reuera sic » a Christo institutam (formam) praeceptamque fuisse putant.« Haec Haeretici de Confirmationis forma loquuti sunt, omnem omnino ab hoc Sacramento formulam abicientes.

Distant autem ab eiusmodi erroribus quam longe Graeci vna et Latini; tametsi non concordent in assignandis Confirmationis formae verbis: pugnant enim inter se Graeci; digladiantur secum mutuo Latini. Ex prioribus enim Gabriel Philadelphius existimat, (3) Confirmationis formam esse orationem qua consecratur Chrisma. Mox laudatus Arcudius, Goarius, alique qui pro Graecis scriperunt, putant formam de qua agitur esse haec verba: »signaculum dona-

Vv 2

tio-

(1) In Exam. Concil. Trident. (2) Lib. 4. Instit. cap. 19. §. 5.
(3) In Tract. de Sacram.

tionis, siue doni Spiritus Sancti. « Alii censent esse eam orationem: » benedictus es Domine Deus, « cer.

Et posteriorum quoque non vna est sententia erga essentialem Confirmationis formam. Theologi enim Latini, qui docent solam impositionem manuum esse adaequatam huius Sacramenti materiam, cohaerenter docent, verba illa quae comitantur unctionem Chrismatis formam esse dumtaxat accidentariam; essentialem autem esse Episcopi orationem. E contrario, qui pro materia adsignant Chrisma, formam constituent in verbis Chrismatis unctionem comitantibus. Qui demum vitamque materiam propugnant; censent necessario formam in duobus sitam esse; nempe Episcopi oratione quae manuum impositioni respondeat, et in verbis quae in actione proferuntur, quaeque apud Latinos sunt, » signo te signo crucis, et confirmo te Chrismate salutis. « Apud Graecos vero, » signaculum Spiritus Sancti. « Hanc sententiam propugnant Natalis Alexander, (4) Iuenin, (5) Cardinalis Gotti, (6) alique bene multi. At nos quid in tanta sententiam discrepantia sentiamus, iam pridem exposuimus. Superest itaque, vt ad soluenda Theologorum nobis aduersantium argumenta animam vertamus. Nam quae Haeretici opponere possent, ex probationibus soluta sunt.

Arguunt primo: ex cap. viii. Act. Apostolicorum colligitur, Apostolos confirmasse orando et manus imponendo; dicitur siquidem: *orauerunt pro ipsis vt acciperent Spiritum Sanctum*: forma ergo Confirmationis est Episcopi oratio, vt est manus impositio illius materia.

Secundo: Cyprianus inquit: (7) » qui in Ecclesia baptizantur, Prae-positis Ecclesiae offerentur, vt per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur. « Habent similia Ambrosius, (8) Hieronymus, (9) et Augustinus: (10) igitur ex Patribus etiam forma Confirmationis est oratio.

Tertio: omnes libri Rituales, Pontificales, et Sacramentalis collecti ab Edmundo Martene, fidem faciunt orationem semper fuisse in Confirmatione vsurpata: ergo.

Quarto: consentaneum videtur, vt forma aliqua pro manuum impositione adsignetur: atqui haec alia esse nequit nisi oratio Episcopi: ergo.

(4) Tract. 3. cap. 1. art. 3.

(5) Dissert. 3. de Confirm. q. 3.

(6) Quaest. 1. dub. 4.

(7) In Epist. ad Iubaianum.

(8) Lib. 3. de Sacram. cap. 2.

(9) Adu. Lucif.

(10) Lib. xv. de Trin. cap. 26.

Quinto: Gregorius Magnus haec scribit: (11) » et interrogantibus Diaconis nomina singulorum, Pontifex tincto pollice in Chrismate, facit crucem in fronte vnus, similiter per omnes singillatim: « ergo praeter orationem nullam commemorat formulam.

Sexto: etiam Amalarius Fortunatus inquit: (12) » oratione explicita facit crucem cum pollice in Chrismate in singulorum frontibus, ita dicendo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; praetermissis verbis, *signo te*, « cer.: ergo haec non sunt Confirmationis formula.

Septimo: verba eiusmodi indicatiua » signo te signo crucis, « cer. non erant quondam essentialis Confirmationis formula; quum ante saeculum vt. inter confirmandum adhibita non fuerint: neque ergo his temporibus huic Sacramento essentialia sunt.

Octauo: saltem sensus formulae Graecorum suspensus et ambiguus est; neque orationem reddit finitam et perfectam: at hoc ipso nequit determinare indifferentem materiam ad certum Sacramentum constituendum: ergo.

Nono: Clemens VIII. in Instructione de Ritibus Graecorum, quam adprauiit Benedictus XIV, praecipit » vt Episcopi Latini infantes baptizatos a Presbyteris Graecis, et de facto Chrismate in fronte confirmationis Ministri: praecipit insuper, vt hac vtiatur formula: » signo te signo crucis, « cer., decernit igitur hoc Sacramentum sub forma Graecorum collarum, nullum prorsus esse ac irritum.

Decimo: Severus Patriarcha Alexandrinus aliam a praedicta Graecorum forma designat; eandemque cum deprecatius Sacramentalis Nouomiensis: non ergo est allata.

Vndecimo: esse signaculum inuisibilis gratiae et Spiritus Sancti commune est singulis Sacramentis: non ergo potest in hoc constitui specialis Confirmationis forma.

Respondetur ad singula. Ad primum quidem ex S. Thoma: (13) quod quando effectus Confirmationis per Apostolorum ministerium visibilibus signis conferebatur, » tunc non erat necessaria nec materia, nec forma huius Sacramenti: « vnde miramur maxime leui hac argumentatione permotos celeberrimos Thomistas, vt aliam arripent viam. Sed et responderi potest: equidem legi in Apostolorum Actibus Apostolos orasse, vt Samaritani Baptismate regenerati acciperent Spiritum Sanctum: at non legitur orationem illam esse Confir-

(11) In lib. Sacram. (12) Lib. 1. cap. 27. (13) III. Part. q. lxxii. art. 4.

mationis formam; quinimo nec orationi ibi tribuitur Spiritus Sanctus; sed manuum impositioni factae post orationem; nec tamen negandum propterea Apostolos formam verborum adhibuisse; sed vnice adfirmandum hanc ex Actibus Apostolicis non constare: vt et non constat Chrismatis vnctio.

Ad secundum dicendum: quod Patres, vbi tribuunt Spiritum Sanctum impositioni manuum et orationi, ritum Confirmationis demonstrant, cui praemittitur oratio; non vero formam designant. Quod ex ipsa Aduersariorum intelligentia euincitur: nam Patres quoque docent, Eucharistiam consecrari *oratione*, et Christi corpus per *orationem* confici, et *per Crucis signum*; vt loquuntur Iustinus, (14) Irenaeus, (15) alique: quibus tamen non alia ratione occurrunt Theologi nobis oppositi, nisi quod Patres consecrationem Eucharistiae *precibus* tribuunt, non tamquam formae, sed tamquam ritibus.

In tertio solutionem dicimus: nihil posse apte crediti ex vetustis Sacramentariis: primo quidem, quia in pluribus habetur oratio, at non manus impositio: in aliis eadem oratio desideratur. Deinde, in quibusdam oratio illa habetur sub finem ordinis Baptismi; tandem quia in omnibus libris Ritualibus et Sacramentariis facienda praescribitur vnctio sub certa verborum forma; quae proinde ad huius Sacramenti formulam pertinere videtur.

Quarti solutio est: manuum impositionem, quae Confirmationis materia est, in vnctione Chrismatis fieri consequenterque verba quae tunc temporis proferuntur, vtrique materiae respondere.

Quinto sic occurrimus: Gregorium Magnum Confirmationis formam substituisse *ob disciplinam arcani*. Et reuera de hac ipsa forma scripsit Innocentius I: (16) » verba vero dicere non possum, ne magis » prodere videat, quam ad consultationem respondere. « Verum et aliter argumento occurri potest dicendo, Gregorium aut sacramentalis formae non meminisse, quoniam haec non aliud exprimit modo indicatio, quam id quod in ea continetur modo deprecatiuo, verbis scilicet, *consigna eos signo crucis, in vitam propitiatus aeternam*: aut forsitan tunc temporis vnctionem peractam fuisse in prolatione eorundem verborum; ita vt forma quae modo obtinet, ex deprecativa ortum ducat; nec tamen vtraque his temporibus formae rationem conseruet; quia deprecativa nunc est absque applicatione materiae.

Ad sextum respondetur: Amalarium citare ibidem Ordinem Roma-

(14) In Apol. 2. (15) Lib. 4. cap. 34. (16) In Epist. ad Decent. cap. 3.

manum; scribit enim: » dicit Romanus libellus, de quo saepe commue- » morauit: *oratione expleta facies crucem*, « cet.: at in Ordine Romano, praeter ea quae exscripsit Amalarus, etiam continetur haec formula: » *consigno te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*. « Aut igitur errauit Amalarus; aut orationem contraxit; aut ea solummodo exscripsit quae voluit.

Septimum sic solutum erit: verba de quibus est quaestio, eadem omnino esse secundum substantiam cum antiqua formula Confirmationis; diuersa licet sint secundum modum: quippe quae his temporibus indicatio modo proferatur, antiquitus vero deprecatiuo: quae tamen mutatio sufficiens est, vt non valeat modo forma deprecatorie prolata; quemadmodum non valere hodie absolutionem a peccatis deprecatiuam, quae valebat antiquitus, Theologi censent. Non ita de mutationibus aliis, quas Latinorum formam habuisse veritissimi libri Pontificales produnt; salua tamen substantiali verborum significatione.

Ad octauum dicendum: Sacramentorum valorem a Christi voluntate pendere; proindeque sufficere quancumque formam, modo sit a Christo instituta; ceterum in his verbis, » *signaculum Spiritus Sancti*, « perfectam orationem contineri; non secus ac in illis, quae apud Lucam cap. xxi. leguntur: » *hic calix nouum testamentum est in meo sanguine*; « in quibus deest verbum determinans sensum, si ex graeca versione desumantur.

Nonum sic soluimus: Clementis Instructio directa fuit ad Episcopos Latinos, in quorum Ciuitate vel Dioecesiibus Graeci, aut Albanenses Graeco ritu viuentes, degunt: in qua si omnia quae praecipuntur, adcurate perpendantur, nihil praecceptum legitur, quod nullam demonstrat Graecorum formam; sed potius illam sufficientem ostendunt. Nam et praecipit id quod Latini in sua Ecclesia cum Graecis etiam facere debent: et cautela seu conditionem praecipit adhibendam.

Decimum verbo diluitur: nam quemadmodum apud Latinos, ita apud Orientales aliqua irrepsit variatio in forma Confirmationis, salua quidem substantiali verborum significatione.

Vndecimi solutio est: *crux* non signum quodlibet esse, sed notam impressam, sigillum, ac specialiter militare baltheum; *dominus* quoque non tantum significat gratiam, sed largitionem ipsam donorum. Quare licet omnia Sacramenta sint gratiae et Spiritus Sancti signacula; verba tamen formae Confirmationis quandam vim designandi gratiam, quae Christi miles exornat firmatque, et sanctificationem in Baptismo collatam perficit.

CAPVT XVIII.

De Ministro, subiecto, atque effectibus Confirmationis.

Solus Episcopus est ordinarius Confirmationis minister: potest tamen hoc Sacramentum valide a Presbytero ministrari potestate delegata.

Quod quidem Sacramentum omnes et soli baptizati valide recipere possunt.

Eo tandem gratia roboratiua et character producuntur.

Prioris propositionis primam partem probant Scripturae. Act. siquidem viii. narratur, Petrum et Ioannem profectos Samaritanis fuisse, vt baptizatos a Philippo Diacono per manuum impositionem confirmarent: hoc autem praestitisse illos tanquam Presbyteros, non tanquam Apostolos, gratis omnino ab aduersariis fingitur: atqui soli Episcopi Apostolorum successores in Apostolatus munere sunt; nimirum in Ecclesiae regimine succedunt: ergo.

Probat praeterea Traditio. Scribit enim Cyprianus: (1) » vt qui baptizantur, Praepositis Ecclesiae (id est Episcopis) offerantur, vt per nostram orationem et manus impositionem, Spiritum Sanctum consequantur, et signaculo dominico consignentur. « Concilii Eliberitani Patres sic loquuntur: (2) » si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo vel Presbytero aliquos baptizauerit, Episcopus per benedictionem eos perficere debet. « Similia leguntur apud Hieronymum, (3) Chrysostomum, (4) Augustinum, (5) aliosque.

Insuper probat auctoritas Conciliorum, Romanorumque Pontificum. Nam Florentinum Concilium, seu Eugenius IV. Armenos instruens, inquit: » ordinarius minister est Episcopus; et quum ceteras vnciones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre. « Tridentinum deinde hunc edidit Canonem: (6) » si quis dixerit, Sanctae Confirmationis ordinarium minister

(1) Epist. 73. ad Iubaian.

(2) Can. 73.

(3) In Dial. adu. Lucif.

(4) Hom. 18. in Act. Apost.

(5) Lib. 15. de Trin. cap. 26.

(6) Sess. 8. Can. 3.

» nistrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem; anathema sit. « Id ipsum testati sunt Cornelius Papa, (7) Innocentius I. (8) et III. (9) et Gregorius Magnus. (10)

Accedit congruentiae ratio a S. Thoma adlata: (11) » sicut ad artifices pertinet ligna struere pro domus aedificatione; ad architectum vero eam complere et perficere; ad Notarium scribere, et ad Dominum Epistolam subsignare; ita inferioribus ministris competit spirituale aedificium inchoare per Baptisma, et illud Ecclesiae adscribere; perficere vero et subsignare eius est, qui Ecclesiae praesidet, qualis est Episcopus: « ergo, etc.

Secunda propositionis primae pars non aliunde aptius quam ex Ecclesiae praxi euinci potest. Etenim illi reuera extraordinarii Confirmationis ministri esse possunt, quibus hoc Sacramentum ministrare quandoque commissum est: Atqui id Presbyteris commissum nonnumquam fuisse certissimum est: ergo. Romanus siquidem Pontifex hanc fecisse facultatem Presbyteris innumeratè conmonstrat concessionem: scilicet Adrianus VI. Ioannis XXII. Gregorius XIII. Leonis X., aliorumque. Prae omnibus tamen quibuscumque memoranda in hanc rem est S. Gregorii concessio. Scripserat enim Gregorius ad Ianuarium Episcopum Calatitanum, dicens: » iuxta receptionem Ecclesiae Romanae consuetudinem Episcopi baptizatos infantes signare bis in frontibus non praesumant; sed Presbyteri baptizandos vngant in pectore, vt Episcopi postmodum vngere debeant in fronte. « Quod quum aegre ferrent Sardinenses Presbyteri, indeque exoriri scandala Ianuarius Gregorio significasset, rescripsit is: (12) » nos quidem secundum vsum veterem Ecclesiae nostrae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur; vbi Episcopi desunt, vt Presbyteri etiam in frontibus baptizatos (alias baptizandos) Chrismate tangere debeant concedimus. « Quibus sane verbis, non nudam tolerantiam exprimi, sed propriam concessionem facile quis intelligit, qui verborum contextum absque praediuicio legerit, atque hanc posteriorem Epistolam cum priore comparauerit.

Verum et hanc Gregorii concessionem tacite adprobauit Eugenius IV. in Decreto pro Armenis; vbi postquam dixerat ordinarium Confirmationis ministrum esse Episcopum, subiunxit: » legitur tamen aliter
Tom. III. Xx » quare

(7) In Epist. ad Fab. Antioch.

(8) In Epist. ad Decent. cap. 3.

(9) Cap. Quum venisset.

(10) Epist. ad Ian. Calif. Episcop.

(11) III. Part. q. lxxxi. art. 11.

(12) Epist. xxvi. lib. 4.

quando per Apostolicae Sedis dispensationem ex rationabili et v-
gente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Epis-
copum confecto hoc administrasse Sacramentum. « Tridentina quo-
que Synodus, dum statuit solum Episcopum esse ministrum ordina-
rium Confirmationis, Innuit certe, haud repugnare, quin ex delega-
tione huiusmodi ministerium committatur Presbytero.

Apud Orientales praeterea collatam fuisse Presbyteris confirma-
di potestatem, et multis quidem abhinc saeculis, constat ex Eucha-
logiis, in quibus Baptismatis et Confirmationis officium vno verbo-
rum tenore describitur, totumque Presbyteris permittitur; nec quid-
quam reseruat Episcopis: constat et ex Auctore Commentariorum
in Lucam, qui Ambrosio inscribuntur, ex Epistola Hieronymi ad E-
uangelum, aliisque compluribus monumentis. Atque hanc Graeco-
rum praxim nedum Romani Pontifices permiserunt, sed et proba-
runt: neque enim hoc vnquam prohibere; neque vnquam a Grae-
cis sic confirmatos demum confirmare iuserunt.

Quam sententiam his verbis expressit S. Thomas: (13) «Papa
in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam,
quae sunt superiorum Ordinum committere quibusdam inferioribus:
sicut quibusdam Presbyteris concedit conferre minores Ordines, quod
pertinet ad potestatem Episcopalem. Et ex hac plenitudine potesta-
tis concessit S. Gregorius Papa, quod simplices Sacerdotes hoc Sa-
cramentum conferrent; quamdiu scandalum tolleretur.»

Secundae propositionis prima pars probatur ex Ecclesiae discipli-
na, quae per duodecim priora saecula apud Latinos viguit; quaeque
his etiam temporibus apud Graecos et alios Orientales obtinet: sci-
licet quod omnibus, vt ipsis etiam infantibus, immediate post Bap-
tismum Confirmatio administraretur, Testes antiquae Latinarum praxis
habemus Innocentium I. (14) et S. Gregorium; (15) antiquae vero
et recentis Graecorum praxis eorundem Euchologia.

Secunda deinde propositionis pars his momentis probatur. Pri-
mo: Baptisma ad omnia Sacramenta quae in usu consistunt, vnica
est et necessaria via.

Secundo: per Confirmationem adolescit quis in vita christianas
non potest autem adolescere, qui nondum in lucem est editus, seu
qui nondum est Christianus; vt optime ratiocinatur S. Thomas. (16)

Ter-

(13) III. Part. q. 72. art. 11. ad 1.

(14) Epist. 1. cap. 3.

(15) In Sacram.

(16) Vbi supra art. 6.

Tertio: conquestus fuerat S. Bonifacius altera ad Zachariam Pa-
pam Epistola, quod quidam Presbyter Scotus doceret, posse homi-
nes sine Baptismo Christianos fieri per Episcopalem manuum imposi-
tionem: quod inauditum sane dogma damnat Zacharias ad Bonifa-
cium rescribens.

Tertiae demum propositionis priorem partem haec demonstrant.
Primum quidem, in Scriptura Act. cap. viii. legitur: «tunc impone-
bant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.» At Spi-
ritus Sancti nomine intelligitur Spiritus Sanctus inhabitans, seu ani-
mam sanctificans, non praecise Spiritus Sancti dona, seu gratiae gras-
tis datae; quum haec potius sint Spiritus Sancti effectus: ergo. Di-
citur siquidem Act. ii: «et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et
coeperunt loqui variis linguis,» cet. cap. xix: «et quum
imposuisset illis manus Paullus, venit Spiritus Sanctus super eos, et
loquebantur variis linguis,» cet. Tandemque in 1. ad Corinth. cap.
12. «vnicique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Alii quidem
per Spiritum datur sermo sapientiae,» cet.

Deinde haec offert Traditio. Tertullianus inquit: (17) «egressi de
lauacro perungimur benedicta vnctione. . . . et in nobis carnaliter
currit vnctio, sed spiritualiter proficit; quomodo et ipsius Baptisma-
carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritualis effectus, quod
delictis liberamur.» Si apposite distinguens gratiam vnctionis confir-
mativae a gratia Baptismatis. Cyrillus Hierosolymitanus dicit: (18)
«nos Chrismate inungi, vt indui Thoracem iustitiae fortiter aduer-
sus insidias diaboli consistamus.» Habent similia Augustinus, (19)
Ambrosius, (20) alique Patres; quibus tandem consonant Concilium
Eliberitanum, (21) vbi inquit: «baptizatos per Confirmationem per-
fici.» Florentinum, Narbonense, alia etiam.

Ex quibus omnibus illud conficitur quoque; quod gratia per hoc
Sacramentum producta est corroborativa, seu tribuens baptizato perfec-
tionem, robur, et firmitudinem: quod non absolute quidem, sed
comparatiue perfectior gratia Baptismatis sit; nam, vt inquit Sanctus
Bonaventura: (22) «bene et perfecte viuere melius est, quam
viuere; . . . maius est esse viuum et sanum, quam viuum tan-
tum.» Quod tandem non prima gratia illa sit, seu impium iustifi-

Xx 2

cans

(17) In lib. de Bapt. cap. 7.

(18) Cath. 3. Mystag.

(19) Tract. vi. in 1. Epist. Ioan.

(20) Lib. 3. cap. 2.

(21) Can. xxxviii.

(22) In iv. Dist. 7. art. 2. q. 2.

cans; sed secunda, seu quae prae habitam iustitiam augeat: vt enim loquitur S. Thomas: (23) »sicut ex ipso nomine adparet, hoc Sacramentum datur ad confirmandum quod prius inuenit; et ideo non debet dari his qui non habent gratiam.« cet. Atque haec certe Patrum omnium vox est.

Alteram propositionis partem docet Scriptura. Dicitur enim in II. ad Corinth. cap. I. »qui vixit nos Deus, et signauit nos, et dedit »pignus Spiritus in cordibus nostris.« Et ad Hebr. VI: »impossibile »est enim eos, qui semel sunt illuminati, (nempe per Baptismum »vt Patres exponunt) et participes facti sunt Spiritus Sancti (scilicet »per manuum impositionem, ex iisdem Patribus) rursus re- »nouari ad Poenitentiam.«

Docet Traditio hanc ipsam veritatem. Haec enim scribit Auctor Constitutionum Apostolicarum: (24) »cum decenti grauitate col- »latio sigilli infragillis petagatur.« Augustinus inquit: (25) confir- mationem permanere in hominibus pessimis. His adfina leguntur in Ioanne Chrysostomo, Theodoro, aliisque.

Acedit Conciliorum et Romanorum Pontificum auctoritas. Etenim Concilium Toleranum VIII. inquit: (26) »Sanctum Chrisma col- »larum, et altaris honor auelli nequeunt.« Florentinum: (27) »in- »ter Sacramenta, ait, tria sunt, Baptismus, Confirmatio, et Ordo, »quae characterem, id est, spirituale quoddam signum a ceteris dis- »tinctiuum, imprimunt in anima indelibile.« Et Tridentinum defi- nit: (28) »si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, »Confirmatione, et Ordine non imprimi characterem in anima, hoc »est, signum quoddam spirituale et indelebile, vnde ea iterari non pos- »sint, anathema sit.« Ex Romanis Pontificibus, Gregorius Magnus (99) vetat, ne Baptismus et Confirmatio repetantur. Idem statuunt Gregorius II. (30) et Innocentius III. (31)

Suffragatur tandem ratio: nam Confirmatio confertur per mo- dum consecrationis; et quae semel consecrata sunt, talia semper maneat, vt post Magistrum Sententiarum (32) concludant Theologi. Deinde: character est spiritualis potestas ad aliquas generales func- nes

(23) Tert. Part. quaest. 72. art. 2.
ad 2.
(24) Lib. 3. cap. 16.
(25) Lib. II. cont. lit. Petilian.
cap. 104.
(26) Cap. VII.

(27) In Decreto Unionis.
(28) Sess. VII. Can. 9.
(29) Lib. XIV. Epist. 17.
(30) Epist. ad Bonif.
(31) In cap. Pastoralis.
(32) In IV. dist. 7.

nes ordinata: sed in Confirmatione accipit homo potestatem ad agen- dum ea, quae pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei: ergo. Desumpta est haec ratio ex S. Thoma. (33)

Atque momenta haec faciunt pariter pro Confirmatione extra Ec- clesiam rite data, vt de Baptismo ab haereticis collato supra dispu- tabamus: vnde nec ritus quo olim haeretici recipiebantur in Ecclē- siam, erat repetitio Sacramenti Confirmationis, vt non semel innui- mus; nec contrarium vnquam Augustinus ac Cyprianus docuere: sed erat illa manuum impositio ceremonialis, reconciliatrix, et poeniten- tialis: vt multis ostendit Iuenius (34) prae aliis contra Morinum; cui Maldonatus praecuerat.

CAPVT XIX.

Recensitis erroribus, argumentis summam occurritur.

Catholicam veritatem de ordinatio Confirmationis ministro vtili Sec- tarii variis temporibus impugnasse leguntur. Quoslibet siquidem Sacer- dotes esse ordinarios Confirmationis ministros contendit Phorius. Wal- denses postea haud pati potuerunt, vt Episcopis confirmandi ius or- dinarium tribueretur; quos sequuti sunt Wiclefite et Hussite: qui omnes post Arium censuere inter Episcopum et Presbyterum nul- lum discrimen intercedere. Quod ipsum discrimen sequutis tempori- bus subsannauit Lutherus, (1) Catholicos proinde arguens, quod Ep-iscopis solum in Confirmationem ius ordinarium tribuant. At- que hoc Dogma vt exploderet, nullum non mouit lapidem Caluinus, (2) cui subscripsere Dallaeus, ceterique Nonatores. Errarunt et in eo pariter Lutherus, Zuinglius, Socinus, Caluinus, eorumque asse- clae, quod nullam gratiam hoc Sacramento conferri dixerint, vt alio loco innuebamus. Characterem autem imprimere negarunt praeter Nouatores Armenopolis, Iacobus Monachus, Nicolaus Cabasila, et Gabriel Philadelphiensis, apud Arcadium. (3)

De cetero disputantes in vtramque partem videmus catholicos Theologos, salua quidem Fide, circa huius Sacramenti extraordina- riam

(33) III. Part. q. LXXII. art. 5.
(34) Comment. Hist. dissert. 3. de
Confirm. q. 7. cap. I. art. 2.

(1) In lib. de Capt. Babyl.
(2) Lib. IV. iust. cap. 19.
(3) In Concord. lib. 2. cap. 18.

cans; sed secunda, seu quae prae habitam iustitiam augeat: vt enim loquitur S. Thomas: (23) »sicut ex ipso nomine adparet, hoc Sacramentum datur ad confirmandum quod prius inuenit; et ideo non debet dari his qui non habent gratiam.« cet. Atque haec certe Patrum omnium vox est.

Alteram propositionis partem docet Scriptura. Dicitur enim in II. ad Corinth. cap. 1. »qui vixit nos Deus, et signauit nos, et dedit »pignus Spiritus in cordibus nostris.« Et ad Hebr. vi: »impossibile »est enim eos, qui semel sunt illuminati, (nempe per Baptismum »vt Patres exponunt) et participes facti sunt Spiritus Sancti (scilicet »per manuum impositionem, ex iisdem Patribus) rursus re- »nouari ad Poenitentiam.«

Docet Traditio hanc ipsam veritatem. Haec enim scribit Auctor Constitutionum Apostolicarum: (24) »cum decenti grauitate col- »lato sigilli infragillis petagatur.« Augustinus inquit: (25) confir- mationem permanere in hominibus pessimis. His adfinita leguntur in Ioanne Chrysostomo, Theodoro, aliisque.

Acedit Conciliorum et Romanorum Pontificum auctoritas. Etenim Concilium Toleranum VIII. inquit: (26) »Sanctum Chrisma col- »larum, et altaris honor auelli nequeunt.« Florentinum: (27) »in- »ter Sacramenta, ait, tria sunt, Baptismus, Confirmatio, et Ordo, »quae characterem, id est, spirituale quoddam signum a ceteris dis- »tinctiuum, imprimunt in anima indelibile.« Et Tridentinum defi- nit: (28) »si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, »Confirmatione, et Ordine non imprimi characterem in anima, hoc »est, signum quoddam spirituale et indelebile, vnde ea iterari non pos- »sint, anathema sit.« Ex Romanis Pontificibus, Gregorius Magnus (99) vetat, ne Baptismus et Confirmatio repetantur. Idem statuunt Gregorius II. (30) et Innocentius III. (31)

Suffragatur tandem ratio: nam Confirmatio confertur per mo- dum consecrationis; et quae semel consecrata sunt, talia semper maneat, vt post Magistrum Sententiarum (32) concludant Theologi. Deinde: character est spiritualis potestas ad aliquas generales func- nes

- (23) Tert. Part. quaest. 72. art. 2.
ad 2.
(24) Lib. 3. cap. 16.
(25) Lib. 11. cont. lit. Petilian.
cap. 104.
(26) Cap. vii.

- (27) In Decreto Unionis.
(28) Sess. vii. Can. 9.
(29) Lib. xiv. Epist. 17.
(30) Epist. ad Bonif.
(31) In cap. Pastoralis.
(32) In 1v. dist. 7.

nes ordinata: sed in Confirmatione accipit homo potestatem ad agen- dum ea, quae pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei: ergo. Desumpta est haec ratio ex S. Thoma. (33)

Atque momenta haec faciunt pariter pro Confirmatione extra Ec- clesiam rite data, vt de Baptismo ab haereticis collato supra dispu- tabamus: vnde nec ritus quo olim haeretici recipiebantur in Eccle- siam, erat repetitio Sacramenti Confirmationis, vt non semel innui- mus; nec contrarium vnquam Augustinus ac Cyprianus docuere: sed erat illa manuum impositio ceremonialis, reconciliatrix, et poeniten- tialis: vt multis ostendit Iueninus (34) prae aliis contra Morinum; cui Maldonatus praecuerat.

CAPVT XIX.

Recensitis erroribus, argumentis summam occurritur.

Catholicam veritatem de ordinatio Confirmationis ministro vtili Sec- tarii variis temporibus impugnasse leguntur. Quoslibet siquidem Sacer- dotes esse ordinarios Confirmationis ministros contendit Phorius. Wal- denses postea haud pati potuerunt, vt Episcopis confirmandi ius or- dinarium tribueretur; quos sequuti sunt Wiclefite et Hussite: qui omnes post Arium censuere inter Episcopum et Presbyterum nul- lum discrimen intercedere. Quod ipsum discrimen sequutis tempori- bus subsannauit Lutherus, (1) Catholicos proinde arguens, quod Ep-iscopis solum in Confirmationem ius ordinarium tribuant. At- que hoc Dogma vt exploderet, nullum non mouit lapidem Caluinus, (2) cui subscripsere Dallaeus, ceterique Nonatores. Errarunt et in eo pariter Lutherus, Zuinglius, Socinus, Caluinus, eorumque asse- clae, quod nullam gratiam hoc Sacramento conferri dixerint, vt alio loco innuebamus. Characterem autem imprimere negarunt praeter Nouatores Armenopolus, Iacobus Monachus, Nicolaus Cabasila, et Gabriel Philadelphiensis, apud Arcadium. (3)

De cetero disputantes in vtramque partem videmus catholicos Theologos, salua quidem Fide, circa huius Sacramenti extraordina- riam

- (33) III. Part. q. lxxii. art. 5.
(34) Comment. Hist. dissert. 3. de
Confirm. q. 7. cap. 1. art. 2.

- (1) In lib. de Capt. Babyl.
(2) Lib. 1v. iust. cap. 19.
(3) In Concord. lib. 2. cap. 18.

tiam administrationem : num scilicet confirmandi potestas simplici Sacerdoti committi possit. Id quod negant doctissimi Theologi Hugo Victorinus, Guillelmus Altrissiodorensis, Hadrianus VI. Petrus Aurelius, Sambonius, Estius, alique complures : affirmant vero aequae docti ac celebratissimi ex Thomistica, Augustinensi ac Franciscana Schola, post S. Thomam. (4) Et ex his Dominicus Soto, et Basilius Poncius, non tantum hanc propugnant sententiam, verum etiam censent ad Fidem pertinere : quod tamen non audemus nos pronuntiare.

Ad Haereticorum itaque argumenta quod adinet, hanc institutum primam classim. Opponunt primo contra primam propositionis prioris partem : quum Apostoli Episcopi simul et Presbyteri essent, vix dignosci potest, eos non tanquam Sacerdotes, sed tanquam Episcopos confirmasse : ergo ex Scriptura nihil certum proferri potest. Accedit : quod Ananias, qui certe non erat Episcopus, quum ante Pauli conuersionem nullus ab Apostolis in Episcopum ordinatus fuisset, Paulo manus imposuit, contulitque Spiritum Sanctum : vt habetur Act. ix : ergo illa manuum impositio aliis ministris quam Episcopis permessa est. Ad haec : Paulo attestante in 1. ad Timoth. cap. 4. manus imponere est actus proprius Presbyteri : ergo.

Opponunt II : ex Conciliis enuncitur, aut competere ius confirmandi Presbyteris, aut saltem antiquitus illis collatum fuisse. Etenim Concilium Carthaginense II. et III. praecipunt, (5) »ne Chrisma conficiatur a Presbytero : quibus verbis supponere intelliguntur ante illud tempus illud confecisse, proindeque confirmasse. Concilium Toletanum I. sic definit : (6) »statutum est, Diaconum non chirmare, sed Presbyterum absente Episcopo, praesente vero, si ab ipso fuerit praeceptum. Idem statuit Concilium Arausicum I. (7) pro haereticis in mortis discrimine positus, si Catholici esse desiderant. Postremo : Synodus Hispanensis II. declarauit, (8) Chrismationem esse Presbyteri prohibitam nonnullis et ecclesiasticis regulis : ergo.

Opponunt III : Hieronymus multa dicit, quibus ordinarium in Confirmationem ius Presbyteris conceditur. Primo quidem ad Eua-
grium scribens (9) adterit : Episcopum, Ordinatione excepta, nullum in Ecclesia munus obire, quod non possit Presbyter obire : ait
nem-

(4) III. Part. q. LXXXI. art. 2.

(5) Can. III. et Can. XXXVI.

(6) Can. XX.

(7) Can. I.

(8) Can. VII.

(9) Epist. LXXXI. v.

nempe : »quid enim facit, excepta Ordinatione, quod Presbyter non faciat? Habet similia in Dialogo adu. Luciferianos. Et Ambrosius, vel quisquis sit Auctor Commentariorum in Epistolam ad Hebraeos, inquit : »apud Aegyptum Presbyteri consignant, si praesens non sit Episcopus.« Leguntur his adfinia apud Augustinum : (10) ex Patrum ergo sententia Presbyteri etiam iure ordinario confirmant.

Opponunt IV : velle quod Sacramenta pendeant a ministri dignitate est cum Donatistis sentire. Deinde : quum non Episcopi soli Apostolis succedant, sed et Presbyteri, inepte ex quo Apostoli confirmant, arguitur solos Episcopos ordinatiam confirmandi habere potestatem. Rursum : quod si id eo ex capite contendunt, recurrunt non contendunt quoque solis Episcopos Sacramentum sanguinis in Coena Domini attingendum esse, quod Laicis ideo denegatur, quia solis Apostolis a Domino datum fuit? Argumentatur hoc pacto Caluinus.

Ad classim secundam reuocamus Catholicorum argumenta, quae extraordinariam Confirmationis administrationem oppugnant. Sunt huiusmodi. Primum : Apostoli potestatem confirmandi Neophitos nulli Presbytero commiserunt : licet confirmandorum copia maxime viderentur : non ergo penes illos erant id Presbyteris concedere : quum a quoque aliorum Sacramentorum dispensationem, nedum Presbyteris, sed etiam Diaconis indulerint.

Secundum : Episcopus quilibet, si nulla adsit reservatio, id omne in sua Dioecesi potest, quod Romanus Pontifex in vniuersa Ecclesia, secundum tritum Canonistarum ac Theologorum axioma : ergo si grauis vrgeat necessitas, poterit quilibet Episcopus Presbyteros ad Confirmandum delegare : quod falsum est.

Tertium : ipsi Romani Pontifices declararunt, neque ex delegatione posse Presbyteris committi vt confirmant. Nam Nicolaus Papa I. iussit iterum inungi sacro Chirmate eos, qui a Presbyteris in Bulgariam a Photio missis confirmati fuerant. Innocentius III. (11) Presbyteris omnibus sub Sacramenti periculo prohibuit, ne ipsimet oves sibi creditas confirmarent. Similia leguntur de Innocentio IV. Clemente VIII. et Benedicto XIII. ergo quia consueverunt non posse cum Presbyteris in hac re dispensari.

Quar-

(10) In qq. ex vtrog. Testam. q. cl. (11) Cap. Quanto de consuet.

Quartum : Concilium Senonense haec habet : (12) » quoniam » Abbates nonnumquam attentant munus Confirmationis conferre, id- » que venditant ex consuetudine praescripta ad se pertinere ; nos at- » tendentes hanc impositionem manuum a Christo primum institu- » tam, et ab Apostolis recepit solis Episcopis (qui Apostolorum » sunt successores) reseruatam, consuetudinem huiusmodi quae po- » tius corruptela dicenda est, reprobamus : ergo si Abbates confir- » mare non possunt, neque poterunt inferiores Presbyteri.

Quintum : potestas confirmandi quae ordinatio iure competit so- » lis Episcopis, non est potestas iurisdictionis, sed ordinis : si enim foret potestas iurisdictionis, posset quoque consignare Episcopus elec- » tus, et nondum consecratus ; immo et Diaconus, et simplex Cleri- » cus, consentiente Episcopo : aut ergo potestas illa ordinario etiam iure Presbyteris inest, aut non potest eis extraordinaria potestas com- » mitti. Nam vel ea potestas, quae ordinis est, competit Episcopo rati- » one consecrationis sacerdotalis, vel ratione consecrationis Episco- » palis. Si primum : poterit et simplex Sacerdos eiusmodi consecratio- » ne insignitus, etiam prohibente Episcopo, valide confirmare. Si se- » cundum : nulli Presbytero, nisi prius in Episcopum consecratur, po- » terit illa committi facultas.

Accedit in argumenti robur : quod sicut confirmare est actus proprius Ordinis Episcopalis, ita et absolueri a peccatis sacramentaliter est actus proprius Ordinis Sacerdotalis : at nemo non Sacerdos potest, adhuc ex delegatione, a peccatis sic absolueri : neque ergo non Episcopus ex delegatione confirmare.

Tertia argumentorum classis pauca haec aduersus secundam propositionem claudit. Primum : Apostoli confirmati per Aduentum Spiritus Sancti fuere : sed non legitur illos fuisse baptizatos : ergo confirmari non baptizati possunt.

Secundum : post Baptismum confirmamur ad pugnam, ut loquitur Melchisedes Papa : at pugna nec foeminis congruit, nec in statim post Baptismum morituris : ergo.

Tertium : nonnumquam in quibusdam Ecclesiis Occidentalibus baptismatis denegata Confirmatio fuit ; nimirum Gentilibus, qui in infirmitate tantum Baptisma postulauerant : ergo.

Ad quartam classim pertinent argumentationes Haereticorum, quae effectus Confirmationis oppugnare videntur. Scilicet : Confir-

(12) Decreto xxxviii.

matio respondet manuum impositioni ab Apostolis peractae : illa erat mera ceremonia ad Baptismum spectans, velut illius complementum : non ergo specialem gratiam producit.

Deinde : quem in finem adhibenda dicitur impositio eiusmodi nempe ut detur per eam Spiritus Sanctus, utque quis perfecte Christianus fiat? Atqui per Baptisma, et datur Spiritus Sanctus, et perfecte Christianus vnusquisque fit : ergo.

Praeterea : etiam panis Eucharisticus cor hominis roborat ac confirmat, tribuitque vires, nedum contra Doemones, sed etiam contra Fidei hostes : gratia igitur roboratiua Eucharistiae effectus est.

Rursus : Confirmationem ab Haereticis datam nullam censuit Stephanus Papa I. proindeque iterandam : at si characterem illa produceret, valida esset, nec iteranda, etiam ab Haereticis, debite quidem collata : ergo.

Similiter : character signum est distinctiuum ; sed Confirmatio non relinquit signum distinctiuum, quo homo ab aliis distinguatur : quoniam per Baptismum distinguatur ab infidelibus ; et ab aliis fidelibus non possit per Confirmationem distingui, quae non ordinat ad aliquid speciale, sicut Ordo : ergo.

Ad haec : in Graecorum Euchologio a Methodio Patriarcha CP. ordinato habetur ritus recipiendi transfugas a christiana Religione : quo praescribitur inungendos denuo illos esse, atque super eos Confirmationis formam profutendam : saltem igitur apud Graecos iterabilis Confirmatio est.

Ad quorum omnium solutionem animum vertentes, quo ordine proposita sunt, soluentur singula. Ad primum itaque ex his quae contra ordinarium Episcoporum in Confirmatione ius pugnant, dicimus : quod id de quo agimus, aptissime ex eo colligitur, quod inferiores ministri alla munera saepius obtulerint. Nam Philippus Diaconus Caethecumenos baptizauit, et Euangelium infidelibus praedicauit ; licet Apostolis haec dispensatio specialiter fuisset concedita, secundum illud Paulli in I. ad Corinth. cap. 1 : » non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. « E contrario inferiores ministri, munere confirmandi nusquam Apostolorum aetate functi sunt, ut obseruat Chrysostomus. (13)

Neque manuum impositio Ananiae tributa, confirmatoria fuit, quippe quae praecesserit Baptisma, sine quo irrita sunt Sacramenta,

1 om. IIII.

Yy

quae

(13) In cap. viii. Act.

quae in actu transeunte consistunt: non fuit tamen inutilis; coniuncta siquidem cum precibus Paulum disposuit ad usum oculorum recipiendum, gratiamque Baptismi.

Locus demum Pauli non de Confirmatione Timothei, sed de eius Ordinatione in Presbyterum et Episcopum accipiendus est; fuerat enim ab ipso Paulo Ephesiorum Episcopus ordinatus.

Secundae solutio est: nullam ex Conciliorum definitionibus nostrae adseritioni praedictum inferri: in Conciliis enim Carthaginensibus supponitur Chrismatis confectionem, quam temere sibi quidam Presbyterorum arrogauerant, etiam antiquioribus definitionibus fuisse illis prohibitam. In Canone Tolerano agi de Chrismatione sacramentali, Presbyteris tamen extraordinaria facultate commissa, sentit Christianus Lupus: eo quod vnctionem verticalem etiam Diaconus baptizans possit conficere. Nobis tamen videtur de vnctione tantum verticali Canonem loqui: quam ante Epistolam Innocentii I. ad Decentium cum Episcoporum licentia Presbyteri usurpabant. Hanc enim vnctionem S. Syluester Presbyteris concessit absente Episcopo, et propter occasionem transitus mortis, vt legitur in libro Pontificali. Canon insuper Arausicanus non de Sacramento Confirmationis, sed de Haereticorum reconciliatione pertractat; qui pluribus in locis vnctione Chrismatis recipiebantur; non tamen sacramentali; nisi forte Confirmationem non recepissent. Inhibitam denique Hispanensi Canone Presbyteris Confirmationem fuisse dicitur, decretis non tantum recentioribus, sed nouellis et ecclesiasticis regulis, recentibus scilicet antiquisque: qui immo commendatur eodem in loco veterum Canonum auctoritas, atque ratio producit, quam necesse est semper viguisse. Quod si quis dictis superadderet Canones xxxviii. et lxxvii. Concilii Eliberitani, frustra id faceret: quum in illis deceptur, vt baptizatos in necessitate a laico, vel a Diacono plebem regente, Episcopus per benedictionem perficeret; ideoque nec Diaconus, nec baptizantium alter, habet secundum Canones illos ius confirmandi.

Ad tertium respondemus: quod quemadmodum Hieronymus ad Euagrium scribens excipit Ordinationem ex illis quae non potest Presbyter; ita et agens contra Luciferianos expresse Confirmationem excipit. Itaque scopus Hieronymi ad Euagrium scribentis erat Diaconos comprimere, qui se Presbyteris exequabant; atque vt propositum exqueretur, sat superque fuit, vt vniam exciperet Ordinationem

nem

nem ab officis, quae Presbytero et Episcopo communia sunt: licet Episcoporum peculiaria sint.

In Dialogo autem indicat Hieronymus eum Sacerdotii honorem, cui per potestatem confirmandi fuit consultum, esse de iure diuino; quoniam Christus, qui ordinationum ius in hoc Sacramentum Presbyteris poterat conferre; illo tamen solos Episcopos donauit; non quidam ex legis cuiuspiam sibi impositae necessitate, sed omnino voluntarie, pro summo nempe atque excellenti iure, quo in omnia nouae legis Sacramenta poller.

Supposititium autem Ambrosium referre quidem, sed non probare illum qui in Aegyptum irreperat abusum, Estius censet. At loqui eum eo sensu, quod Presbyteri Aegyptii tantquam ministri extraordinarii Confirmationem administrassent, dicitur alii, quibus adhaeremus.

Quartum, quoad omnia sua membra facile soluit. Primum siquidem falsum omnino est: nam Donatistarum error in eo situs erat, quod vis Sacramenti a Fide et probitate ministri penderet: non quod penderet a speciali potestate et caractere: quod Catholica Ecclesia perpetuo docuit. Secundum hanc habet intelligentiam: Presbyteros nempe in aliquibus, non in omnibus succedere Apostolis, in quibus eis Episcopi succedunt. Erant enim Apostoli primi Christiani; primi Sacerdotes, primi Ecclesiae Rectores. Illis itaque vt primis Christianis succedunt Christiani omnes; vt Sacerdotibus succedunt omnes simplices Sacerdotes seu Presbyteri; vt Ecclesiae Rectoribus seu Episcopis succedunt in suis Dioecesibus soli Episcopi. Et in muneribus ergo quae Apostolis vt Episcopis competebant, cuiusmodi inter alia erat manus imponere ac Spiritum Sanctum dare, soli Episcopi eisdem succedunt. Tertium denique hanc habet rationem: quia non solis Episcopis, sed etiam Presbyteris datum est Eucharistiam conficere, vt est Sacrificium: quod quum necessario exigit separationem sanguinis a corpore victimae; propterea Presbyteri possunt, ac tenentur vtrumque separatim consecrare ac sumere; nempe corpus et sanguinem Christi. Laicus autem, qui non conficit Sacrificium, sed tantum sumit Sacramentum, contentus esse debet sumere corpus, cum quo sumit et sanguinem.

Ad primam secundae classis argumentationem dicimus: ideo Apostolos confirmandi potestatem Presbyteris non contulisse, quod per paucos Sacerdotes ordinauerint, quos simul non consecrauerint in E-

piscopus: insuper aequum vel maxime erat, ut Apostoll quae perfectionis erant, sibi seruantur, ut sua praxi, quae subsequentium saculorum norma futura erat, Episcoporum ius stabilirent.

Ad secundum responder Iueninus: apud Occidentales non esse quidem explicitam hac de re reservationem factam Summo Pontifici; contendit tantum esse virtualem et implicitam; quatenus nempe apud eos recepta vbiq; consuetudo adeundi hac in causa Summum Pontificem, aequivaleret formali ac explicitae reservationi. Sunt qui aliter respondeant aliis innixi principiis, a quibus expendendis consulto abstinemus.

Tertium verbo solui posset; nimirum reponendo falsas ac supposititias criticis videri plures ex his Decretalibus. Ne tamen difficultati terga vertere videamur; maxime quum legitime nobis sint quae in argumento sunt productae, hoc ordine singulas exponimus. Nicolaum reuera illud iussisse quod dicitur; quia Photius Pseudo-Patriarcha CP. omni protus auctoritate vacuus erat; proindeque Presbyteros delegare non poterat ad Bulgatos confirmandos, qui christianae Religionis nuper nomen dederant. Innocentii vero III. Decretum Constantinopoli non fuisse promulgatum ex eo colligitur, quod ab eo tempore Graeci, scientibus ac tacite probantibus Romanis Episcopis, sua consuetudine frui fuerint. Vel dicendum cum Arcudio loquentum Innocentium duntaxat fuisse de Parochis Latinis, qui tunc temporis in illa vrbe non exiguo erant numero, quosque ad vsum Romanae Ecclesiae, ex qua oriundi erant, et cui immediate subiciebantur, inducere voluit.

Quid autem de Decretis aliorum Pontificum dicendum? Innocentium nempe IV. in sola Cyprae insula; non in reliquo Oriente iussisse, ut soli Episcopi consignarent; propterea quod subortis dissidiis melius foret ut Occidentalis Ecclesiae ritus praeferratur, Clementem vero VIII. illud praescripsisse Presbyteris Graecis et Albanensibus sub Latinis Episcopis degentibus; non ceteris vniuersis. Atque id ipsum praestitisse Benedictum XIV. sensum definitionis Clementinae perspicue exprimendo.

Quantum sic diluitur: Ex Senonensi Concilio hoc vnum colligitur: Abbates non posse ordinaria potestate, quam sibi ex praesentia consuetudine, quam nusquam Occidentalis Ecclesia vniuersim receperat, usurpabant, confirmare Neophitos, et calices consecrare: at nequaquam inde inferri, non posse id peragere delegata potestate.

Quin-

Quinto occurrimus dicentes: Episcopum ex propria consecratione nasci ut sit Sacramenti Confirmationis minister ordinarius: et Presbyterum habere ex sua, cui nequaquam est characteris ac potestatis amplitudo tanta quanta est illi, ut possit esse minister extraordinarius. Habet itaque ex sua consecratione Presbyter aptitudinem ut minister Confirmationis extraordinarius constituatur. Quam aptitudinem non habent certe Diaconus, nec simplex Clericus.

Nec responsioni obest quod fuit additum: quum enim nemo non Sacerdos potestatem habeat supra Corpus Christi verum et mysticum nemo, etsi Diaconus, aptitudinem eam habet, qua capax efficiatur, etiam ex dispensatione, ac necessitate urgente, absolventi a peccatis: At simplex Sacerdos, quum memorata gaudeat potestate et aptitudine, valide confirmare potest, delegatione accedente. Sed consulendus pro pleniori intelligentia S. Thomas. (14)

Tertiae classis argumenta sic soluuntur. Primum quidem ex Augustini doctrina a S. Thoma in vsum recepta: (15) nempe quod ex illo, qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, intelligimus Petrum ceterosque Apostolos baptizatos fuisse; et quidem Baptismo Christi, non renuentis baptizandi ministerium, ut baptizatos haberet seruos, per quos ceteros baptizaret.

Ad secundum dicendum ex ipso Doctore Angelico: (16) quod apud Deum foemine etiam sexus militat, imo quaedam foeminae fortiores viris existerunt in Martyrii agone. Morituris vero statim post Baptisma, etsi non sit necessaria confirmatio ad pugnam, est tamen valde utilis ad pugnae finem, nempe maiorem gloriam assequendam, ut loquitur S. Thomas. (17)

In tertii solutionem factum praeprius concedimus: denegaram scilicet in quibusdam Ecclesiis occidentalibus confirmationem Gentibus qui Baptisma in infirmitate tantum postulassent: inde tamen non concluditur, absolute fuisse illis negaram, sed nisi in gentilitate probi non fuissent, seu moribus fidei christianae consimilibus sese commendassent, ut haberetur ex Concilio Eliberitano. (18) Verum in omnibus aliis Ecclesiis, etiam occidentalibus, praeterquam in illis in quibus Canonis Eliberitani obseruati sunt, Confirmatio omnibus omnino Neophytis collata fuit.

Pos-

(14) In iv. dist. 7. q. 3. art. 1. q. 3.

(17) In iv. Dist. 7. q. 3. art. 2.

(15) III. part. q. 2. xxii. ar. 6. ad 2. q. 2. ad 4.

(16) Ubi supra art. vii. ad 3. et 4.

(18) Can. xxxix.

Postremo ad quartam accedentes elasm, primum illius argumentum sit solummodo: si impositio super baptizatos nuda ceremonia erat ad Baptismum pertinens, cur soli Apostoli manus illis imponebant, qui ab aliis baptizabantur? Cur non hanc ceremoniam adhibuit Philippus Diaconus, qui Baptismum ministravit? Cur post Apostolos solis Episcopis illam Ecclesia reservavit? Cur tandem simplices Presbyteri, qui baptizare ex officio possunt, confirmare ex officio nequeunt?

Ad secundum dicendum: quod et in Baptismo datur Spiritus Sanctus et datur in Confirmatione: non tamen idem effectus Spiritus: nam in Baptismo Spiritus Sanctus dat primo vitam spiritualem, baptizatumque familiae Christi adscribit, facitque Dei filium adoptivum: in Confirmatione vero idem Spiritus vitam spiritualem auget, perficit, ac roborat, atque confirmatum ad pugnam armat. Vnde apposite Scholastici dixere, Baptismi gratiam deferre *connotative* a gratia, Confirmationis.

Tertii solutio est: Christi Corpus et Sanguinem animam munire per modum rei extrinsecus aduenientis, nempe cibi et alimenti, Confirmationem vero per modum principii intrinsece constituentis, seu aeternitatis.

Quartum falsum prorsus est: Stephanus siquidem Papa, ut raram habuit Baptisma ab haereticis collatum, sic et validam habuit Confirmationem: quae enim ab eo constituta manuum impositio fuit pro haereticis recipiendis non confirmatoria erat, sed reconciliatoria tametsi Cyprianus suae causae studio abreptus falso existimaverit esse ipsum Confirmationis Sacramentum: vnde ex falsa hypotesi contra Stephanum argumentatus est, ut accuratissime observat Natalis Alexander. (19)

Quintum sic diluitur: Confirmatio est signum distinctivum, maxime confirmati a non confirmato, seu ad visibilem pugnam muniti a non munito: ut enim docet S. Thomas: (20) « pugna spiritualis contra hostes invisibiles omnibus competit: sed contra hostes visibiles, id est, contra persecutores fidei pugnare, nomen Christi publice confitendo est confirmatorum, qui iam sunt perducti spiritualiter ad virilem aetatem.

Ad sextum responderetur primo: nihil nos ex Methodii auctoritate commoveri, nempe qui Scripturae et Patrum auctoritatem in nostri Do-

(19) Disert. x. in Hist. Eccles. (20) Tert. patt. q. LXXII. art. 5. saeculi 11. ad 1.

Dignitatis probationem habeamus. Maxime vero, quum vir ille schismaticus credatur. Verum et addi pro solutione posset, vitium Methodii Euthologium a posterioribus Graecis fuisse, imo et titulum muratum.

APPENDIX.

Nonnulla hic addenda veniunt quibus de Sacramento Confirmationis pertractatio absoluat. Paucis tamen, more scilicet nostro, expendenda. Sunt vero illa quae necessitatem huius Sacramenti concernunt. Quae quidem duobus verbis declaramus: nemini quidem necessarium illud est necessitate medii; quippe quod ratum sit fidelem sine Confirmatione salutem consequi. Ex ecclesiastico tamen praeepto praemitti illa clericali tonsurae debet, ut liquet ex Concilio Nicaeno I. Tridentino, aliisque Ecclesiae constitutionibus: atque ex praeepto divino teneri fideles omnes, quum persecutio viget, sub lethali peccati poena hoc Sacramentum recipere, censent doctissimi Theologi, quum antiqui, tum recentiores, quorum quemlibet toti Casuistarum turbae anteposimus. Perversum hoc Ecclesiae fuisse illi iudicant, quod illius disciplinam penitus introspectantes deprehenderint, quam sedulo, persecutione desacuate, curaverit illa ut fideles omnes confirmarentur. Ast, extra persecutionem quoque tenentur fideles sub graui peccati reatu iure diuino et ecclesiastico ad Confirmationem accedere: nam et tenetur unusquisque ex diuina iussione eniti, ut Christianismi perfectionem adsequatur, et poenis eos mulcratos ab Ecclesia scimus, qui aut neglexerunt aut praetermisserunt Confirmationem. Legantur quae in hanc rem scripsit S. Carolus Borromeus; (22) ea etiam quae a Concilio Remensi sancita sunt.

CA-

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
REGISTRO DE PROTECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(22) In Concil. IV. Mediol.

CAPVT XX.

In quo de Sacramento Poenitentiae primo instituitur questio eiusdem essentia, institutione, atque necessitate constituitur.

Poenitentia est vere et proprie dictum nouae legis Sacramentum a Baptismate diuersum.

Illud instituit Christus quum a mortuis excitatus insufflauit in discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis, cet.

Estque peccatoribus postbaptismalibus ad salutem adsequendam necessarium.

Primae propositionis priorem partem docent Scripturae. Ioannis siquidem xx. sic Christus Dominus Apostolos, eorumque in ministerio ecclesiastico successores adloquutus est: » quorum remisistis peccata, » remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. « Atqui per ea verba Poenitentiam instituit tamquam verum, et proprie dictum nouae legis Sacramentum: nam in relatis verbis reperiuntur ritus externus, praecipuum diuinum, ac gratiae promissio: tria videlicet ad verum propriumque Sacramentum requisita: ergo.

Docet praeterea Traditio, quae ab Ecclesiae incunabulis ad hanc usque aetatem euangelica illa verba intellexit de iudicialia Sacerdotum absoluendi potestate, non per Euangelii praedicationem, vt haeretici fingunt, nec per Baptismatis collationem, vt nonnumquam somniant, sed per Sacramentum proprie dictum. Testes huius Traditionis prae altis sunt Tertullianus ubi scribit: (1) » haec igitur venena » praetidens Deus, ... collocavit in vestibulo poenitentiam secundam, » quae pulsantibus patefaciat, cet. « Ambrosius ubi haec habet: (2) » munus Spiritus Sancti est officium Sacerdotis, ius autem Spiritus Sancti in soluendis, ligandisque criminibus est: quomodo igitur munus eius vindicant, de cuius diffundit et potestate? « Hieronymus (3) Poenitentiam adpellans secundam post naufragium tabulam. Augustinus

(1) In lib. de Poenit. cap. 7.

(3) In Epist. ad Demetr.

(2) Lib. 1. de Poenit. cap. 2.

nus in ea verba, quorum remisistis, scribens: (4) » hoc continuo de peccatorum remissione ac detentione subiicit. « Leguntur affinia in reliquis Patribus.

Hinc iure optimo hunc Tridentina Synodus Canonem statuit: (5) » si quis dixerit, in catholica Ecclesia Poenitentiam non esse vere et proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipso Deo reconciliandis a Christo Domino nostro institutum, anathema sit. «

Etiam secundam prioris propositionis partem definitam a Patribus Tridentinis accepimus, verbis illis: (6) » si quis Sacramenta confundens, ipsum Baptismum Poenitentiae Sacramentum esse dixerit, quae si haec duo Sacramenta distincta non sint: atque ideo Poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari, anathema sit. « Eandem demonstrat Augustinus, ubi ait, (7) paruulum regenerari per Baptismum, in quo est aqua forinsecus exhibens Sacramentum gratiae, et Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae: si vero adultus propria impietate gratiam amittat, et aetatis accessu malus euadat, tunc propria incipit habere peccata, quae non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanantur. « Alia plurima adducit Augustinus, quae Sacramentum Poenitentiae longe diuersum a Baptismate ostendunt, quum ex diuersitate ministerii, tum formae, materiae, subiecti, effectuumque: quas diuersitatis causas tradit insuper Concilium Tridentinum. (8)

Secundam quoque propositionem docet eadem sacra Synodus, dicens: (9) » Dominus autem Poenitentiae Sacramentum tunc praecipue instituit, quum a mortuis excitatus insufflauit in discipulos suos dicens: accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi et retinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismum Apostolis, et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam vniuersorum Patrum consensus semper intellexit. «

Addita autem legitur a Patribus Tridentinis particula praecipue quoniam de potestate iudicialia remittendi peccata explicatur etiam a Patribus ea verba, quorum ligaueritis cet: quae vtiq; ante Pas-
Tom. IIII. Zz sio-

(4) Trac. cxxxii.

xcviii.

(5) Sess. xiv. Can. 1.

(7) Sess. xiv.

(6) Epist. xxxii. ad Bonif. num.

(8) Ibidem cap. 1.

sionem prolata sunt: ast his verbis non data quidem, sed praedicta ac promissa potestas eiusmodi discipulis fuit: vnde non praesecerunt illa propriam institutionem.

Tertiam denique propositionem commonstrant primo alia Tridentini verba eadem Sessione expressa, nempe: (9) »est autem hoc Sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus.« Commonstrat secundo Augustini auctoritas, vbi ait: (10) »si ministri desint, quantum exilium sequitur eos, qui de isto seculo vel non regenerati exeunt; vel ligati? Quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requie non habebunt?« Tertio commonstrat ipsa ratio: nam si Sacerdotes iudices et absolutionis ministri in Ecclesia a Domino constituti sunt, ipsorumque iudicium ratum firmumque in Coelis est, apud Deum profecto rei permanent, qui quam possint, nolunt ad Sacerdotes accedere impetraturi absolutionem: igitur ex Tridentini auctoritate, Augustini doctrina, ipsaque ratione suadente, peccatores postbaptismales aeternam vitam non adsequuntur, nisi re aut voto Poenitentiae Sacramento soluantur.

COROLLARIUM.

Apertissime igitur ex dictis, vel nobis tacentibus, definitur a Theologis hoc Sacramentum: »Poenitentia est Sacramentum nouae Legis a Christo Domino institutum, quo fidelibus post Baptismum lapsis vere poenitentibus et confessis vi clauum et potestatis Ecclesiae absolutio sacerdotalis impenditur.« Ex qua obuia ac perulgata definitione apparet discrimen Poenitentiam vt Sacramentum inter et ipsam vt virtutem repertum: quod nempe Poenitentiae virtus tota ex parte Poenitentiae se tenet: vt Sacramentum vero exigit praeterea Sacerdotis iudicialia potestate praediti absolutionem: quod Poenitentiae virtus pars et materia huius Sacramenti sit, atque vt loquitur S. Thomas, (11) gratiae praenitentis effectus: hoc autem Sacramentum causa effectrix sanctificantis gratiae. Hoc tantum admoerere volumus; a reliquis de Poenitentiae virtute agitari solitis quaestionibus: quum et de illis plura in transcurra dicenda necessario sint: tum praecipue abstinentes, quoniam de Sacramento Poenitentiae nobis proposita disquisitio, ad alia transuolare non patitur.

CAP.

(9) Cap. 11.

CXXXIII.

(10) Epist. cLXXX. ad Honorat.

(11) Tert. part. qu. LXXXIX. art. 1.

CAPVT XXII.

Errores his veritatibus oppositi quam breuissime memorantur.
Argumenta soluntur.

Primos fuisse Montanistas atque Nouatianos in expungendo ex Sacramentorum alio Poenitentiam Hieronymus (1), at Pacianus Barcinonensis Episcopus adseruere: (2) eos tamen ab hoc errore immunes fuisse sentiunt Gaspar Iuenin, (3) ac Recentiorum alii; in eo tantum errasse dicentes, quod crederent aliqua, sed non omnia peccata posse Ecclesiae potestate remitti. Depurgare insuper contendunt ab errore illo Waldenses, Wiclefistas, et Husitas: in quo foeliciorum eos causam patrocinatos agnoscimus; quam ad exitum vsque perduxit Doctissimus Meldensium Episcopus Iacobus Benignus Bosucius, demonstrans, (4) numquam ab his haereticis Sacramentum istud fuisse negatum; sed in hoc tamen pessime eos sensisse, quod vellet, Sacerdotes improbos; tamquam ad Laicorum ordinem redactos, potestate absoluedi atque administrandi reliqua Sacramenta carere.

At Sacramentum Poenitentiae pertinaciter negarunt posteriorum Haereticorum plurimi. Negarunt siquidem Zuinglius, (5) Caluinus, (6) Kemnitius, (7) aliique, duo tantum Sacramenta recipientes, Baptismum nempe, et Eucharistiam. Quid autem Lutherus? inconstans scilicet, ac varius, more suo, dignoscitur: Poenitentiam alicubi Sacramentis accensens; (8) alicubi ab illorum numero expungens. (9) Quam Patriarchae sui inconstantiam imitatus est Melancthon; (10) imitari sunt priores Lutherani: posteriores vero; hi etiam, qui hodie exant, Poenitentiam inter Sacramenta recensent: porissimum qui in Apologiam Augustanae Confessionis iurarunt.

Quibus autem argumentis pro his constablandis erroribus usi illi sint, perpendamus. Opponunt itaque contra primam propositionem: dimittere peccata inquit, ad solam Dei auctoritatem spectari dicitur siquidem Marci II: »quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?« nullum igitur datur Sacramentum a Christo Domino pro remittendis peccatis institutum. Deinde: in veteri Lege nullum

(1) Epist. ad Marcel.

(2) Epist. 111.

(3) Disert. v. de Poen. qu. 2. cap. 1.

(4) In Hist. Variat. lib. xi.

(5) In lib. de vera et falsa Relig.

(6) Lib. iv. inst. cap. 19.

(7) In exam. ad Can. r. Con. Trid.

(8) In lib. de Capt. Babyl.

(9) Ad eiusdem lib. calcem.

(10) In locis commun.

taie extitit Sacramentum; tametsi necessaria et eo tempore fuerit Poenitentia »vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent.« vt ait Synodus Tridentina: (11) neque ergo in Lege noua, quae charitatis et gratiae est, instituendum huiusmodi Sacramentum erat.

Insuper: Scripturae tribuunt peccatorum remissionem soli impiorum conuersioni. Ita enim legitur Psal. L. et in cap. xviii. Ezequielis: ergo haud opus erat ritum externum instituere.

Præterea: quae leguntur Matth. xviii. *quaecumque ligaueritis, &c.* intelligenda sunt ex Patrum sensu de iniurialis inuicem condonandis: scribit enim Augustinus: (12) »coepisti habere fratrem tuum »tamquam publicanum, ligas illum in terra; sed vt iuste alliges »vide: nam iniusta vincula dirumpit iustitia. Quum autem correxeris, et concordaueris cum fratre tuo, soluisi illum in terra. Quum solueris in terra, solutus erit et in Coelo:« infirmum ergo est argumentum ex eo Scripturarum loco petiitum.

Similiter: Hieronymus censet, Sacerdotem aliam non habere potestatem, quam declarandi quinam sint absoluedi, quia non: ait enim: (13) exponens verba illa, *tibi dabo clauis, &c.* »istum locum Episcopi et Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum »assumunt supercilio; vt vel damnent innocentes, vel soluere se non »xios arbitrentur; quum apud Deum, non sententia Sacerdotum, sed »eorum vita quaerantur:« nullum ergo Sacramentum in Ecclesia est, quo potestas iudicialia concedatur.

Rursus: ad Sacramentum requiritur quaedam verborum forma eum subiecta materia: at forma eiusmodi necessaria ad peccati remissionem non est, quod animi voluntate dimittitur: neque in Poenitentia insuper elementum vllum est: ergo.

Ad haec: verbis illis, *quorum remisistis peccata, &c.* nihil aliud ostenditur, nisi praescriptum a Domino Apostolis fuisse, vt Euangelium annuntiant, atque credentes baptizarent in remissionem peccatorum: vel ergo Poenitentia Sacramentum non est, vel non est a Baptismo diuersum.

Accedit: quod omnis peccatorum remissio, etiam subsequens, Baptismo sit tribuenda, vt docet Apostolus ad Eph. V. exponitque

(11) Sess. xix. cap. 1.

nunc. lxxxii.

(12) Sermon. xvi. de verb. Dom.

(13) In cap. xvi Matth.

ex Apostolo Augustinus: (14) immo et suadet ratio: nam quum credenti et Baptismum suscipienti promissa salus aeterna sit; atque haec promissio semper maneat, virtusque Baptismi semper vigeat nulli alteri externo signo, praeter Baptismum, peccatorum remissio adscribenda erit: non ergo pro peccatorum remissione diuersum aliquid Sacramentum institui debuit.

Aduersus propositionem secundam obijciunt. Primum: si Christus Apostolis potestatem peccata remittendi contulit dum verba illa, Ioannis xx. allata protulit, eam non contulit Thomae tunc absentis: non ergo tunc instituit cet.

Secundum: Cyprianus, Suaresio iudice, (15) existimauit, Christum hoc Sacramentum instituisse in nocte Coenae in qua praescriptum aliud a Baptismo lauacrum fuisse dicit: (16) non ergo illud instituit post Resurrectionem.

Tertium: videtur S. Thomae sententia quod poenitentis actus, qui nempe huius Sacramenti materia sunt, indicti a Domino fuerint initio praedicationis: ergo et quod tunc Poenitentiae Sacramentum institutum fuerit.

Quartum: Christus laudatis pro adsertione verbis eandem dedit Apostolis potestatem, quam ipse acceperat a Patre: at ipse absque Sacramento peccata dimittebat: et hoc igitur contulit Apostolis: proindeque non instituit Sacramentum.

Quae aduersus tertiam propositionem militant argumenta, ex parte producta contra primam propositionem sunt; producentur reliqua, quum de confessione, et absolutione agemus.

Itaque ad eorum quae adduximus, solutionem accedentes, primum soluitur dicendo; ius quidem in soluendis ligandisque criminibus esse Spiritus Sancti; sed munus Spiritus Sancti esse officium Sacerdotis; ut Nonacianus respondet Ambrosius. (17) Hinc distinguenda est propositio: dimittere peccata spectat ad solum Deum; illare potestatis, auctoritate suprema, propriaque virtute, esto: munere Spiritus Sancti, ministerio, ac officio, nego.

Ad secundum dicendum: quod nemo inferre potest ex quo necessaria fuerit semper Poenitentia, vt virtus est, non fuisse in lege charitatis, et gratiae instituendum Sacramentum ad facilius assequendam peccatorum remissionem, quam ex se, et ex opere operato produ-

(14) Lib. 1. de Nupt. et concup. cap. 36.

(16) In Sermon. de ablut. pedum.

(17) Lib. 1. de Poenit. cap. 2.

(15) Disput. xvii. sect. 1. adsert. 1.

ducit; et ad poenitentes tranquillitate conscientiae erigendos, ac morali quadam veniae certitudine.

Tertii solutio est: quod sicut ex Haereticorum doctrina non excluduntur per Contritionem cordisque conuersionem necessitas Fidei in Christum, ac Baptismus, ita neque excluditur Poenitentiae Sacramentum: maxime, quum ille, quem vere poenitet, nequeat praescripta sibi remedia contemnere, sique contritio ipsa eiusdem Sacramenti materies.

Quartum facile diluitur, si perpendatur, verba illa peculiari ratione ad Ecclesiae ministros spectantia, pertinere extensione quadam ad singulos, pro luctuarum condonatione; hoc tamen discrimineposito, quod Laicis conceditur iniurias remittere *commiseratione charitatis*, aut iis indemnitate ac poenam poscere, *aequitate iustitiae*: ac Ecclesiae Praefectis datum est potestate iudicialia quaecumque crimina delere. Id sane Augustinus docet.

Ad quintum respondemus: non aliud Hieronymum velle, quam quod sicut Sacerdotes Levitici non poterant pro suo arbitratu quoslibet a lepra mundos iudicare; ita nec noui Testamenti Sacerdotes debeant possint pro lubitu quoslibet absoluere: quum necessum sit eorum expendere merita, dispositionem, cetera. Ceterum plus habere Sacerdotes nouae, quem veteris Legis, et maiorem habere potestatem, ostendit S. Thomas (18) his verbis: *absit vt Sacramenta nouae Legis solum significant, et nihil faciant, sicut veteris Legis Sacramenta. Si autem Sacerdos solum discernendo denuntiaret peccatoris absolutionem, nihil faceret, sed tantum significaret: ergo facit aliquid ministerium absolutionis impendendo, & cetera.*

Sexto occurrimus negando necessarium non esse verborum prolationem ad peccatorum remissionem, quae fiat in foro Ecclesiae, ac potestate iudicialia, quam Sacerdotibus contulit Christus. Sed et illud negamus, nempe, non esse in Poenitentia elementum, seu subiectam materiam; sunt enim aeterni sensibiles poenitentis.

Septimum sic solutum esto: constat scilicet ex superioribus dictis intellecta perpetuo fuisse verba illa ab omni Ecclesia in sensu a nobis propugnato: vnde despicienda potius quam soluenda repetita haec Haereticorum obiectio. Demus tamen illis, et in Baptismo vim ea verba habere: nam hoc Patres nonnulli, ac praesertim Cyrillus (19) dicunt: at quam vafre et dolose ex mutilato ab ipsis Cyrilli textu argu-

(18) Opusc. xxii. de forma absolut. cap. 2.

(19) Lib. xii. in Ioan.

umentationem oblectant. Equidem Cyrillus ibi duobus modis remitti peccata dicit: vno quidem, dignos ad Baptismum vocando, vitae *grauitate*, et constantia Fidei probatos: sed alio modo peccata Spiritus afflato homines remittunt ac renouant, nempe quum filios Ecclesiae peccantes corripiunt, vel poenitentibus ignoscunt.

Ad octauum plana est et expedita responsio, si dicatur, Baptismo adscribi omnem renouationem, et gratiam, nedum, quia per ipsum tollitur originarium, atque praecedens omne peccatum, sed etiam, quia per Baptismum Christum induimus, et Ecclesiae inserimur, in qua non desunt remedia, quibus consequentia peccata abluantur, coformae pacto, inquit Estius (20) quo generationi ac natiuitati tribuuntur incrementum, robur et perfectio virilis. Ita igitur valet ad omnem remissionem Baptisma, quoniam per ipsum regeneramur, et renascimur, et nisi per ipsum spiritualis vita daretur, nec Poenitentia, nec Sacramenta reliqua prodesse. Haec est Apostoli mens, haec est Augustini.

Et his tandem corrui adducta ratio: quandoquidem aeternae salutis promissio credentibus et baptizatis facta, conditionata est, Poenitentiam, alia Sacramenta, ac mandatorum custodiam non excludens.

Ad primum argumentum, quod secundam propositionem oppugnat, dicimus ex S. Cyrillo (21) non ergo licet abfuerit Thomas, a participatione Spiritus decidit; quum de numero esset eorum, quibus dignitate Apostolatus decoratis Spiritus debebatur. Itaque Christi intentio ad totum Apostolicum Collegium fuit directa; non ad praesentem tantum, sed ad absentes etiam; immo et ad futuros, videlicet ad Apostolorum successores.

Secundum sic diluitur: neque sermonem illum Cypriani factum esse; neque de alio lauacro in eo sermone verba fieri, quum de humilitatis officio.

Tertium verbo soluitur: insinuatum quidem fuit ministrantium officium Matth. xvi: ast post Resurrectionem denique manifestata est huius Sacramenti efficacia. Postremi solutio est: Christum contulisse quidem Apostolis potestatem, quam a Patre acceperat; sed non cum eadem plenitudine et excellentia, qua in ipso erat. Nam ipse, vt filius naturalis Dei, per auctoritatem peccata dimittebat; Apostolis vero potestatem dedit vt ministerialiter peccata dimitterent; proindeque per media ab ipso determinata.

(20) In IV. Dist. 4. §. 8.

(21) Lib. xii. in Ioan. cap. 56.

COROLLARIVM.

Nullum igitur peccatum dari, quod per Poenitentiam expiari et ab Ecclesia remitti non possit ex firmato, vindicatoque catholico Dogmate consequitur. Neque enim illis verbis » quorum remisseritis peccata, « cert. collata Ecclesiae potestas ad quaedam peccatorum genera limitatur: vnde Ambrosius ita Nouatianos exagitat: (22) » in eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quae soluenda a vobis putatis, et quae sine remedio arbitremini; sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promissit omnibus, et relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine vlla exceptione commisit. « Docent idem Cyprianus, (23) Pacianus, (24) Augustinus, (25) ac omnes Patres. Docet et suis definitionibus Ecclesia, quibus a saeculo III. ad hoc vsque semper Nouatianos execrata est: ideoque Synodus Tridentina perantiquas definitiones confirmans, inquit: (26) » Nouatianos remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia catholica tantquam Haereticos explosit atque damnauit. «

Nec tamen his obsunt scripturarum loca, quae lapsis in grauiora, vel in eadem scelera pluries, Dei indignationem, sempiternumque interitum comminantur: aut quae dari aliquod peccatum irremissibile testantur: vt blasphemia in Spiritum Sanctum, apostasia, et peccatum quod a Ioanne dicitur ad mortem. Priora siquidem loca non de Ecclesiae potestate, sed de execrabili impiorum conditione, de scelerum atrocitate, atque de falsa aliquorum Poenitentia loquuntur: proindeque si quid illa probarent, euincerent quoque nec apud Deum crimina atrociora remitti: quod nec Nouatus ipse adfirmare ausus vquam fuit. Posteriora vero loca vel probant, peccata illa ceteris difficiliora remitti, vt expresse ait Chrysostomus; (27) vel de peccatis illis sunt accipienda, quae diuisionem a Christi corpore impertant, cuiusmodi Haereticorum et Schismaticorum peccata sunt, quos non poenitet eorum peccatorum, quibus alieni sunt ab Ecclesia Delis in qua per gratiam Spiritus Sancti fit remissio omnium peccatorum, vt loquitur Augustinus. (28) Elusmodi enim peccata nunquam dimittuntur.

- (23) Lib. 1. de Poenit. cap. 2. (27) Sess. xiv. cap. 1.
 (24) Epist. lxi. ad Antonian. (28) Hom. xlii.
 (25) Epist. 1. et iii. ad Sempron. (29) Serm. lxxii. de verb. Evang.
 (26) In lib. de Agon. Chris. cap. 31. Matth.

mittentur, quum extra Ecclesiam nequeant gratia, remissio, et salus haberi.

Neque obstant Patrum testimonia, quae adseritur, peccata re-generatorum esse irremissibilia; praesertim apostasiam, et blasphemiam in Spiritum Sanctum; manifestae scilicet veritatis oppugnationem: quibus deinde Poenitentiae vis denegatur comparate ad grauiora peccata, ac post consequutam semel remissionem perpetrata. Nam Patres sic loquuti sunt de iis, qui peccare nunquam desierunt, vel de iis, qui a Christo deficientes, apud Ethnicos degunt, aut propter haereses, vel schismata separatos; aut de criminibus ex plena, et prorsus inexcusabili peruersitate patris; quae eo quidem irremissibilia dicuntur, quia difficiliora, quam cetera peccata remittuntur.

CAPVT XXII.

Quaenam sint essentialia Sacramenti Poenitentiae partes declaratur.

Peccata actualia tantum, post Baptismum commissa, mortalia quidem principaliter, venialia vero minus praecipue, sunt materia circa quam Sacramentum Poenitentiae versatur.

Tres deinde poenitentis actus, Contritio, Confessio, ac Satisfactio, sunt materia ex qua constat.

Videntur ea tantum verba *absoluo te* ad essentiam formae huius Sacramenti pertinere.

Primae propositionis prior pars euincitur ex Concilii Tridentini auctoritate; quo definitum, ut dictum fuit supra, institutum hoc Sacramentum fuisse constat pro lapsis postbaptismalibus: at lapsorum eiusmodi nomine illi intelliguntur, qui crimina, seu peccata mortalia post Baptismum perpetrarunt: ad ea ergo delenda, cet.

Deinde: res quaelibet in aliquo iudicio iudicata illius certe materia est: sed in Poenitentiae Sacramento, quod per modum iudicii institutum est, circa peccata personalia, et quidem mortalia, praecipue fertur sententia: ergo.

Secunda propositionis pars euincitur primo ex Patribus. Nam iis Tom. IIII. Aaa per-

persuasum fuit peccata venialia aliis ab hoc Sacramento remediis curari posse. Ex his Augustinus adserit, (1) deleri ea per piam orationis dominicæ recitationem: ait siquidem: »de quotidianis autem »breuibus leuibisque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, »quotidiana oratio fidelium satisfacit« cet. Alia remedia adsignant alii Patres.

Secundo enuncitur ex Ecclesiæ doctrina; sic enim traditum legimus a Patribus Tridentinis, his verbis: (2) »multisque aliis remediis »(peccata venialia) expiari possunt:« pertinent ergo illa ad Poenitentia Sacramentum minus præcipue. Tradiderat hanc doctrinam S. Thomas. (3)

Propositio secunda definita est ab Eugenio IV. in Concilio Florentino; (4) nec non et a Tridentino his verbis: »sunt autem quasi »materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, nempe Contritio, »Confessio, et Satisfactio: qui quatenus in poenitente ad integritatem »Sacramenti, et ad plenam, et perfectam peccatorum remissionem ex »Dei institutione requiruntur, Poenitentia partes dicuntur.« Atque hæc sacra Synodus anathemate ferit contrarium adserentes. (5) Nititur hæc Patrum Tridentinorum definitio variis Scripturæ, et Patrum testimoniis, quorum plura dabimus, quum de illis actibus singulatim diseremus.

Hos vero actus necdum esse Poenitentia Sacramenti materiam, sed esse materiam, ut aiunt, ex qua, ex laudatis Eugenii IV. et Patrum Tridentinorum locis cuius S. Thomæ discipuli certum fixumque habemus: nam sic Eugenius loquutus est. »Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, »verbis tanquam forma, et persona ministri« cet.: quæ cum Scoticarum sententia tenente absolutione totum Sacramentum constitui, componi non possunt: quum enim absolutio forma sit, nulla in eo materia essentialis esset: quæ tamen duo in vnoquolibet Sacramento Eugenius IV. aperte distinguit.

Patres autem Tridentini eos actus Sacramenti partes dixere: quarum nomine eas intelligi obuium est, ex quibus Poenitentia constat. Dixere quoque eos actus quasi materiam; non »quod veræ »materiae rationem non habeant: sed quia diuisi generis materia non »sint,

(1) In Enchir. cap. vii.

2. ad 3.

(2) Sess. xiv. cap. 5.

(4) Sess. xiv. cap. 3.

(3) Tert. part. qu. lxxxiv. art.

(5) Can. iv.

»sint, quæ extrinsecus adhibeatur, vt aqua in Baptismo, et Chris- »ma in Confirmatione; a vt loquitur Catechismus Romanus. (6)

Tertiam propositionem probaturi, illud in antecessu dicere oportet, hæc formula exprimi sacramentalem absolutionem: *Ego te absoluo a peccatis tuis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*: his enim terminis circumscriptam eam tradidit Tridentina Synodus, vbi inquit: (7) »docet Sancta Synodus Sacramenti Poenitentia for- »mam, in qua præcipue vis ipsius sita est, in illis ministri ver- »bis positam esse, *ego te absoluo*, cet.

Ex huius autem formulæ verbis sola hæc *absoluo te* ad Sacramenti essentiam pertinere, sic breuiter suadetur: nam illa sola verba sunt de essentia Sacramenti Poenitentia, quæ ad significandum principalem illius effectum sufficiunt; quoniam noui foederis Sacramenta id quod significant, efficiunt: at sola ea verba *absoluo te* id præstant; scilicet, in circumstantiis Confessionis peccatorum remissionem expriment: Ergo. Itaque non est de essentia pronomen *ego*, utpote in verbo *absoluo* comprehensum: neque ad essentiam attinent, quæ sequuntur, scilicet *a peccatis tuis*: quoniam Confessione præmissa, satis intelligitur poenitentem absolui ab iis criminibus, quorum causa peragitur: sed nec essentialis est *Trinitatis inuocatio*, vt in Baptismate; non enim Poenitentia Sacramentum quædam est Fidei professio, sed peccatorum iudicialis remissio. Est autem necessario pronuntiandum pronomen *te*, quoniam eo, aut alio ipsi æquivalenti sublato, oratio non esset demonstratiua.

Ast licet ea tantum verba ad essentiam huius Sacramenti spectent; omnia tamen ex præcepto esse pronuntianda ex Tridentino constat, ubi de Sacramenti generatim agens ait: teneri vnumquemlibet in Sacramentorum administratione ritus ab Ecclesia præscriptos seruare.

CAPVT XXIII.

Quæ aduersus stabilitas propositiones facere videntur, discutuntur.

Hoc vnum disidii caput his super quæstionibus nos inter et Hæterodoxos est, quod negent illi tres poenitentis actus diuino iure requiri ad peccatorum remissionem obtinendam: in quo errasse illos, atque anathematis poenam subiisse diximus. De cetero tota nostra dis-

Aaa 2

cep

(6) De Penit. num. 17.

(7) Sess. xiv. cap. 3.

persuasum fuit peccata venialia aliis ab hoc Sacramento remediis curari posse. Ex his Augustinus adserit, (1) deleri ea per piam orationis dominicæ recitationem: ait siquidem: »de quotidianis autem »breuibus leuibisque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, »quotidiana oratio fidelium satisfacit« cet. Alia remedia adsignant alii Patres.

Secundo enuncitur ex Ecclesiæ doctrina; sic enim traditum legimus a Patribus Tridentinis, his verbis: (2) »multisque aliis remediis »(peccata venialia) expiari possunt:« pertinent ergo illa ad Poenitentia Sacramentum minus præcipue. Tradiderat hanc doctrinam S. Thomas. (3)

Propositio secunda definita est ab Eugenio IV. in Concilio Florentino; (4) nec non et a Tridentino his verbis: »sunt autem quasi »materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, nempe Contritio, »Confessio, et Satisfactio: qui quatenus in poenitente ad integritatem »Sacramenti, et ad plenam, et perfectam peccatorum remissionem ex »Dei institutione requiruntur, Poenitentia partes dicuntur.« Atque hæc sacra Synodus anathemate ferit contrarium adserentes. (5) Nititur hæc Patrum Tridentinorum definitio variis Scripturæ, et Patrum testimoniis, quorum plura dabimus, quam de illis actibus singulatim diseremus.

Hos vero actus necdum esse Poenitentia Sacramenti materiam, sed esse materiam, ut aiunt, ex qua, ex laudatis Eugenii IV. et Patrum Tridentinorum locis cuius S. Thomæ discipuli certum fixumque habemus: nam sic Eugenius loquutus est. »Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, »verbis tanquam forma, et persona ministri« cet.: quæ cum Scoticarum sententia tenente absolutione totum Sacramentum constitui, componi non possunt: quum enim absolutio forma sit, nulla in eo materia essentialis esset: quæ tamen duo in vnoquolibet Sacramento Eugenius IV. aperte distinguit.

Patres autem Tridentini eos actus Sacramenti partes dixere: quarum nomine eas intelligi obuium est, ex quibus Poenitentia constat. Dixere quoque eos actus quasi materiam; non »quod veræ »materiae rationem non habeant: sed quia eius generis materia non »sint,

(1) In Enchir. cap. vii.

2. ad 3.

(2) Sess. xiv. cap. 5.

(4) Sess. xiv. cap. 3.

(3) Tert. part. qu. lxxxiv. art.

(5) Can. iv.

»sint, quæ extrinsecus adhibeatur, vt aqua in Baptismo, et Chris- »ma in Confirmatione; a vt loquitur Catechismus Romanus. (6)

Tertiam propositionem probaturi, illud in antecessu dicere oportet, hæc formula exprimi sacramentalem absolutionem: *Ego te absoluo a peccatis tuis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*: his enim terminis circumscriptam eam tradit Tridentina Synodus, vbi inquit: (7) »docet Sancta Synodus Sacramenti Poenitentia for- »mam, in qua præcipue vis ipsius sita est, in illis ministri ver- »bis positam esse, *ego te absoluo*, cet.

Ex huius autem formulæ verbis sola hæc *absoluo te* ad Sacramenti essentiam pertinere, sic breuiter suadetur: nam illa sola verba sunt de essentia Sacramenti Poenitentia, quæ ad significandum principalem illius effectum sufficiunt; quoniam noui foederis Sacramenta id quod significant, efficiunt: at sola ea verba *absoluo te* id præstant; scilicet, in circumstantiis Confessionis peccatorum remissionem expriment: Ergo. Itaque non est de essentia pronomen *ego*, utpote in verbo *absoluo* comprehensum: neque ad essentiam attinent, quæ sequuntur, scilicet *a peccatis tuis*: quoniam Confessione præmissa, satis intelligitur poenitentem absolui ab iis criminibus, quorum causa peragitur: sed nec essentialis est *Trinitatis inuocatio*, vt in Baptismate; non enim Poenitentia Sacramentum quædam est Fidei professio, sed peccatorum iudicialis remissio. Est autem necessario pronuntiandum pronomen *te*, quoniam eo, aut alio ipsi æquivalenti sublato, oratio non esset demonstratiua.

Ast licet ea tantum verba ad essentiam huius Sacramenti spectent; omnia tamen ex præcepto esse pronuntianda ex Tridentino constat, ubi de Sacramenti generatim agens ait: teneri vnumquemlibet in Sacramentorum administratione ritus ab Ecclesia præscriptos seruare.

CAPVT XXIII.

Quæ aduersus stabilitas propositiones facere videntur, discutuntur.

Hoc vnum disidii caput his super quæstionibus nos inter et Hæterodoxos est, quod negent illi tres poenitentis actus diuino iure requiri ad peccatorum remissionem obtinendam: in quo errasse illos, atque anathematis poenam subiisse diximus. De cetero tota nostra dis-

Aaa 2

cep

(6) De Penit. num. 17.

(7) Sess. xiv. cap. 3.

ceptatio cum nostrae Communionis Catholicae Theologis, eisdemque subtilissimis atque doctissimis, est. Ac principio quidem Scotistas contendere indignauimus, loqui post Eugenium Tridentinos Patres, non de materia *ex qua* Poenitentiae Sacramentum cōstet, sed de materia *circa quam* illud proxime versetur; ita vt Concilium contra Lutheranos definiat: tres illos poenitentis actus requiri vt Sacramentum integrum integritate effectus sit, non ita integritate substantiae: seu non definiat, actus illos intrinsece Sacramentum componere, sicut ex aqua componitur Baptismus.

Et in assignanda huius Sacramenti essentiali forma nobis contrariantur Durandus, qui Trinitatis inuocationem essentialem iudicats Gabriel, omnia israhac verba requirens, *ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis*; Paludanus, Ioannes maior, et Petrus Soto, adserentes necessaria Sacramento esse haec, *absoluo te a peccatis tuis*. Haec opinantur.

Argumenta autem quibus suas opiniones memorati Theologi communitate satagunt, expendere opus est; prius tamen illis productis, quae contra primam propositionem sibi obicit, soluitque S. Thomas. (1) Primum est. Videtur quod peccata non sint propria huius Sacramenti materia: materia enim in aliis Sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, atque sanctificata effectum Sacramenti operatur. Peccata autem non possunt sanctificari, eo quod contrariantur effectui Sacramenti, qui est gratia remittens peccata: ergo peccata non sunt materia propria huius Sacramenti.

Secundum: Augustinus dicit in lib. de Poenitentia, (2) *nullus potest inchoare nouam vitam, nisi eum veteris vitae poeniteat*, sed ad verustatem vitae pertinent non solum peccata, sed etiam poenitentiae praesentis vitae: non ergo peccata sunt propria materiae poenitentiae.

Tertium: Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniale: sed Poenitentiae Sacramentum non ordinatur contra originale peccatum, quod tollitur per Baptismum; neque contra peccatum mortale, quod tollitur per Confessionem peccatoris; nec etiam contra veniale quod tollitur per unctionem pectoris, per aquam benedictam, et alia huiusmodi: Ergo peccata non sunt propria materia Poenitentiae.

Aduersus secundam propositionem sic Scoti discipuli argumentantur. Eugenius IV. et Tridentini Patres non dicunt simpliciter poeni-

(1) Tert. part. q. lxxxiv. art. 2.

(2) Hom. xxvii. inter L. cap. 1.

nitentis actus materiam huius Sacramenti esse, sed quasi materiam; habuere ergo illos vt materiam inproprie dictam.

Deinde: Concilium Tridentinum haec habet (3) *» fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius, et in homine post Baptismum lapsio ita demum praeparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuina misericordiae, et voto praestandi reliqua coniunctus sit, quae ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur: «* at ex his sacrae Synodi verbis patet Contritionem esse dispositionem ad recipiendam gratiam in Sacramento: non est ergo illius pars intrinseca.

Praeterea: etiam Tridentinum Concilium definit, (4) Sacerdotem ministrum esse Sacramenti huius: sed id falsum prorsus esset, si poenitentis actus Sacramentum hoc constituerent intrinsece: neque enim Sacerdos totum efficeret Sacramentum: e contrario conficeretur illud maiori ex parte a poenitente: ergo.

Rursus: Sacramentum producit effectum, ad quem a Christo institutum est, nedum ratione formae, sed etiam ratione materiae, ex qua constat: vnde Theologi, vt probent, aquam, unctionem olei, impositionem manuum, esse materiam Baptismatis, extremae unctionis, Sacrae Ordinationis, ostendunt, Patres productionem gratiae adscripsisse aquae, olei unctioni, impositioni manuum: atque actus poenitentis non producant Sacramenti Poenitentiae effectum: alioquin poenitens sibiimet remissionem peccatorum conferre diceretur, vt et sibi gratiam dare, seipsumque absolueret: ergo.

Insuper: Contritio nec sensibilis per se est, quam sit internus voluntatis actus, nec est sensibilis per Confessionem, saltem semper; aliquando siquidem illam subsequitur: vt in impio, qui solum, vt par est, conteritur multis a sua Confessione diebus, et immediate ante absolutionem: non ergo potest Contritio huius Sacramenti materia intrinseca esse. Ad haec: Praescribunt Concilia, quibus cohaeret disciplina praescripta in Rituali edito iussu et auctoritate Pauli V. vt detur absolutio homini, qui Sacerdotem petit; cui tamen postea non potest peccata confiteri, quod prae morbi grauitate rationis vsum amiserit. Quinimo, si vera sit quorundam Theologorum doctrina, impendi debet viro pio, qui prae subito morbo obmutescens; nec per se, nec per alium reconciliationem petit: ergo neque Confessio pars intrinseca Sacramenti Poenitentiae est.

AC+

(3) Sess. xiv. cap. 4.

(4) Sess. xiv. eup. 6.

Accedit: valet hoc Sacramentum morituro datum, cui nulla omnino imponi Satisfactio potest, quum et sensuum et mentis impos supponatur: ergo Satisfactio non est pars intrinseca huius Sacramenti.

Contra tertiam propositionem haec militant. Primum: Eugenius IV. in Concilio Florentino, et Patres Concilii Tridentini, dum de Sacramenti Poenitentiae forma loquuntur, eam sitam definiunt in his omnibus verbis: *Ego te absoluo a peccatis tuis in nomine Patris*, cet. censent igitur essentialia omnia illa esse.

Secundum: in Baptismo, et Confirmatione essentialis est Sanctissimae Trinitatis expressio: ergo et in Poenitentia.

Tertium: saltem exprimentia in huius Sacramenti administratione peccata esse, ex eo constat, quod Christus dixerit, potestatem absoluendi discipulis conferens, *quorum remisistis peccata*, cet: et go.

Quartum: nec sola ea verba, nec caetera formae illius Christum instituisse legitur; neque in communi vsu habetur: quippe in quibusdam absolutionibus, quae publice in Ecclesia fiunt, absolvens, non oratione illa indicatiua vitur *absoluo te*, sed deprecatiua, nempe *misereatur vestri*, cet. Vel, *absolutionem, et remissionem tribuat vobis*, cet: ergo.

Non est autem difficile haec omnia argumenta soluere. Ad primum ergo contra primam propositionem adductum, dicendum ex ipso S. Thoma: quod ratio illa procedit de proxima materia Sacramenti.

Ad secundum respondet ipse Doctor Angelicus: »quod vetus et »mortalis vita est obiectum Poenitentiae; non ratione poenae, sed ratione culpae anxae.»

Tertii solutionem exhibet S. Thomas scribens: (5) »Poenitentia »quodam modo est de quolibet peccatorum genere; non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali est, Poenitentia proprie »et principaliter . . . De peccatis autem venialibus est quidem »Poenitentia proprie, in quantum sunt nostra voluntate facta; non »tamen contra haec principaliter est hoc Sacramentum institutum: »De peccato vero originali Poenitentia nec principaliter est; quia »contra ipsum non ordinatur hoc Sacramentum, sed magis Baptismus nec etiam proprie; quia peccatum originale non est nostra »voluntate peractum: nisi forte in quantum voluntas Adae reputatur nostra, secundum modum loquendi, quo Apostolus dicit »Rom. V. 12. *in quo omnes peccauerunt*. In quantum tamen large »ac-

(5) III. part. q. 84. art. 2. ad 3.

»accipitur Poenitentia pro quacumque detestatione rei praeteritae, »potest dici Poenitentia de peccato originali,« cet.

Ad primum deinde, quod contra secundam propositionem productum fuit, soluendum; recolantur ea quae ex Cathéchismo Romano superiori capite retulimus: quibus plene solutum erit.

Secundi solutio est: Tridentinum non adserere Contritionem esse dispositionem ad Sacramentum, vel Sacramenti essentialis; sed ad huius fructum, nempe peccatorum remissionem. Quod si et illud adseruisset, haud tamen inde sequeretur Contritionem non componere intrinsece Poenitentiae Sacramentum: siquidem posita illa suppositione, non acciperetur Sacramentum *adequate*, vt dicitur, seu pro omnibus suis partibus; sed *inadequate*, pro praecipua scilicet parte, quae est absolutio, et quae a ministris impenditur.

Ad tertium dicimus: quod vt Sacerdos sit vnicus Poenitentiae minister, sat superque est, quod applicet formam materiae a Poenitente suffectae: enim per solam formae applicationem exercet Sacerdos clauum potestatem, ex quibus vim suam habet Sacramentum ad remissionem peccatorum.

Quartum sic solutum esto: absurdum esse adserere poenitentem sibi gratiam conferre, sese absoluere, cet; nam licet materiam Sacramento obiciat, eam tamen ponit ut reus ac testis se accusans neutiquam vt Iudex: quod sane munus exercens Sacerdos, vt Dei minister, vere illum absoluit, gratiam confert; peccataque eius delet. Neque enim poenitentis actus virtutem concurrenti ad gratiae productionem habent in se considerati, sed ex respectu, quem induunt, ad absolutionem, ut docet S. Thomas. (6)

Quinto reponimus: Contritionem, in casu de quo argumentum, sensibilem esse, vel per signa, quae ipsam subsequantur, vt est externa absolutionis petitio, vel per Confessionem, quae illam praecessit: Confessio siquidem praeterita virtualiter, ac moraliter manet, donec absolutioni coniungatur. De caetero, dicendum generatim cum S. Thoma (7) . . . »in Sacramentis, quae habent effectum cõtes- »pondentem humanis actibus, ipsi actus humani sensibiles sunt loco »materiae, vt accidit in Poenitentia, et Matrimonio.«

Ad sextum respondemus: quod in eo qui Sacramentum petit, signa sunt verborum loco, sicut nutus in Matrimonio, quod clingues contrahunt; proindeque reperitur eo in casu loquutio virtualis, quae

(6) Tert. part. q. LXXXVI. art. 6. (7) Tert. part. q. XXXVI. art. 1. ad 1.

quidem, quum vrget necessitas, satis ad Sacramentum est, et ad manifestandum Sacerdoti, eum, qui iamiam moriturus est, reum esse peccatorum: in eo vero, qui nec praesente Sacerdote, nec ante quam adesset, reconciliationem petit, docent Theologi, qui eum absoluendum esse censent, probatam, quam duxit vitam, fuisse postulationem implicitam Sacramenti, et Confessionem interpretatiuam quam sufficere, aiunt, quum explicita et formali fieri non potest.

Ad septimum dicendum: Satisfactionem esse partem intrinsecam Sacramenti Poenitentiae, etsi sine ea Sacramentum quandoque esse possit; vt est digitus pars intrinseca corporis, quamuis possit istud sine digito esse: Verum quemadmodum manum est, et imperfectum humanum corpus, cui defuerit digitus; ita imperfectum est, Poenitentiae Sacramentum, quum Satisfactio Poenitenti non iniungitur.

Ad primum argumentum tertii ordinis respondemus: Eugenium Patresque Tridentinos abstrahere voluisse a Scholarum controuersia circa particulas illius formulae: omnes vero protulisse, vt significarent, haudquaquam debere earum quamlibet omitteri, etsi essentiales non essent. Si enim essentiales omnes censuissent, absdubio id in Decreto expressissent, vt circa formas aliorum Sacramentorum praestiterunt.

In secundi solutionem hoc assignamus discrimen e congruentia ductum; quod nempe Baptismus professio Fidei sit, cuius praecipuum obiectum Sanctissima Trinitas est: Confirmatio deinde est corroboratio ad eandem Fidem profuturam: neutrum Poenitentia. Qui vero discriminis rationem exposuisset, ad Christi Auctoris Sacramentorum voluntatem confugiat.

Tertium sic soluitur: Sensum verbi *absoluo* in vsu Sacramenti Poenitentiae determinari per peccatorum Confessionem; non in eius Institutione.

Ad quartum dicendum: formam Sacramenti Poenitentiae sumi ex verbis Christi, quibus Petro dixit, Math. XVI. *quodcumque solueris super terram*, cet. Atque hac forma vitur Ecclesia in absolute Sacramentali. Absolutiones autem in publico factae, Sacramentales non sunt, sed orationes quaedam ad remissionem peccatorum venialium ordinatae: unde in Sacramentali absolute non sufficeret dicere, *Misereatur* cet, vel *absolutionem et remissionem tribuat*, cet; quia per haec verba Sacerdos absolute non significat fieri, sed petit, ut fiat. Praemititur tamen talis oratio, ne impediatur effectus Sacramenti ex parte poenitentis; cuius actus ma-

te-

terialiter quodammodo se habent in hoc Sacramento: non autem in Baptismo, vel in Confirmatione. Summa est solutio ex Sancto Thoma. (8)

CAPVT XXIV.

De prima Poenitentiae parte, quae Contritio est, singulatim agitur: cuius generis ea sit necessaria in hoc Sacramento constituitur.

Est Contritio animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero.

Quae imperfecta est, Attritioque modo dicta, nisi ex Charitate, saltem inchoata, Dei super omnia concipiatur, haud sufficit ad gratiam in Poenitentiae Sacramento impetrandam.

Concepta tamen ex gehennae poenarumque metu vtilis est, atque ad iustificationem disponit.

Definitionem Contritionis prima propositione exhibitam tradit eisdem verbis Concilium Tridentinum: (1) quam sic declaramus: *essentiale prae primis Contritioni est, quod reperitur in omni Contritione poenitentium; de quibus loquitur Scriptura: at animi dolor ac detestatio de peccato commisso reperitur in omni Contritione poenitentium, de quibus Scriptura loquitur; nempe non ex alio capite manare potuerunt illorum poenitentium clamores ac gemitus, quos nobis Scriptura ob oculos ponit, dicens, «recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae; «Isaiae xxxviii. et: «laboravi in gemitu meo; lauabo per singulas noctes lectum meum:» Psal. vi. est ergo Contritio dolor ac detestatio de peccato commisso.*

Deinde: *essentiale etiam Contritioni est quod Scriptura illi tribuit, quoties de ea agit: at Scriptura, quoties de Contritione agit, ei propositum non peccandi de cetero tribuit: legimus siquidem Amos v. «odite malum, et diligite bonum: «Isaiae i. «quiescite agere peruerso, discite bene facere.» Ergo essentiale Contritioni est propositum non peccandi de cetero.*

Tom. III.

Bbb

Ex

(8) Tert. part. q. lxxxiv. art. 3. ad 1. (1) Sess. xiv. cap. 4.

Ex hac vero definitione istam Sacra Synodus elicit conclusionem: «Declarat igitur . . . hanc Contritionem non solum cessationem a peccato et vitae nouae propositum, et inchoationem, sed veteris etiam odium continere.»

Complectitur autem haec Tridentini definitio Contritionem omnem, quum perfectam, tum imperfectam. Quae perfecta dicitur, est dolor de peccato commisso ex amore Dei super omnia conceptus, et charitate perfectus, cum proposito non peccandi de cetero, et voto suscipiendi Sacramentum Poenitentiae: imperfecta ea dici potest, vel ex imperfectione motui, vel solum secundum gradus. Prior dicitur illa, quae ex consideratione turpitudinis peccati, aut ex gehennae metu concipitur: posterior illa, quae licet concepta ex amore Dei super omnia, quo nullum perfectius motuum esse potest, quia tamen pauci in eo amore sunt gradus charitatis, imperfecta est ratione paucorum graduum amoris; qui initialis, ac inchoatus propterea vocatur.

Vtraque haec Contritionis nomine, imperfectae quidem, quouis tempore fuit expressa: neque enim Attritionis nomen audiri coepit nisi circa annum 1230. Huius praeterea distinctio, nempe Attritionis, a Contritione, seu imperfecti a perfecto dolore, ex eo repetenda est, quod Contritio ex charitate perfecta, seu amore Dei praedominante procedat; Attritio vero, non ex tali amore praedominante oriatur, sed ab amore initiali, tenui ac remisso, aut ex peccati turpitudine et gehennae metu.

Omnem itaque Contritionem, quaecumque tandem ea sit declarat . . . Sancta Synodus, non solum cessationem a peccato, et vitae nouae propositum, et inchoationem, sed veteris etiam odium continere. «Cui insuper vnanimi sensu has condiciones Theologi tribuunt, ut interior sit, vera, et non ficta, supernaturalis, omnique peccata detestans. Quapropter, etsi commendandus sensibilis dolor sit, quandoque in lacrymas, ac gemitus crumpens; is tamen Contritio vera non erit nisi animum torqueat, ex crucieturque.»

Secundam propositionem Scripturae docent: quod sic demonstramus: Primo: se habet Poenitentiae Sacramentum respectu gratiae conferendae, sicut Martyrium: vtrumque enim gratiam ex opere operato producit: At ex Scripturis habetur, requiri charitatem in patiente vt Martyrium prosit: legitur nempe in 1. ad corinth. 13. «si tradidoro corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non ha-

«habuero, nihil mihi prodest: «Ergo et Poenitentiae Sacramentum, vt prosit, imo vt valeat, charitatem saltem inchoatam in poenitente requirit.

Secundo: in 1. Ioannis Epist. cap. 3. dicitur: «qui non diligit, manet in morte: «quae quidem verba generalem constituunt regulam, nullam in adultis hominibus, qui actualis amoris sunt capaces, exceptionem patiens: atqui is, qui sine charitate se Poenitentiae Sacramento subiicit, non diligit: ergo manet in morte, seu gratiam iustificantem non recipit.

Tertio: id requiritur in impio, quod necessarium est ad conversionem ex toto corde; ut dicitur Ioel. 11: nempe, «conuertimini ad me in toto corde vestro: «atqui charitas, inchoata saltem, quae tamen sit super omnia, requiritur ad conversionem ex toto corde: quippe ad hanc necesse est, ut cor Deum creaturae anteponat; quae antepositio euenire nequit, nisi eum plusquam creaturam diligat: ergo.

Eandem propositionem docent Partes: Tertullianus nempe scribit: (2) «poeniteat errorum reperta veritate, poeniteat amasse quae Deus non amat; quando ne nos quidem ipsi seruulis nostris ea, quibus offendimur, non odisse permittimus. Obsequii enim ratio in similitudine animorum constituta est. «Chrysostomus haec scribit: (3) «quum peccaueris, ingemisce: non quod poenas daturus sis; nihil enim est hoc: sed quod Dominium tuum offenderis tam benignum; tam te amantem, tam denique saluti tuae appensum, ut filium quoque suum tui causa tradiderit. «Augustinus inter plurima alia haec habet: (4) «Inimicus iustitiae est qui poenae timore non peccat: amicus autem erit, si eius amore non peccet: Tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere.

Docet eandem propositionem Concilium Tridentinum. Definit enim primo, in Catechumenis, vt gratiam in Baptismate recipiant, requiri inchoatam saltem charitatem Dei super omnia. Nam postquam docuit, (5) «eos ad id imbui Fide, concuri timore, spe erigi, «addit: nullamque (Deum) tamquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt: «quae verba, nequis in consilii aut decentiae sensum detorqueat, obstat eiusdem Sessionis canon ut. vbi haec habentur: «si

Bbb 2

»quis

(2) De Poenit. cap. 4.

(4) In Epist. ad Anast. cxxlv.

(3) Hom. iv. in epist. ad Corinth.

(5) Sess. vi. cap. 8.

»quis dixerit, sine praeueniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.«

Praeterea, requirit eadem Sacra Synodus (6) in poenitente veteris vitae odium, propositum non peccandi de cetero, Contritionem nempe, quae quouis tempore necessaria fuit: atqui illud odium, illud propositum, et quae contritio charitatem Dei super omnia includunt, saltem inchoatam; neque enim potest quis odisse peccatum, nisi ante bonum ei oppositum, quod est Deus, quum omne odium mali fundetur in amore boni oppositi: nemo quoque habere potest propositum non peccandi, quin efficaciter statuat seruare omnia mandata, proindeque primum omnium maximumque, scilicet, *Diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: proponere autem diligere Deum, est ipsum acru diligere: Contritio insuper, quae quouis tempore necessaria fuit, ex motu charitatis concipitur: ergo.

Definit etiam Sacra Tridentina Synodus, (7) Contritionem esse quasi materiam Sacramenti Poenitentiae, dicens: »sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, Contritio, Confessio, Satisfactio.« Quod et sub anathematis poena credendum proponit: (8) at Concilium non de quouis dolore supernaturali, sed de dolore ex amore concepto loquutum fuisse multa ostendunt: nam Scriptura, Patres, et Scholastici, qui vsque ad Synodum Tridentinam scripsere, Contritionis nomen pro dolore, praecipue ex amore Dei concepto sumserunt, scilicet pro principali analogato; ut et sumserunt pro pane triticeo Saluatoris verba, quibus panem consecrasse legitur: ergo.

Et quidem Scripturarum sensum Patrumque mentem iam pridem adaperuimus. Ad Scholasticos vero quod attinet, non aliud Contritionis nomine eos intellexisse, quam dolorem de peccatis prout offensa Dei sunt, quo tempore Concilium Tridentinum celebratum est, restantur praeclarissimi de Schola Theologi Dominus Scoto, (9) Andreas Vega, (10) Petrus Soto, (11) alique plurimi: quorum nomina in illius Sacri Synodi Historia celebratissima sunt. Atque, quod mi-

(6) Sess. xiv. cap. 4.

cap. 4.

(7) Sess. xiv. cap. 3.

(10) Lib. xiii. cap. 17.

(8) Cap. 4.

(11) In Schol. ad Confes. Witemb.

(9) Lib. 11. de nat. et grat. titulo, de Contrit. cathol.

mirandum maxime, non catholicis, modo, sed etiam haereticis id fuisse persuasum, Kemnitius prodit. (12)

Nobis tamen detur interea quasdam argumentationes theologicas in subsidium adducere. Prima esto: accedentes ad Sacramentum debent detestari peccata, quatenus offensa Dei sunt: atqui nemo peccata sub hac ratione detestatur, sine aliquo charitatis actu: ergo accedentibus ad Sacramentum Poenitentiae aliquis charitatis actus necessarius est. Quod autem accedens ad Sacramentum teneatur peccatum detestari, quatenus offensa Dei est, adeo perspicuum nobis videtur, ut contrarium animo horrorem quandam incutiat: siquidem Tridentini Patres infructuosam poenitentiam dixerunt, quae propter poenam tantum esset, non propter Dei offensam. Et licet verba haec in definitione Contritionis non inseruerint, illa tamen subintelligenda declarant, requirentes peccati commissi detestationem: quin immo Louanienses Theologi declarauerunt, (13) comprehendi illa in Tridentina definitione.

Deinde: huius generis detestationem, nempe prout Dei offensa est, a charitatis amore proficisci, apertissime Patres Tridentini testati sunt, operam dantes, ut Capiti vi. Sessionis 6. aliquis charitatis actus insereretur, ne infructuosa poenitentia foret, si non propter Dei offensam esset.

Secunda argumentatio: quisquis solo timore sese a peccato abstinet, licet voluntarie ac libere absteineat, habet tamen peccandi cupidinem, si peccatum consideretur secundum se: nimirum illud detestatur, non ut peccatum est, sed ut causa est sempiterni supplicii: non ergo odit ille peccatum, ut Dei offensa est. Sumta est haec argumentatio ex S. Thoma. (14)

Tertia: solus gehennae timor non includit odium peccati praeteriti, ut enim scribit Augustinus: (15) »tantum quisque odit peccatum, quantum iustitiam diligit:« iustitiam vero nullo modo diligit, nec imperfecte quidem, qui ex solo poenarum metu contemnitur.

Quarta: nouitas ipsa in rebus ad Fidem aut mores spectantibus certissimum est falsitatis argumentum: contra vero antiquitas veritatis: at nouum plane est apud nostros Theologos adserere, Contrit-

(12) In exam. Conc. Trident. part. II. cap. 4.

(14) Prim. secund. qu. vi. art. 6. ad 1.

(13) In art. iv.

(15) Epist. cvliv.

tritionem ex metu gehennae poenarumque conceptam ad iustificationem in Sacramento obtinendam sufficere: antiquissimum autem, requiri quod inchoatam saltem Dei dilectionem includat: ergo. Equidem ex Patribus et Doctoribus, qui ante seculum xiii. vixere, nullus fuit, qui postremum non tenuerit; cuius vel ipsum Attritionis nomen non fuerit inauditum. Theologi praeterea, qui seculis xiv. et xv. scripserunt, Attritionis nomine vsi quidem sunt, ut dolorem ex solo metu conceptum significarent; sed eorum nullus illum dolorem sufficere adseruit. At inter eos, qui seculo xvi. scripserunt, nonnulli placuit, Attritionem seruillem, et omnis amoris Dei inchoati etiam expertem, satis esse, si a Poenitente contritio, seu dolor ex motu charitatis conceptus, bona fide reputaretur.

Theologorum autem omnium, qui pro Attritione seruili pugnant, agmen ducit Franciscus Suarezus, cui adhaesere Vasquesius, alique bene multi: adeo ut Alexandri Papae VII. tempore communis inter Scholasticos ea videretur opinio; reclamantibus tamen conpluribus, qui rem istam ex Scripturis et Patrum Traditione definiebant. Ex quibus illud tandem euincitur, quod erat euincendum, nouam esse in Scholis sententiam, quae Attritionem seruillem ac formidolosam sustinet; antiquam, quae pro amore stat initiali.

Postrema ratio: qui lapsum ex gehennae poenarumque tantum metu attritum extra necessitatis casum absolueret, vteretur in conferendo Sacramento materia dubia, atque probabilem tantum adhiberet relicta tutiore: dubium est scilicet, vel ad summum probabile, quod Attritio cuiuslibet Dei amoris expertis, sit materia sufficiens Sacramenti Poenitentiae; quum contra cuique certum sit Contritionem ex amore Dei super omnia conceptam satis esse ut Sacramentum valeat et operetur: At ex antiquorum Patrum principio, *illicitum est in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore*: ergo. Subscripsit eo in capite antiquis Patribus Innocentius XI. hanc damnans propositionem: *non illicitum est in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore*. Alias mittimus probationes.

Tertia propositio Dogma catholicum est discretissimis Sacrarum litterarum testimoniis adsertum. Decretoria prae aliis sunt, quae ex novo Testamento deprimunt. Lucae nempe 111. Ioannes Baptista *Baptismum Poenitentiae in remissionem peccatorum*, sic praedi-

dicare coepisse legitur: *Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos Poenitentiae*; cet. Et cap. xii. Christus, quum timorem humanum ceu malum damnasset, haec de gehennae metu subiecit, *ostendam vobis, quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete*. Paulus quoque in 11. ad Corinth. cap. 5. quum praemisisset, *omnes nos ante Christi tribunal manifestandos, ut unusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum referat*, e vestigio intulit: *Scientes ergo timorem Dei hominibus suademus: igitur Scripturis docentibus gehennae poenarumque timor bonus est, vitilis quoque atque ad iustificationem disponens*.

Adsertum praeterea adiuuauimus hoc Dogma veterum praesertim Patrum auctoritate; quid enim apud Tertullianum, Cyprianum, Clementem Alexandrinum, Ambrosium, Hieronymum aliosque frequentius, quam timorem hunc *Salutis fundamentum esse, Fidei coadiutorem, fluctuantis animae clauum, mentis anchoram*, eum denique *quo obstericante ex Hieronymi phrasi, non carnis liberos, sed spiritus a facie fortitudinis Domini conceptos parimus, et emitimus*. Omnium vero locupletissime de timore hoc egit Augustinus: haec enim scribit: (16) *ille timor nondum castus poenas timet, non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi; timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est et vitilis iste timor*. Alia plurima Augustinus scribit.

Adsertum deinde legimus idem Dogma definitionibus Ecclesiasticis: nempe Tridentinum Concilium sic contra Lutherum definit: (17) *si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit*. Et insuper haec protulit: (18) *illam vero Contritionem imperfectam, quae Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concluditur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, declarat (Sacra Synodus) non solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouen-*

(16) In Enarrat. in Psalm. xxvii.

(18) Sess. xiv. c. 4.

(17) Sess. vi. can. 8.

»tis; quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. « Deinde, Alexander Papa VIII. hanc damnauit propositionem: »Attritio, quae ex gehennae et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei propter se non est bonus motus, ac supernaturalis. «
Accedit ratio theologica: quorescumque siquidem bonum et laudabile est amare aliquid bonum, laudabile etiam est detestari malum tali bono oppositum: atqui bonum et laudabile est gloriari et beatitudinem amare, cui gehenna tanquam malum opponitur: ergo.

CAPVT XXV.

Quam varie ab Haereticis erratum sit refertur. Quam item varie a nostris Theologis opinatum. Illorum caecitas, horumque argumenta dispelluntur.

Non vnus idemque fuit haereticorum erga Contritionem error. Eam principio admittit Lutherus, in hoc tantum errans, quod vitae veteris odium ab illa receperit. (1) A quo tamen eo in capite sectatores suos recessisse videntur; praesertim Kemnitius, (2) et Calvinus. (3) Anno autem 1518. visum aliter Luthero fuit: scilicet Contritionem esse actum intrinsece malum: haec nimirum tunc scribebat: (4) »Contritio, quae paratur per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, qua quis, (vt dicunt) recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum grauitatem, cet. »facit hipocritam, immo magis peccatorem. « Quam patriarchae sui doctrinam rigidi Lutherani fusc explicauerunt in Colloquio Altemburgensi.

Affines Lutheranorum errori declarati sunt Balus, Iansenius, Quesselus, quod timorem poenarum Attritionemque ex illo conceptam tanquam malam et vitiosam receperint in propositionibus, quae sub illorum nominibus damnatae sunt.

Ab his itaque erroribus quam longe dissiti Catholici Theologi, in hoc tantum discordant quod salua Fidei compage pro ac contra disputare conceditur: scilicet, contendunt antiquiores omnes ad seculum usque xiii. nullo quidem excepto, Contritionem imperfectam, nisi a charitate, saltem inchoata, Dei super omnia concipiatur, haud suf.

(1) In Serm. de Poen.

(2) In secun. part. exam.

(3) Lib. iiii. instit. cap. 4. §. 2.

(4) In Adsert. art. xii.

sufficere ad gratiam in Poenitentiae Sacramento recipiendam. Quam etiam sententiam, tot seculorum antiquitate venerandam, amplexi postea sunt, hodieque sequuntur doctissimi Theologi, et numero et pondere spectatissimi; quorum vel sola nomina hic inserere longum nimis foret. Consulantur qui literariam huiusce concertationis historiam contexere. E contrario contendunt Theologi recentiores complurimi sufficere ad gratiam in Sacramento recipiendam Attritionem seruilem, ab omni omnino charitate, initiali etiam, se iunctam: quae opinio, vt non semel inuimus, non nisi post Tridentinum nata est; licet omnem aliam subsequens seculis, saltem scriptorum numero, superauerit. Hinc miramur vel maxime, scripsisse Magistrum Vincentium Ferrer, Valentinae nostrae Academiae Professorem, communem hanc, cui subscribit, opinionem veterum Theologorum esse. Quod enim sic facile scriperat, non ita facile demonstrasset. Miramur insuper Mag. Ludouicum Massium de Cassauallibus, alterum Academiae nostrae Professorem, intemperantius in eius defensionem nonnulla protulisse: (5) accessito forsitan Viro doctissimo, illustrissimoque.

Est deinde et tertia alia sententia, eorum nimirum, qui necessarium putant in Sacramento, praeter memoratam Attritionem, amorem aliquem spei, seu concupiscentiae: quae sane sententia, et plures habet adsertores, et facile cum ea, quae primo loco laudata est conciliatur. Ad quam vero reducti valeant peculiare Caroli Renati Billuart, et Cardinalis Gotti sententiae ipsi viderint, qui eisdem inhaereant. Nobis enim haud probantur subiles illae praecisiones, amoris nempe charitatis, et amoris beneuoli, in primo; et amoris inchoati ex parte obiecti, et amoris inchoati ex parte subiecti, in secundo.

Postremo: alia opinio tenet, Contritionem charitate perfectam, quae delectat culpam apud Deum, id est conjunctam charitati habituali, et gratiae sanctificanti, praecedere debere Poenitentiae Sacramentum; idque nullatenus derogare Sacramenti virtuti; quoniam peccatores per Contritionem interius viuificantur; per ministerium autem Sacerdotale absoluuntur a poena, et admittuntur ad Sacramentorum Communionem. Cui Sententiae permulti veterum adhaesere, scilicet Hugo Victorinus, Ricardus, Alexander Alensis, alii. Haec de errorum opinionumque diuersitate.

Tom. IIII.

Ccc

Pro-

(5) Tom. iv. tract. 8. Dub. 2. q. concl.

»tis; quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. « Deinde, Alexander Papa VIII. hanc damnauit propositionem: »Attritio, quae ex gehennae et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei propter se non est bonus motus, ac supernaturalis. «
 Accedit ratio theologica: quorescumque siquidem bonum et laudabile est amare aliquod bonum, laudabile etiam est detestari malum tali bono oppositum: atqui bonum et laudabile est gloriari et beatitudinem amare, cui gehenna tanquam malum opponitur: ergo.

CAPVT XXV.

Quam varie ab Haereticis erratum sit refertur. Quam item varie a nostris Theologis opinatum. Illorum caecitas, horumque argumenta dispelluntur.

Non vnus idemque fuit haereticorum erga Contritionem error. Eam principio admittit Lutherus, in hoc tantum errans, quod vitae veteris odium ab illa receperit. (1) A quo tamen eo in capite sectatores suos recessisse videntur; praesertim Kemnitius, (2) et Calvinus. (3) Anno autem 1518. visum aliter Luthero fuit: scilicet Contritionem esse actum intrinsece malum: haec nimirum tunc scribebat: (4) »Contritio, quae paratur per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, qua quis, (vt dicunt) recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum grauitatem, cet. »facit hipocritam, immo magis peccatorem. « Quam patriarchae sui doctrinam rigidi Lutherani fuisse explicauerunt in Colloquio Altemburgensi.

Affines Lutheranorum errori declarati sunt Balus, Iansenius, Quesselus, quod timorem poenarum Attritionemque ex illo conceptam tanquam malam et vitiosam receperint in propositionibus, quae sub illorum nominibus damnatae sunt.

Ab his itaque erroribus quam longe dissiti Catholici Theologi, in hoc tantum discordant quod salua Fidei compage pro ac contra disputare conceditur: scilicet, contendunt antiquiores omnes ad seculum usque xiii. nullo quidem excepto, Contritionem imperfectam, nisi a charitate, saltem inchoata, Dei super omnia concipiatur, haud suf.

(1) In Serm. de Poen.

(2) In secund. part. exam.

(3) Lib. iiii. instit. cap. 4. §. 2.

(4) In Adsert. art. xii.

sufficere ad gratiam in Poenitentiae Sacramento recipendam. Quam etiam sententiam, tot seculorum antiquitate venerandam, amplexi postea sunt, hodieque sequuntur doctissimi Theologi, et numero et pondere spectatissimi; quorum vel sola nomina hic inserere longum nimis foret. Consulantur qui literariam huiusce concertationis historiam contexere. E contrario contendunt Theologi recentiores complurimi sufficere ad gratiam in Sacramento recipendam Attritionem seruilem, ab omni omnino charitate, initiali etiam, se iunctam: quae opinio, vt non semel inuimus, non nisi post Tridentinum nata est; licet omnem aliam subsequens seculis, saltem scriptorum numero, superauerit. Hinc miramur vel maxime, scripsisse Magistrum Vincentium Ferrer, Valentinae nostrae Academiae Professorem, communem hanc, cui subscribit, opinionem veterum Theologorum esse. Quod enim sic facile scriperat, non ita facile demonstrasset. Miramur insuper Mag. Ludouicum Massium de Cassauallibus, alterum Academiae nostrae Professorem, intemperantius in eius defensionem nonnulla protulisse: (5) accessito forsitan Viro doctissimo, illustrissimoque.

Est deinde et tertia alia sententia, eorum nimirum, qui necessarium putant in Sacramento, praeter memoratam Attritionem, amorem aliquem spei, seu concupiscentiae: quae sane sententia, et plures habet adsertores, et facile cum ea, quae primo loco laudata est conciliatur. Ad quam vero reducti valeant peculiare Caroli Renati Billuart, et Cardinalis Gotti sententiae ipsi viderint, qui eisdem inhaereant. Nobis enim haud probantur subiles illae praecisiones, amoris nempe charitatis, et amoris beneuoli, in primo; et amoris inchoati ex parte obiecti, et amoris inchoati ex parte subiecti, in secundo.

Postremo: alia opinio tenet, Contritionem charitate perfectam, quae delectat culpam apud Deum, id est conjunctam charitati habituali, et gratiae sanctificantis, praecedere debere Poenitentiae Sacramentum; idque nullatenus derogare Sacramenti virtuti; quoniam peccatores per Contritionem interius viuificantur; per ministerium autem Sacerdotale absoluuntur a poena, et admittuntur ad Sacramentorum Communionem. Cui Sententiae permulti veterum adhaesere, scilicet Hugo Victorinus, Ricardus, Alexander Alensis, alii. Haec de errorum opinionumque diuersitate.

Tom. IIII.

Ccc

Pro-

(5) Tom. iv. tract. 8. Dub. 2. q. concl.

Propositiones nunc a nobis superius stabilitas a contrariis argumentationibus vindicemus. Itaque aduersus Contritionis essentiam sic Haeretici cauillantur. Primo: Quum Scriptura loquitur de Poenitentia Davidis, odii tantum vitae veteris meminit, dicens, *peccauit Domino*: at illi odio adscribit Augustinus iustificationem, quam David mox consequutus est: ergo.

Secundo: Patres saepe aiunt, Poenitentiae virtutem, quae idem est cum Contritione, nouam esse vitam: vnde vt probetur, num vera sit Impiorum conuersio, ad manus et pedes, hoc est, ad eorum opera docent esse attendendum: ergo vitae veteris odium Contritioni essentiale non est.

Tertio: Concilium Tridentinum supponere videtur odium et detestationem peccati idem esse cum dolore, quem quis ex eo percipit, quod Deum laeserit; sic enim definit Concilium Contritionem: *animi dolor ac detestatio de peccato commisso*: atqui dolor non est pars intrinseca Contritionis; siquidem Conritio est animi virtus, dolor vero passio sensus: ergo.

Quarto: is qui peccatum detestatur, optaret vt admissum nequam fuisset: igitur peccat contra sapientiae regulas: vetat nempe sapientia ne quis velit id quod est impossibile: at detestatio praeteriti peccati est causa huiusmodi uolitionis: ergo non potest esse essentialis Contritioni.

Haec autem pro Attritionis seruilis sufficientia Theologi nobis oppositi obijciunt. Primum: legitur Ecclesiastici I.: «timor Domini expellit peccatum»: nam qui sine timore est, non poterit iustificari: et in Isaiæ cap. xvi. «a timore tuo concepimus, et peperimus spiritum»: «alia plurima leguntur similia: ex Scripturis igitur demonstratur seruilis Attritionis ad gratiam in Sacramento obtinendam sufficientiam.

Secundum: Patres apertissime tradunt homines gehennae poenarumque metu percussos a peccato euocari: sic enim, ut alios praetereamus, Augustinus loquitur: (6) «timor Dei sic vulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, « item: (7) «timor, quo gehennam times, et ideo mala non facis, continet te, et sic uolentem peccare animum inuicem non sinit. « At si haec timor seruilis praestat, abs dubio ad gratiam sufficienter disponit: ergo.

Tertium: Concilium Tridentinum loqui de Attritione seruilis in

(6) Tract. II. in epist. Ioan. (7) Serm. CLXI. de verb. Apost.

illis, quae de Contritione imperfecta definit, ex scopo, quem sibi proposuit, facile concluditur: nempe is fuit, vt eam Contritionem declararet bonum esse motum, quam Lutherus esse malum motum adseruerat: atqui Lutherus non id adseruit vniquam de Attritione, quae ex Dei amore praecipue concipitur, sed de ea tantum, quae ex gehennae metu procedit: ergo.

Quartum: Narrat Pallauicinus, (8) Patres Tridentinos ex capite Concilii, ubi de Attritione agitur, vocem *sufficit* deleuisse, quam Theologi priuatim inseruerant, eiusque loco substituisse vocem *disponit*: at eam non deleuissent, aliamque substituissent, si ratum eis fuisset, Attritionem, de qua loquebantur, includere amorem Dei super omnia; non enim dubitare poterant, quin Attritio huiusmodi sufficiens sit: ergo.

Quintum: Definit Concilium Contritionem imperfectam habere in ipso Sacramento efficaciam, quam non habet extra Sacramentum: alioquin immerito dixisset de ea: «et quamuis sine Sacramento Poenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen « et: ergo.

Sextum: etiam supponere videtur Concilium, Contritionem imperfectam ratione motiui, seu ex solo poenae metu conceptam, uoluntatem peccandi excludere: nempe inquit: *Si uoluntatem peccandi excludat cum spe ueniae*, disponere ad gratiam in Sacramento impetrandam: sed quod uoluntatem peccandi excludit, sufficit proculdubio ad gratiam in Sacramento impetrandam: ergo.

Septimum: vt fert Scholasticorum axioma: *Homo ex attrito fit contritus per Poenitentiae Sacramentum*: Atqui falsum hoc prorsus esset, si Contritio imperfecta ex motiui, seu ex solo gehennae metu concepta insufficienter ad gratiam in Sacramento obtinendam foret; esset enim eo in casu irritum Sacramentum, scilicet, materia sufficienti destitutum: ergo.

Octauum: si vel inchoata charitas Dei super omnia Sacramento Poenitentiae recipiendo praerequireretur, Poenitentia non esset Sacramentum mortuorum; nusquam enim, saltem dum actu recipitur, primam gratiam impio conferret: charitas enim Dei super omnia et multitudinem peccatorum operit, et hominem Deo acceptum ac iustum reddit, neque cum peccato consistere potest: ergo.

Nonum: eadem charitatis effecta agnoscunt Patres: scribit enim

(8) Lib. XII. cap. 10.

Chrysostomus (9) » sicut ignis, ubi Siluam occupauerit, omnia purgare consuevit, ita et charitatis feruor, quocumque incidit, omnia perimit, atque petrum. « et Augustinus: (10) » charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est. « Habent similia alii Patres.

Decimum: S. Thomas haec docet: (11) » minima gratia potest resistere cullibet concupiscentiae, et vitare omne peccatum lethale, quod committitur in transgressionem mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri, et argenti. « Et alibi (12) scribit, solum peccatum » per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum, quantumcumque paruus sit dolor, dummodo ad Contritionis rationem sufficiat. «

Vndecimum: Haec stante opinione circa necessitatem inchoatae saltem charitatis, difficilius erit iustificatio in lege noua, quam fuerit in antiqua: nam ea charitas satis erat Iudaeis ad gratiam consequendam; christianis autem opus praeterea est sacramentali absolutione: ergo.

Duodecimum: quamuis veritate inniteretur haec sententia de amore initiali, non esset tamen populis inculcanda; quippe quae scrupulis, et anxietatibus eos exerceret; quum scire non valeant, num ea charitate flagrent, quum se absolutioni subiiciant: ergo.

Decimotertium: adserere charitatem consistere quoquo modo cum peccato posse, videtur quid affine propositionibus xxxi. xxxii. et lxx. in Baio damnatis: adserere vero solum supplicii timorem non disponere ad gratiam sufficienter, nec a peccato amouere, cet., quid enim cum damnatis in Quesnello adsertionibus: ergo.

Aduersus tertiam tandem propositionem haec Lutherani producant: Primum: Pauillus in 1. ad Corinth. cap. 13. inquit: » si linguam hominum loquar et Angelorum; charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, « cet. Ex quibus sic Sectae auctor Lutherus argumentabatur: (13) ecce quidquid extra charitatem fit, ex toto corde non agitur, Deoque est hypocrisis.

Secundum: Augustinus haec habet: (14) » inaniter putat se victorem esse peccati, qui poenae timore non peccat, quia etsi non

(9) Hom. vii. in Epist. 2. ad Tim.

(10) Lib. de nat. et grat. cap. ult.

(11) Tert. part. qu. lxx. art. 4.

(12) In supp. qu. v. art. 1. et 3.

(13) In art. vi.

(14) Epist. cxlii.

» non impletur foris negotium malae cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. . . inimicus ergo iustitiae est, qui poenae timore non peccat: « cet. item: (15) » quasi videntur, ait, in lege Dei ambulare, sed nolunt; non enim ex corde faciunt; ex corde autem nullo modo fieri potest, quod formidine poenae fit, non dilectione iustitiae, cet. « ex Augustino igitur hypocrita ille est, qui ex gehennae metu dolet. Quod amplius vrgent ex illo Augustini loco, ubi dicit: (16) » qui timore poenae opus legis facit, profecto inuitus facit, quod autem inuitus facit, si posset fieri, mallet vitae non iuberi, ac per hoc legis, quam velle non esse, non est amicus, sed potius inimicus, nec mundatur opere, qui immundus est voluntate. «

Tertium: quidquid charitati aduersatur, malum proculdubio est et damnabile; atqui nemo dubitare potest serilem illum timorem cum charitate pugnare: dicente Ioanne Apostolo in Epist. 1. cap. 4. » Timor non est ex charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, « cet: ergo.

Quartum: Apostolus ad Rom. VIII. dicit: » non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, « cet. Et in 11. ad Timotheum 1. » non dedit Deus nobis Spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis; « ergo.

Quintum: dolor ex metu non excludente voluntatem peccandi, est inuoluntarius secundum quid; vt et omnia alia, quae ex metu fiunt. Unde: dolor ex metu eiusmodi conceptus, hunc includit actum: peccarem, si non esset infernus: at qui sic peccatum ex tali metu odit, magis infernum, quam peccatum odit: malus igitur et inordinatus est dolor ille.

Sed responderetur ad haec omnia argumenta. Ad primum quidem ex his quae primam propositionem videntur oppugnare, dicendo: describi eo loci Davidis Poenitentiam inadeguate et penes quasdam partes: non adeguate et secundum omnes: testatur siquidem ipse in Psalmis, se, quum Nathano dixit; Peccauit Domino, sincerum ac constans nouae vitae propositum habuisse.

Ad secundum dicendum similiter, Patres, quum eiusmodi verba protulerunt, Poenitentiam quoque perpendisse penes aliquam sui partem tantum: quippe qui conceptis terminis peccati odium contri-

(15) In Enarrat. in Psal. lxxvii.

(16) Conc. 11. in Psal. cxviii.

tritioni essenziale esse docuerunt: ait nempe Augustinus: (17) »Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei. « Vel dicendum: loquutos tunc Patres esse, non de Poenitentia, seu Contritione, vt in se est, sed vt elucet in effectibus, seu piis operibus, quibus probetur sincerum esse vitae nouae propositum.

Tertii solutio est: Tridentinum Concilium sumere dolorem, non formaliter, ut aiunt, seu pro sensatione, quae animum cruciat; sed casualiter; hoc est, pro ipsomet peccati odio, quod quidem hic in terris moerorem parit atque tristitiam; non vero in Coelis.

Quarto sic occurrimus: Homo, qui peccatum detestatur, non vult absolute ipsum non fuisse commissum, sed vnice sub conditione; nempe si id possibile foret: quod vero videat id possibile non esse, tristitia ac moerore afficitur. At rei vultio sub conditione alioquin impossibili non est contra sapientiae regulas: nam fuisse huius generis volutionem in Christo respectu mortis, quam ex absoluto et stricto Patris mandato passus est, probat haec ad eundem Patrem oratio: »Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste.«

Ad primum deinde contra secundam propositionem adductum dicimus: nihil ex allatis Scripturarum textibus aduersus sententiam nostram confici, quum timorem Dei bonum, perutilem, et ad gratiam disponentem fateamur. Deinde dicimus ex Angelico Doctore, (18) non alia ratione timorem Domini (si de timore seruili loquamur) esse initium sapientiae, nisi quatenus dilectionis principium est, eamque sicut seta linum introducit. Quod si de timore initiali Scripturae loca intelligimus, quatenus homo per hunc timorem Deum reueretur, eique subilicitur, argumentatio in auctores cassa, inanisque redit. Atque haec expositione enodantur cetera, quae obiecta fuerant; quaeque obiecti similia possent.

Secundi solutio est: Patres id ipsum, quod Scriptura docet, docere: nam si de timore initiali loquutos dicimus, pro nostra illos stare sententia, certum erit: si vero de timore seruili, plurimum et hunc commendant, quod bonus, quod vtilis, quod ad iustificationem disponens sit: Neque contrarius Augustinus est, sed ceteris consentiens, nempe timorem etiam seruilem Legis paedagogum vocat, per eumque cohiberi interiore animum a peccato adserit, vt nisi superueniat dilectio, maneat conditionata voluntas peccandi, si posset, impune: quum haec peccatum detestetur, tamquam sup-

(17) Serm. vii. de Temp. (18) Secund. Secund. qu. xix. art. 7. et 8.

pliorum causam, non secundum se, et ut Dei offensam.

Ad tertium dicendum: Luthero exosum fuisse omnem actum, qui aeternae gehennae metum includeret, eo quod aduersaretur certitudini, quam quis, ex eiusdem principii, habere debet de obtenta remissione peccatorum per actum Fidei, misericordiae specialis. Deinde dicendum: Luthero visum fuisse, nullum dolorem actualem posse in impio reperiri antequam iustificetur: unde concludebat quemcumque de peccatis dolorem esse in impio peccatum, sicque nequam ad iustificationem praeparare, sed potius eam impedire. Itaque oportuit ut Concilium declararet, Attritionem in impio praecipue oriri posse ex Dei amore, et eam esse bonum motum ad iustificationem in Sacramento recipiendam praeparantem; imo et sufficientem, si peccandi voluntatem, quam actualem, tum habitualement excludat; seu sit Dei super omnia.

Quarto sic occurrimus: ideo Concilium verbum sufficit ex Decreto deletum voluisse, ne damnare videretur quosdam veteres Scholasticos, quibus visum fuerat, amorem etsi super omnia esset, non sufficere, nisi intensus foret ac seruens; seu nisi plures charitatis gradus complecteretur: hinc subinferentes, opus esse tempore, vt amor ex remisso intensus fieret: atque eapropter intensum illum ac feruentem il Scholastici requirebant, quod eum requiri censerent, quo ante actualem Sacramenti receptionem impius iustificaretur.

Quintum hanc duplicem solutionem habet. Primo enim Sacra Synodus non opponit Attritionis extra Sacramentum insufficientiam virtuti, quam in Sacramento habeat: id autem a pati colligitur, si de Fide sic loquuta fuisset: »et quamuis sine Sacramento Poenitentiae Fides per se ad iustificationem peccatorum perducere nequeat, tamen ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit, « nemo enim inde concluderet, Fidem satis esse vt impius gratiam in Sacramento recipiat: et nemo igitur, qui praecipuum non habeat animum, concludere debet, quod Attritio sufficiens sit, ex quo ad gratiam in Sacramento recipiendam disponat.

Deinde, sic loquuta Sacra Synodus fuit, vt tacitae huic obiectioni occurreret: Attritio extra Sacramentum per se non sufficit ad iustificationem: inutilis ergo est ante eiusdem Sacramenti receptionem. Nimirum, id extra Sacramentum non est ad iustificationem inutile, quod peccatorem disponit ad gratiam in Sacramento impetrandam.

Sextum quoque duplici via dispellitur: nam primo, Concilium non loquitur de voluntatis peccandi exclusione ab ipsa anima, sed ab ipso imperfectae Contritionis actu: ita quidem, ut voluerit sacra Synodus, dolorem eiusmodi disponere, ut quis gratiam in Sacramento recipiat; idque definit contra Lutheranos contendentes, dolorem ex gehennae metu proxime conceptum, licet ex parte timentis ad Dei gloriam ultimo referatur; reddere tamen hominem hypocritam, et magis peccatorem.

Secundo respondetur, negando propositionem minorem: magis enim attendendum est ad motum, ex quo concipitur Contritio, quam ad ipsius substantiam: dicit enim Augustinus: «Tunc victa» vitia deputanda sunt, quum Dei amore vincuntur. «

Septimum sic apposite distinguendum est: attritus non fieret contritus per Sacramenti formam, seu absolutionem concedo: id enim argumentum probat: non fieret contritus per preces, quae Sacramentum praecedant, nego. Equidem eo sensu veteres quidam Scholastici docuerunt, attritum fieri in Sacramento contritum: quod non nunquam per preces, quae ante ipsam absolutionis formulam a Sacerdote recitantur, obtineatur pro poenitente donum Contritionis ex amoris motu conceptae. Aliter etiam distingui propositio valet: attritus seruilliter tantum, non fieret contritus, esto: attritus ex poenarum quidem metu, sed praecipue ex Dei amore, non fieret contritus, nego.

Octavo occurrunt nonnulli dicentes: Poenitentiam dici Sacramentum *mortuorum*, etiam si iustus ac charitate flagrantibus administretur: non quod actu mortuum tunc viuificet, sed quia viuificare possit. Melius respondent alii, quibus adhaeremus: Poenitentiam esse Sacramentum *mortuorum*, quia confertur non habentibus viuificationem et gratiam inhaerentem, quae diffunditur per Spiritum Sanctum inhabitantem; licet habeant viuificationem illam et gratiam actuale, quae excitatur per Spiritum Sanctum mouentem: quia si destituti essent, non solum non possent diligere, ut oportet, ad iustificationis gratiam consequendam; verum etiam nec credere, nec sperare, nec agere Poenitentiam, ut Catholica docet Fides, et Tridentina definit Synodus. Et hoc quidem sensu verissima sunt Scripturarum testimonia.

Nonum ex Patrum dictis ductum, sic soluitur: loquitur quippe Chrysostomus de Charitate feruida et vehementi, qua iusti aduersa

om-

omnia propellant: Augustinus autem, quum in verbis productis, tum in aliis plurimis, rectissime tradit in charitate spiritualem vitam esse, atque ipsum etiam Spiritum Sanctum; eo quidem modo, quo ipsamet habetur charitas; inhabitantem scilicet, si charitas sit inhaerens; mouentem ad perfectam Contritionem, si sit actualis intensa; disponentem ad gratiam, si sit initialis et inchoata.

Decimum facillimae solutionis est cuique in S. Thomae doctrina enutrito: etenim constat ex scopo, quem sibi Doctor Angelicus proposuerat, intellexisse illum nomine charitatis habitualem infusam, quae idem est cum gratia sanctificante: sic enim inscriptus articulus quartus est, unde obiectus textus desumitur: *utrum Circumcisio conferat gratiam sanctificantem.*

Vodecimi haec est solutio: iustificationem in Lege noua difficiliorem esse quam in antiqua, quatenus praeter charitatis actum requiritur modo ex Christi institutione Sacramentalis absolutio: quam maiorem difficultatem *secundum quid* appellatam audimus: ast non est difficilior absolute, ut ipsi aiunt; quoniam in Lege noua vberior ac frequentior est Christi Seruatoris gratia per quam cor a cupiditate ad charitatem emollitur.

Duodecimum multimode soluitur: nam primo longe aliter censuit facultas Theologica Louaniensis, quae anno 1662. postulata, ut suum erga hunc articulum iudicium ferret, nempe: «Attritionem, quae ex solo gehennae et poenarum a Deo infligendarum metu concipitur, sine interuentu alicuius, saltem imperfecti, amoris beneuolentiae erga Deum, non sufficere ad iustificationis gratiam in Sacramento impetrandam: « his verbis respondit: «Facultas Theologica Louaniensis in Curia academica suo iuramento conuocata, et congregata, vnanimi consensu censuit, doctrinam dicti articuli esse sanam, securam, veram, nulli reprehensioni obnoxiam, et merito fidelibus esse praedicandam, et inculcandam. « Secundo, aliter quoque censuerunt Illustrissimi Praesules, qui Catechismis, aliisque libris vulgari idiomate conscriptis, necessitatem inchoatae charitatis inseruerunt. Tertio: quod idem nunc circa Poenitentiae Sacramenti materiam docendi sint fideles ac per sexdecim ferme priora secula edocti sunt ab Apostolis, eorumque in Episcopatu successoribus: edocti vero sunt, ut superius probatum est, necessariam esse charitatem inchoatam. Quarto, quod aduersarii obiciunt de scrupulis, et anxietatibus, quibus in systemate nostro

Tom. IIII.

Ddd

poc:

poenitentes ex cruciatum iri contendunt, nullius momenti est; nam ubi diligenter reuoluto conscientiae sinu ac iugibus precibus sinceram sui conuersionem, seu cor nouum, de quo Scripturae loquuntur, quodque charitatem Dei super omnia complectitur, a Deo poenitentes petierint, quieto animo esse debent, ac cum cordis pace se Sacramento subdicere: neque enim necesse est, ut quis certo sciat, se ad Sacramenti gratiam, eo, quo par est, modo esse dispositum; quum nemo, ut inquit Concilium Tridentinum, (19) propriam internam sui dispositionem certo cognoscere valeat.

Decimam tertium talem exposulare videtur discussionem, quae, utramque, ut dicitur, implet paginam; quaeque nec huius loci, aut tractationis sunt: hinc paucis, ut ad rem nostram facit, solutionem comprehendimus: scilicet, toto Coelo nos et a Baianis et a Iansenianis, et a Quesnellianis propositionibus distare, quum charitatem, non habitualement quidem, sed aequalem, eamque inchoatam requiri in Sacramento doceamus; atque discrimen duplicis iustitiae, ac viuificationis apertissime tradamus. Praeterea, de dolore longe aliter sentimus: nullum nempe, non coacte, sed libere ad poenitentiam excitare, et praeter manuum cohibitionem, effluentem cohibere animum, vetustam frangere consuetudinem, et locum charitatis praebere, atque a peccato retrahere. Sunt ne isthaec anathemate digna? Nihil Tridentino conformius.

Tertii ordinis argumenta sic epodantur. Ad primum itaque respondemus: recte Apostolum dixisse, quidquid extra charitatem fit, nihil esset: id est, nullius aestimari ponderis ac pretii apud Deum; hinc tamen perperam colligit Lutherus opera quaelibet extra charitatem elicta peccata esse, quia vitae aeternae meritoria non sunt. Quasi praenoscentes Paulus absurdam hanc consequutionem, eam elisis exemplum in iis rebus coadiuens, quas bonas esse nemo sane mentis dubitauerit; scilicet, dono linguarum, prophetia, ceteris. Aliqua itaque agnoscenda sunt opera, quae a charitate seiuncta, bona sunt inter quae merito seruillis ille timor computatur: non quod inter dona Spiritus Sancti numerandus sit; hoc est, Dei donum habituale, atque cum charitate connexum; sed Spiritus Sancti impulsus, qui animum nondum inhabitat, sed tantum mouet.

Ad secundum dicendum: loqui Augustinum in primo loco de metu poenarum, qui a Scholasticis *seruilliter seruillis* dicitur; seu de

peccatore, qui eo metu percussus, ita ab opere peccati retrahitur, ut tamen interiori affectu Legem oderit, quae peccatum vetat, et supplicium comminatur, atque ita sit animo comparatus, ut peccare pergeret, si posset impune.

Et in secundo testimonio de peccatore Augustinus loquitur, qui solo timore *seruilliter seruilli* actus, etsi foris negotium malae cupiditatis non impleat, corde tamen vult fieri quod vetatur.

Tertium pinguis simam Lutheranorum alucinacionem praesefert: non enim quaecumque charitas, sed perfecta timorem pellit; non ut sibi contrarium, sed tantummodo ut imperfectum; ideoque eum non abiicit tanquam malum, sed quia nondum est, ut loquitur Augustinus (20) *filialis et castus*.

Quarti solutio est: Apostolum non excludere a Lege euangelica omnem timorem; quum Christus ipse dixerit Math. x. *timete eum, qui potest corpus et animam perdere in gehennam*; sed excludere tantum timorem seruilem malorum temporalium, qui in Lege veteri vigeat, Iudaeosque in mandatorum obseruantia continebat: et hoc quidem pacto voluit Paulus commendare nobis filialem timorem, ut exponit Augustinus. (21)

Ad quintum dicimus: quod quum ea, quae ex metu fiunt, inuoluntaria secundum quid dicuntur, non ideo adseritur metum, vel dolorem eam causare inuoluntarietatem, (sic enim loqui amant) quae ex affectu peccatoris ad suum peccatum proculdubio prouenit: quemadmodum neque naufragii metus, neque projectio mercium in mare inuoluntarium in mercatore causant; sed affectus, quem ad merces habet: vnde vitium illud est timentis, et dolentis, non metus, aut doloris. Docet id S. Thomas. (22) Dicimus quoque ad illud quod fuit additum: dolorem ex metu actum illum nequitiam supponere in peccatore, aut includere, sed ab illo abstrahere, ac ad illius exclusionem disponere. Est itaque ibi seruilitas, quae ex parte subiecti se tenet, nequitiam ex parte actus.

(20) Tract. 11. in i. Epist. Ioan. cap. 4.

(21) Sec. Sec. quaest. XIX. art. 4.

(22) In Psal. LXXIII.

CAPVT XXVI.

*De secunda Poenitentiae parte, Sacramentali videlicet Confessione.
Eius institutio, necessitas ac praeceptum firmantur.*

Praxis confitendi omnia et singula peccata lethalia ipsimet Christo suam debet institutionem.

Proinde et iuris diuini est, et ad salutem consequendam lapsis post Baptismum necessaria, necessitate, quam *medii* vocant.

Demonstrati haec omnia, inuictissime quidem, ex Sacris Litteris, noui praesertim Testamenti, plurimis recentibus Theologis persuasum fuit. Hinc illorum consilium, quod improbare non audemus, longam testimoniorum ex utroque Testamento ductorum instruendi aciem, quibus sibi videntur Dogmatis huius veritatem aduersus Nouatores conficere et firmare. Sunt autem huiusmodi: in veteri Lege extitisse plurima Confessionis sacramentalis Symbola, quaeque eam maxime commendauerunt, suadent, quod Deus Adamum transgressorem quaesierit, Gen. III., illum ad patrii sceleris accusationem adigens quod pariter Cainum fratricidam eadem ratione interpellauerit, ut legitur cap. iv. quod insuper criminis accusati fuerint Acham, Saul, et Dauid, coram Iosue, Samuele, et Nathano. Deinde suadent varia illa ad Confessionem faciendam hortamenta, ac praecepta, Num. v. 6. Leuit. xxvi. 40. et Psal. xxxi. 5.: diuersa quoque pro peccatis sacrificia, quae absque peccatorum Confessione offerri non poterant. Vritur siquidem his ac consimilibus locis Symbolisque Patrum ac Theologorum quamplures.

In nouo deinde Testamento legitur, Act. cap. xix. « multi credentium veniebant confitentes, et annuntians actus suos. » Ioannis etiam cap. i. epis. I. « si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus Deus, ut remittat nobis peccata nostra, » cet. Atque Iacobi v. « confitemini alterutrum peccata vestra. »

Quae tamen omnia, clara licet et perspicua sint, non tamen firmum praebere argumentum ad huius Dogmatis veritatem demonstrandam ex eo nobis persuasum est, quod in his, quae ex veteri

teri Testamento sunt adducta, quaedam tantum sacramentalis Confessionis praefiguratio fuerit: eorum vero, quae ex nouo producuntur, sensus definitus exploratus fixusque non sit: etenim laudata Act. verba non de Confessione Sacramentali, sed de publica Poenitentiae professione, quam in Christum credentes Baptismati praemittebant, plures haud infimae notae Theologi explicant: Iacobi autem textum generalem illam dumtaxat Confessionem respicere, quae inter fideles etiam laicos fit, ut quis alterius consilio et orationibus adiuetur, et integra apostolicae orationis series, et Augustini, Gregorii Magni plurimamque magni nominis Theologorum interpretatio persuadet: Ioannis quoque verbis solam illam Confessionem commendari, qua quis coram Deo sese peccatorem sincere agnoscit, et humiliter confititur, ex antecedentibus et consequentibus haud obscure colligitur.

Itaque, ad cap. xviii. Math. et xx. Ioannis, ceteris omnibus locis missis, confugimus: constat nempe inde, Sacerdotem a Domino constitutum fuisse in foro poenitentiae iudicem, eique collatam potestatem ligandi ac soluendi, retinendi ac remittendi peccata: siquidem de potestate hac Ecclesia vniuersa semper interpretata est verba illa, *quaecumque alligaueritis*, cet. nec non illa, *quorum remiseritis*, cet. atqui ad hanc potestatem exercendam necessaria est Sacramentalis Confessio, quam nedum haeretici, sed et Catholicorum non pauci *Articularem* dixere: nam ut Iudex non praecipiti et imprudenti, sed iusto rectissimoque iudicio sententiam proferat, necesse est, ut distincte causam perspectam habeat: ergo ex allato noui Testamenti loco inuictissime euincitur Sacramentalis Confessionis institutio, eiusdemque ad salutem adsequendam necessitas ac praeceptum.

Constant deinde Sacramentalis Confessionis institutio necessitas atque praeceptum ex Patrum Traditione. Irenaeus, qui Policarpum Ioannis Apostoli discipulum audiuit, haec de mulieribus a Marco haeretico seductis scribit: (1) « haec sepiissime conuersae ad Ecclesiam Dei, confessae sunt, et secundum corpus exterminatas se... » et inflammatae valde illum dilexisse, « cet. at negati nequit flagitiosam mulierum illarum cum Marco coniunctionem fuisse occultissimam: ergo.

Cyprianus, postquam loquenterissima multa protulerat, hoc tandem dicit: (2) « confiteantur singuli, quaeso vos fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est, dum ad-

» mi-

(1) Lib. 1. adu. Heres. cap. 9.

(2) In libello de Lapsis.

mitti Confessio eius potest, dum satisfactio et remissio facta per Sacerdotes, Domino grata est. «

Augustinus tandem facultatem absolventi a peccatis datam Sacerdotibus docet, explicatque exemplo Lazari a discipulis soluti. Atque in Psalmos scribens haec profert: (3) «quum audis hominem poenitere peccatorum suorum, iam reuixit: quum audis hominem confitendo proferre Conscientiam, iam de sepulchro educus est, sed nondum solutus est. Quando soluitur? A quibus soluitur? Quae solueritis inquit, in terra, erunt soluta et in Coelo. « Habent similia omnium seculorum Patres.

CAPVT XXVII.

Designantur Haeretici, qui Sacramentalem Confessionem oppugnant; eorumdemque argumenta soluantur.

Inter eos, qui Confessionis Sacramentalis institutionem vsumque impugnarunt, recensent nonnulli Montanistas, Nouatianos, Audianos, et Waldenses: quos e contrario non in hoc errasse existimant alii: vt videre est apud Gasparum Ineninum. (1) Wiclefus ille est, qui omnium suffragiis Sacramentalem Confessionem nequaquam Scripturis nisi dixit; sed manasse eam ex summorum Pontificum Decretis, quibus fidei populo iniuncta fuerit; cuius praeterea vsum inutilem iudicauit: vnde inter eius articulos a Constantiensi Synodo damnatos hunc numero septimo legere est: «si homo debite fuerit contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua et inutilis. « De Lutheri insuper mente non vna est Scriporum sententia. Negasse illum necessitatem Confessionis omnium peccatorum, etiam mortalium, singillatim; solumque eorumdem in genere Confessionem admisisse vt necessariam, sunt qui adserant. Ast aliis visum est Confessionem etiam singulorum peccatorum necessariam enim admisisse; in eo tamen errasse, quod omnem ab ea efficaciam abstulerit, contenderitque iustificari implos per actum Fidei in Dei misericordiam: sic enim habet articulus xi. Lutheri a Leone X. inter alios damnatus: «nullo modo confidas absolui propter tuam Contritionem, sed propter verbum Christi: *Quodcumque solueris*, « cct.

Quid.

(3) Serm. 11. in Psalm. vi. de Poenit. qu. 5. cap. 1.
(1) In Com. Hist. Dog. Dissert.

Quidquid vero Lutherus senserit; quem admisisse *auricularis* Confessionis praxim testatur doctissimus Meldensium Episcopus: (2) exploratum certe est, vsum Confessionis abrogasse eius discipulos, saltem quod attinet ad singulorum peccatorum Confessionem. Nam sic docuisse Brentium, (3) et Kemnitium constat. (4) Caluinus quoque absurda plurima ac impia de Confessionis praxi docuit: (5) Quibus Caluini erratis adsentiantur omnes, qui ad Caluini regulam reformatos se passim appellant: maiori tamen prae omnibus aliis suae sectae hominibus ardore atque conatu exitialem hanc doctrinam propugnauit quatuor editis libris, Genevae anno 1661. vulgatis, Ioannes Dallaeus Caluianus minister; sibi quoque rem confectis visus est. Haec autem sunt praecipua Haereticorum argumenta.

Primum: potestas clauium Ecclesiae ministris facta nihil est aliud quam munus declarandi quod apud Deum dimissa peccata sint: haec siquidem remissio certa est, quum Euangelii nuntii possint credentibus iustitiam per Christi Fidem polliceri; et e contrario absolutio a Catholicis propugnata imaginaria sit, ac peccatores anxios, animoque suspensos relinquat: nulla est igitur Confessionis diuina institutio, nulla necessitas, nullamque praecipuum.

Secundum: Christus per memorata verba Apostolis facultatem fecit remittendi peccata indefinite; scilicet, vel per Baptismum, vel per Poenitentiam: atque ministri Apostolis succedentes remissionem peccatorum iis, quos baptizant, conferunt, nulla eorumdem Confessione praecua: ergo.

Tertium: vti haec potestas concedatur, nulli tamen competit, nisi prius donatus Spiritu Sancto fuerit: frustra igitur eam iactant Catholici Sacerdotes eodem Spiritu Sancto destituti.

Quartum: commendatur in sacris litteris Confessio facta soli Deo, non hominibus: legitur enim Psal. xxxi: *confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino*; et Psal. xci: *bonum est confiteri Domino*: ergo.

Quintum: haud legitur in Apostolorum Actibus Apostolos quemquam ad *auricularem* Confessionem compulsisse; imo neque aliquam Confessionem in arcano auduisse: ergo.

Sextum: praxis Sacramentalis Confessionis non obtinuit ante seculum iii.: nam tunc Presbyterum audiendis Confessionibus praepos-

(2) Lib. 11. variat. (4) In 11. P. Exam. cap. 5. de Poenit.
(3) In Confess. witemburg. art. 11. (5) Lib. 111. Inst. cap. 4.

mitti Confessio eius potest, dum satisfactio et remissio facta per Sacerdotes, Domino grata est. «

Augustinus tandem facultatem absolventi a peccatis datam Sacerdotibus docet, explicatque exemplo Lazari a discipulis soluti. Atque in Psalmos scribens haec profert: (3) «quum audis hominem poenitere peccatorum suorum, iam reuixit: quum audis hominem confitendo proferre Conscientiam, iam de sepulchro educus est, sed nondum solutus est. Quando soluitur? A quibus soluitur? Quae solueritis inquit, in terra, erunt soluta et in Coelo. « Habent similia omnium seculorum Patres.

CAPVT XXVII.

Designantur Haeretici, qui Sacramentalem Confessionem oppugnant; eorumdemque argumenta soluantur.

Inter eos, qui Confessionis Sacramentalis institutionem vsumque impugnarunt, recensent nonnulli Montanistas, Nouatianos, Audianos, et Waldenses: quos e contrario non in hoc errasse existimant alii: vt videre est apud Gasparum Ineninum. (1) Wiclefus ille est, qui omnium suffragiis Sacramentalem Confessionem nequaquam Scripturis nisi dixit; sed manasse eam ex summorum Pontificum Decretis, quibus fidei populo iniuncta fuerit; cuius praeterea vsum inutilem iudicauit: vnde inter eius articulos a Constantiensi Synodo damnatos hunc numero septimo legere est: «si homo debite fuerit contitutus, omnis Confessio exterior est sibi superflua et inutilis. « De Lutheri insuper mente non vna est Scriporum sententia. Negasse illum necessitatem Confessionis omnium peccatorum, etiam mortalium, singillatim; solumque eorumdem in genere Confessionem admisisse vt necessariam, sunt qui adserant. Ast aliis visum est Confessionem etiam singulorum peccatorum necessariam enim admisisse; in eo tamen errasse, quod omnem ab ea efficaciam abstulerit, contenderitque iustificari implos per actum Fidei in Dei misericordiam: sic enim habet articulus xi. Lutheri a Leone X. inter alios damnatus: «nullo modo confidas absolui propter tuam Contritionem, sed propter verbum Christi: *Quodcumque solueris*, « cct.

Quid.

(3) Serm. 11. in Psalm.

vt. de Poenit. qu. 5. cap. 1.

(1) In Com. Hist. Dog. Dissert.

Quidquid vero Lutherus senserit; quem admisisse auricularis Confessionis praxim testatur doctissimus Meldensium Episcopus: (2) exploratum certe est, vsum Confessionis abrogasse eius discipulos, saltem quod attinet ad singulorum peccatorum Confessionem. Nam sic docuisse Brentium, (3) et Kemnitium constat. (4) Caluinus quoque absurda plurima ac impia de Confessionis praxi docuit: (5) Quibus Caluini erratis adsentiantur omnes, qui ad Caluini regulam reformatos se passim appellant: maiori tamen prae omnibus aliis suae sectae hominibus ardore atque conatu exitialem hanc doctrinam propugnauit quatuor editis libris, Genevae anno 1661. vulgatis, Ioannes Dallaeus Caluianus minister; sibi que rem confectis visus est. Haec autem sunt praecipua Haereticorum argumenta.

Primum: potestas clauium Ecclesiae ministris facta nihil est aliud quam munus declarandi quod apud Deum dimissa peccata sint: haec siquidem remissio certa est, quum Euangelii nuntii possint credentibus iustitiam per Christi Fidem polliceri; et e contrario absolutio a Catholicis propugnata imaginaria sit, ac peccatores anxios, animoque suspensos relinquat: nulla est igitur Confessionis diuina institutio, nulla necessitas, nullamque praecipuum.

Secundum: Christus per memorata verba Apostolis facultatem fecit remittendi peccata indefinite; scilicet, vel per Baptismum, vel per Poenitentiam: atque ministri Apostolis succedentes remissionem peccatorum iis, quos baptizant, conferunt, nulla eorumdem Confessione praecua: ergo.

Tertium: vti haec potestas concedatur, nulli tamen competit, nisi prius donatus Spiritu Sancto fuerit: frustra igitur eam iactant Catholici Sacerdotes eodem Spiritu Sancto destituti.

Quartum: commendatur in sacris litteris Confessio facta soli Deo, non hominibus: legitur enim Psal. xxxi: dixi: *confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino*; et Psal. xci: *bonum est confiteri Domino*: ergo.

Quintum: haud legitur in Apostolorum Actibus Apostolos quemquam ad auricularem Confessionem compulsisse; imo neque aliquam Confessionem in arcano auduisse: ergo.

Sextum: praxis Sacramentalis Confessionis non obtinuit ante seculum iii.: nam tunc Presbyterum audiendis Confessionibus praepos-

(2) Lib. 11. variat.

(4) In 11. P. Exam. cap. 5. de Poenit.

(3) In Confess. witemburg. art. 11.

(5) Lib. 111. Inst. cap. 4.

positum ab Episcopis fuisse, Nouatianorum occasione, Socrates Scholasticus scribit: (6) qui ipse scribit, vt et Sozomenus, (7) sublatum a Nectario Patriarcha CP. Presbyterum illum; abrogatamque praxim illam fuisse, occasione mulieris, quae cum Diacono stuprum fecerat: at si praxis ea ex Christi institutione esset, iurisque proinde diuini, in Ecclesia semper extitisset, nec ab eadem potuisset abrogari: ergo.

Septimum: Chrysostomus Nectarii successor abrogatam ab eo Confessionem censuit, sic ad populum Antiochenum loquens: (8) neque tantum est admirabile, quod nobis peccata dimittit, verum et quod ipsa non reuelat, nec manifesta facit, aut conspicua, nec cogit in medium procedentes, quae peccauimus annuntiare; sed sibi soli rationem reddere iubeat, et sibi confiteri. « cet. Habet similia passim. (9)

Octauum: testatur Tridentinum Concilium (10) non posse Ecclesiam iudicium criminum occultorum sibi vindicare: ideoque si exempla sint aliqua poenitentium, qui olim sese iudicio Presbyterorum subiecerunt, liberum tantum humilitatis exercitium euincunt: ergo.

Nonum: Gratianus Decretorum Collector, postquam plures de necessitate Confessionis protulit sententias, rem Lectorum arbitrio relinquens. Inquit: (11) « Cui autem harum potius adhaerendam sit, Lectoris iudicio reseruatur; vtraque enim fautores habet sapientes et religiosos viros: « igitur Gratiani aetate fuerit qui impune necessitatem Confessionis Sacramentalis impugnarent. Id etiam innuere Magister sententiarum videtur. (12)

Decimum: Confessionem fuisse a quadam vniuersalis Ecclesiae Traditione institutam probabilis dici Ioannes Theuronicus scribebat: (13) eam non requiri ad iustificationem docuit S. Bonaventura; (14) atque ante Concilii Lateranensis sub Innocentio III. definitionem haereticum non fuisse Confessionis necessitatem negare etiam docuit. Demum que Scortus, (14) illam iuris Ecclesiastici, non autem diuini esse dixit Durandus autem non praecepti, sed consilii esse adseruit: (15) non igitur vt Fidei caput habendum, quod de Confessione adseruimus.

Vndecimum: sequitur ex Catholicorum Dogmate, quod ille qui

(6) Hist. lib. v. cap. 19.

(7) Hist. lib. vii. cap. 16.

(8) Hom. xxi.

(9) In Hom. v. com. Anom. In Catechesi. Et in conuisione de Lazaro. Alibi.

(10) Dist. i. de Poenit.

(11) In iv. Dist. 17.

(12) De Poenit. Dist. v.

(13) In iv. Dist. 17. art. 2. q. 4.

(14) Dist. xvii. in iv. q. unica art. 1.

(15) Apud Estium in eandem

Dist. §. vii.

contritus est, venia careat, nisi adeat Sacerdorem; ille autem, qui contritus nequam est, veniam consequatur, dummodo Sacerdorem adeat: at hoc contrariatur Scripturae, quae peccatorum remissionem Contritioni tribuit, non autem comparitioni ante Sacerdotem: ergo.

Duodecimum: a suauiissima Dei prouidentia atque inefabili eius in homines bonitate alienum est, vt medium hominibus praescripsisse credatur, quo eorum mentes inextricabilibus difficultatibus implicentur, et continue torqueantur, abiecta penitus spe interiois pacis, et gaudii in Spiritu Sancto: atqui si necessaria iure diuino singulorum peccatorum letallum Confessio ponatur, consequens inde est, fluctuare semper animo hominem, hacque dubitatione cruciari, num satis conscientiam excusserit, an singula mortalia declararit, an vere eum poenituerit, an legitima potestate polleret Sacerdos, qui eum absoluit, an denique serium absoluedi animum gesserit, cet: ergo.

Decimumtertium: nequit in animum quis inducere, statuisse Deum aliquod impossibile, noxium hominibus, et exitiale: huiusmodi est sacramentalis oralis Confessio: ergo. Etenim contendunt Pontifici, oportere vt singula dearticulate peccata graua declarantur, eorumque circumstantiae omnes: neque peccata illa solum, quae opere perpretantur, sed et illa, quae intima cogitatione, et adfectu admittuntur: quod quam sit difficile, immo et impossibile, intelligitur ex illo Psalmi *delicta quis intelligit*; et Hieronimae: *prauum est cor hominis et inscrutabile*. Quam sit vero illa periculi plena, et hominibus perniosa ex eo euincitur, quod pariat immane illud libidinis monstrum, quod *sollicitationem* vocant, a Romana sede iteratis Constitutionibus profligatum: plures etiam in Reges et Principes Conspiraciones aut confectae, aut confirmatae: quod ministros, etsi optime moratos ac verecundos, in graue amittendae castitatis periculum coniciat: quod poenitentes ipsos paulatim adsuescat exuendo pudori, trahatque ad amorem eorum, quibus adhaesit olim delectabiliter: quod tandem fouda ac peruersa dogmata viliis fauentia a Confessariis edoceri in causa sit; atque eo licentius, quo secretius in aures animosque poenitentium effunduntur. Haec similiae obijciunt.

Non est tamen difficile haec omnia soluere. Primum itaque hoc pacto diluitur: non solum peccatorum declarationem importari in potestate Sacerdotibus a Christo facta; siquidem donati sunt illi, non annuntiandi tantum, sed et ligandi, ac soluendi munere; quo videntes, non sic loquuntur, *declaro te solutum esse a peccatis*, sed sic: *Te absolvo*.
Tom. IIII. Ece uos

40; atque hoc magis conscientiam nostram exhilarat, quam faciat inanis Haereticorum fiducia.

Ad secundum dicendum: maximum Baptismum inter et Poenitentiam esse discrimen: nam in Baptismo homo Christo regeneratur, renascitur, Ecclesiae adoptatur: unde ii, qui baptizant, nudum exercent ministerium: in Poenitentia vero absoluunt, causas peccatorum diiudicant, opera satisfactionis imponunt: proinde non nudum exercent ministerium, sed una cum ministerio iudicium, atque cum iudicio aegrotantium animorum sanationem; quae duo apte fieri non possunt, nisi occulta scelera aperiantur.

Tertium, si quid probat, probat tantum, improbos ministros in peccato letali existentes, non posse aliquem absolueri, quae fuit Donatistarum aliorumque haeretica adsertio. Qui tamen error non inde eruitur, siue Spiritus Sancti nomine intelligatur, non gratia sanctificans, sed potestas: siue dicatur, etiam per ministros scelestissimos Spiritum Sanctum aliis dari, siue ea distinguantur, quae discipulis contulit Christus, ut possent Sacramenta conficere, ab iis, quae simul cumulate impertit, ut non valide tantum, sed et licite ea administrarent.

Quarto occurrimus dicentes: commendate quidem Scripturas Confessionem Deo factam: nec tamen improbare factam hominibus. Et quidem ipse David, cuius verba producuntur, testem Confessionis suae habere voluit Nathanum. Fit praeterea Confessio coram Deo, quae coram ministris a Domino consicitur fit: ac in eodem Psalmo inquit David, *quoniam tacui, inueterauerant ossa mea*; nempe ut exponit Augustinus, (16) *quoniam non protuli ore confessionem*. In Psalmo deinde xci. proponitur Confessio, non *oris*, sed *laudis*: quae ut et Confessio *Fidei* dicta, possunt absque Confessione *orali*, seu peccatorum, inueneri; haec vero, si ut oportet fiat, nequit esse sine Confessione *laudis, et Fidei*. Est autem *laudis* Confessio, qua quis Deo dat gloriam, iniquitatem sibi tribuens, Domino gratiam et benignitatem.

Quinti solutio est: negarium, ut aiunt, argumentum, ex Sacrae Scripturae, maxime in Apostolicis Actibus, silentio sumtum, nihil prorsus euincere, quam constet aliunde, scilicet ex Matthaei et Ioannis locis Christi institutio atque praecipitum: si enim Christus *auricularem* Confessionem instituens praecipit, proculdubio eam Apostoli a fidelibus exegerunt, etsi nihil dixerint. Eam tamen tacite indi-

cā

(16) Enarrat. 7.

cauit Paullus, dum ad Corinthios scribens, dixit in 1. Epistola cap. ii. *probat autem se ipsum homo*.

Pro sexto soluendo, duo illa, quae claudit, seiungenda sunt: scilicet, Confessionis *auricularis* usum non obtinuisse ante seculum ius eundemque Nectarii facto abrogatum fuisse. Ac primum quidem falsum prorsus est: obtinuisse siquidem antea Traditio aperte docet, ut superius dictum fuit.

Quod vero ad Nectarii factum adinet, quo Achille aduersum nos pugnant Haeretici, respondent summi Theologi Thomas Waldensis, Guillelmus Estius, et Melchior Canus, reuera sacram Confessionem fuisse a Nectario de medio sublaram: in quo peccauit profecto ille, non per audaciam, sed per inscitiam. Equid enim mirum, si senex illiteratus, et pene rudis, ex laico repente factus Episcopus, Apostolicae Traditionis et Ecclesiasticae disciplinae prorsus ignarus, arrepto imprudenter Eudemonis Alexandrini inepto consilio, ut scandalo occurreret, quod ex pefacto Diaconi stupro ortum fuerat, Presbyterum Poenitentiarum expunxerit.

Verum, quia Theologi in Nectarium indulgentiores, in illo purgando et benigne exponendo calamum exercuerunt, varia eorum responsa breuiter indicanda sunt, integrum relinquens eligere, quod quis maluerit; quocumque enim arrepto veritas catholica in tuto est. Itaque totam Socratis, et Sozomeni narrationem falsam esse, ac fabellae loco habendam, momentis haud contemnendis euincere nituntur Cardinalis Baronijs, (17) et Latinus Latinus Viterbiensis: (18) plura etiam aduersus veritatem Sozomenum peccasse, demonstrat Morinus: (19) atque nimis honorifice de Socrate Bertium fuisse loquutum, dum de eo sentit, haud mentium esse, talia scribendo, ut ab omnibus redargui posset falsitatis manifestissimae, Nicolaus Augustinus Chignoli iudicat. (20) Exploratum enim est eum Nouatianis impense fauisse.

Aliter difficultatem istam soluit Baronijs ipse, cui iungunt dexteras Cardinalis Bellarminus, et Perronius, atque nuperimus vitae S. Ioan. Chrysostomi Scriptor Godefridus Hermantius; scilicet, publicam tantum, non Sacramentalem atque arcanam Confessionem a Nectario sublaram fuisse. Nam mos, inquit, apud maiores nostros erat, ut Presbyteri, audita secreto occultorum criminum Confessione, Poenitentibus

Ecce 2

non.

(17) Ad ann. Chris. 297.

(20) In Tract. de Poenit. Sacr. n.

(18) In lib. Rom. edito an. 1586.

31. Tom. 3.

(19) Lib. 11. de Poenit. cap. 9.

nonnullorum publicationem in satisfactionem iniungerent: quem tantum morem abrogasse Nectarium ea probant, quod hic vnice scandalo locum dederat, dum mulier multo plura quam iussa fuerat, imprudenter euulgauit, et inter cetera stuprum quod passa fuerat a Diacono: neque enim mulieris secreta Confessio locum scandalo dare potuit, quum per eam Diaconi stuprum populo non innotuerit.

Sunt et alii Scriptores, qui dicant, nec secretam Confessionem, nec quorundam declarationem, a Nectario fuisse sublatam; sed eam tantum, quae de proximi peccatis fieri solebat, accusationem, quotiesquis in lapsus proximi cognitionem venisset, et praesertim si proximus eius peccati, quod poenitens confitebatur, conscius fuisset. Quam suam opinionem Theologi illi probant ex Socrate. Vnaquolibet harum responsionum aptissime sextum argumentum dilutum erit.

Ad septimum respondent nonnulli, loqui eo loco Chrysostomum de Confessione publica, quam, aiunt, Nectarius ipsius praedecessor abstulerat. Aliis visum est agere reapse Chrysostomum in laudato loco de Confessione soli Deo facta, Sacerdotibus praetermissis, quod tamen haud fauer Heterodoxis: non enim illam ad Antiochenum populum habuit homillam, vt fideles baptizatos doceret, sed Cathecumenos tantum: ad quos non erat necesse sermonem de Sacramentali Confessione, quae oris dicitur, dirigere; sed de ea tantum, quae Baptismo praemitti oportet: qua nempe Cathecumenus reum se coram Deo confiteatur.

Pro aliorum vero Chrysostomi locorum intelligentia generalem hanc responsionem, omnibus quidem probatam, apertissimamque, adducit Bertius: (21) hoc vnum Chrysostomum velle, non esse aperienda peccata coram populi multitudine, unde ingens pudor et maxima verecundia possint oriri: sufficere autem si manifestentur soli Deo, ac sine testibus, videlicet Sacerdoti Dei Ministro.

Orauium confirmat, non oppugnat, Confessionis auricularis necessitatem: quam enim Ecclesia visibilis de occultis non iudicet, et aliunde collata ei sit plena ligandi atque soluendi potestas, necessum est, vt per oris Confessionem ecclesiasticis iudicibus patefiant.

Ad nonum respondemus primo: si vere est Gratiani pars illa r. Tractatus de Poenitentia, quod tamen negat Antonius Augustinus doctissimus Gratiani emmendaror, eum alucinatum fuisse momenta plura ostendere. Scribit enim ille viros sapientes, et Religiosos ea aera

(21) Lib. xxxiv. Cap. r. proposit. 2.

te Confessionis necessitatem oppugnasse; quod falsissimum illico ostenditur: Duodecimo siquidem seculo, in quo Bononiensis hic Monachus hoc protulit, nullum reperire est illustrem Scriptorem, qui non dissertissime *vocalis* Confessionis adstruxerit necessitatem. Scilicet eam adstruxerunt tunc temporis S. Anselmus Episcopus Cantuariensis, Iuo Carnotensis Episcopus, Goffridus Vindocinensis, et Ruperus Tuitiensis Abbates, aliique plurimi: vnde sapientes illi ac Religiosi Viri, quos Gratianus appellat, ceu oppositae sententiae Patronos, vel commentitii sunt e Gratiani cerebro nati, vel perpauci quidam, siue obscuri nominis, quorum nulla habenda a Gratiano ratio erat. Haec fidenter de homine pronuntiamus in eiusmodi erratis frequenter deprehenso, planeque conuicto. Eum tamen, non scienter prudenterque peccasse existimamus, sed ob sinistram Patrum intelligentiam.

Ceterum, et in Theodori Cantuariensis verbis excerpendis alucinatus est homo critices ieiunus; adiecta siquidem fuisse ea verba *vt Graeci, et fere*, inde colligitur, quod desiderentur in Poenitentiali Theodori, et in Concilio II. Cabilonensi, vnde capitulum illud exscriptum est. Admissa tamen Gratiani lectione, nullum inde Catholicum Dogmat praedictum sequi dicimus: quum sententia in Ecclesia communior praefenda abs dubio sit opinioni quorundam Graecorum obuersantium; aliis Graecis catholicae Ecclesiae consentientibus, vt demonstrat doctissimus Morinus.

Quoniam vero Recentium Theologorum plerique in Gratiano purgando, ac in sensum rectum flectendo multam, eamque piam nec inuilem operam ponunt, ipsos consulat, qui et id in votis habeat. Nobis pro dissoluendo ex Gratiano vna ac Magistro sententiarum conflata a Dallaeo obiectione sat superque est haec S. Thomae responsio: (22) »quod ponitur hic pro opinione haeresis est; non quod explicite sit »contra aliquem articulum, vel praecedens, vel sequens ad ipsum, »sed implicite aliquid contrarium Fidei continet; quia sequitur, quod »velut Ecclesiae non sint necessariae ad salutem; et in talibus, ante- »quam determinetur per Ecclesiam, quod ex his sequatur aliquid con- »trarium Fidei, non iudicatur haeresis esse, et sic Magister, et Gra- »tianus hoc pro opinione ponunt, sed nunc post determinationem Ec- »clesiae sub Innocentio III. factam haeresis reputanda est. «

Ad decimum responderetur ex S. Thonae doctrina. Habet enim (23) de necessitate confessionis agens: »ad tertiam quaestionem dicendum,

»quod

(22) In iv. Dist. 17. qu. 3. (23) Vbi supra.

» quod ad Confessionem dupliciter obligamur: vno modo ex iure diuino, ex hoc ipso, quod est medicina; et secundum hoc non omnes » teneantur ad Confessionem, sed illi tantum, qui peccatum mortale incurserint post Baptismum. Alio modo ex praecepto iuris positum; et » sic tenentur omnes ex institutione Ecclesiae edita in Concilio Generali sub Innocentio III. « Itaque Ioannes Teutonicus de posteriore hac institutione loquitur, quam melius *temporis* definitionem dixerimus.

S. autem Bonauentura non nisi oborto collo aduersus constrictam Ecclesiae doctrinam ab Haereticis trahitur: neminem siquidem laeret, Doctorem Seraphicum cum plerisque antiquis Scholasticis in ea fuisse opinione; ad obtinendam scilicet gratiam in Sacramento Poenitentiae opus esse contritione charitate habituali formata. Quid igitur mirandum, si ad habendam iustitiam contritione iam paratam non esse necessariam *oralem* Confessionem censuerit? Ast, licet ex hoc capite eius necessitatem non repetat, aliunde tamen necessariam illam diuino iure demonstrat (24) ne scilicet Christi praeceptum violetur; ne Sacramenti a Christo instituti essentialem hanc partem negligens, a iustitia iam per contritionem acquisita quis excidat.

Ad Scorum denique ac Durandum quod spectat, minus considerate eos loquutos esse Estius scribit; eorum vero nouam opinandi rationem vniuersalis Ecclesiae doctrinam labefactare non posse. Verum nec fauent hi Theologi haereticis: conuenit sane subtilissimus Doctor cum ceteris Catholicis in Dogmatis substantia; licet in eo probando aliam viam inuenit negat vnicę Confessionis necessitatem ex illis Christi verbis *quorum remisistis*, cet., probari; contendens, argui illam ex quo tenemur ex charitatis praecepto vti remedio peccatorum facillimo, cuiusmodi est Confessio. Durandus pariter diuinam Confessionis institutionem agnoscit, et necessariam illam ex eo probat, quod omne remedium ordinatum contra culpam, cum qua non stat gratia, est de necessitate salutis.

Vndecimum sic solutum esto: vel enim peccator Sacerdotem adire potest, sed non vult; vel adire vult, nec vero potest. Primum si ponatur, haud erit ille poenitens et contritus; negligit siquidem medium a Christo institutum pro peccatorum remissione post Baptismum. Si autem secundum adseratur, profecto si vere contritus est, peccatorum veniam consequetur, dummodo votum habeat confitendi.

Duo-

(24) Vbi sup. art. 1. et 11.

Vndecimum futile nimis insulsumque est: etenim, si consolationem non modicam bonumque maximum fideli adferre, Caluino teste, Christi Legatum adire, omnes ei conscientiae plagas atque vlcera nudare, eiusque sententia Christi iussu et auctoritate lara sanari, Deoque reconciliari; non est certe turbulentum et triste Confessionis ingenium, animorum paci atque gaudio infestum. Quid, quod fidelis a Sacerdote solutus credere certo non possit se vere iustificatum, Deoque plene reconciliatum? Iubetur tamen in diuina bonitate ac misericordia conquiescere, atque confidere se peccatorum veniam consequutum.

Neque melioris commatis illud est, an Sacerdos legitima auctoritate animoque absoluendi caruerit? receptissima siquidem iuris regula habet, in iis, quae certa et explorata non sunt, in fauorem superioris praesumendum esse; praesertim quum id cuique persuasum esse debeat, ab infinita Dei in homines misericordia abhorre, vt alia ratione eius saluti non consulat, qui bona fide, atque rite dispositus a sacrilego ministro iudificetur, qui vel legitimum simulet ministrum, vel solum iocandi animum gerat.

Declinamur tertium vt soluamus, generalem hanc aptamus doctrinam: memoratos abusus non Confessionis *auricularis* vitia esse, sed hominum; quos tamen abusus non adeo frequentes experimur ac Haeretici extollunt: vnde haud tollendus propter eos sacramentalis Confessionis vsus. Equis enim nescit, etiam Baptismate et Eucharistia homines perditos abuti posse, ac solere? Numquid autem auferri propterea debent? Et auferre quoque oporteret Apostolatam, quoniam multi Euangelii praedicatione abusi sunt ad errores spargendos. Et tollendi de medio Concionatores essent, quia ab ipsis quoque Conspiraciones excitatae sunt. Et damnabile foret inhonestae turpiae in Scripturis legere; si damnandum in Sacerdotibus sit eiusmodi peccata in Confessione audire. Apage ineptias futilissimas.

APPENDIX.

Est et alterum Fidei catholicae caput dictis addendum, integritas nempe Confessionis sacramentalis; si de illa quam Theologi de Schola *formalem* vocant, sermo habeatur. (Nam integritatem, *materialem* dictam, Deum ab homine non exigere apud omnes Catholicos conuenit.) Esse autem integritatem illam ex Christi institutione, iureque proinde diuino, rectissime aduersus Nouatores definit Concilium Tridentinum

his

his verbis: (25) »si quis dixerit in Sacramento Poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligenti praemeditatione habeatur: etiam occulta, et quae sunt contra duo ultima Decalogi praecepta, et circumstantias, quae peccati speciem mutant. . . . aut eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinae misericordiae ignoscendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia, etc. Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, et traditionem humanam a piis abolendam, etc, anathema sit.«

Itaque aperienda ex iure diuino in Confessione sunt singula peccata mortalia memoriae occurrentia, variaeque eorum species: circumstantiae dein speciem mutantes; quae peruulgato illo versiculo comprehenduntur: »quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.« Peccata praeterea dubia, siue facti dubium sit, modo prudens et graue fuerit; id est, cuius non leuis et chimerica, sed rationabilis et solida causa sit, quae constantem virum mouere possit. Nam Tridentini Patres, sicut ex Christi verbis, Ioann. xx. *Quorum remisseritis*, etc, Confessionis institutionem, necessitatem, atque praecceptum legitima consequentia fluere declarauerunt: ita ex iisdem, non singulorum tantum mortalium peccatorum memoriae occurrentium, sed et circumstantiarum, quae peccatum in aliam transferunt speciem, nitidam enumerationem necessariam esse contra Lutherum conficiunt. (26)

Idem ne vero de circumstantiis peccati grauitatem intra eandem speciem multum augmentibus censendum sit, Tridentina Synodus consulto definire noluit; quod propositi sui tenax id agere constanter voluerit, vt errores configeret, Dogmata declararet, a rebus vero inter Catholicos nondum ad liquidum plane deductis et exploratis, sed ob varia Doctorum placita adhuc incomptis et ambiguis, abstineret. Nos equidem sic sentimus propter S. Thomae praesertim auctoritatem, indeque ductas Theologicas rationes. Est enim expressa tanti Doctoris mens, pro qua etiam Scotista et cuiusque Scholae Theologi. Nolumus quam etiam sequuntur plurimi cuiusque Scholae Theologi. Nolumus enim; sed nec possumus in hac controuersia immorari, ad ulteriora progredientes. Consulendus S. Thomas, eiusque doctissimi Commentatores. Hoc tantum animaduertendum, ambigi iamiam a Catholico Viro non posse, quin peccati consuetudo, quae circumstantia pure agra-

(25) Sess. xiv. Can. 7. et 8.

(26) Vbi supra.

grauans est, necessario sit aperienda, quum de ea Sacerdotem percunctari, et Poenitentem illam declarare iusserit Innocentius XI. propositionem hanc damnans: »non tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicuius consuetudinem.«

CAPVT XXVIII.

Quinam facienda Sacramentalis Confessio sit inquiritur: ubi et de potestate in eo requisita discutitur.

Non alii ab Episcopis et Sacerdotibus sunt legitimi Confessionis sacramentalis ministri.

In quibus praeter potestatem ordinis necessaria iurisdictio est, vel ordinaria, del delegata, etiam vt valide absoluant.

Docent priorem propositionem Scripturae: siquidem potestas soluendi a peccatis, et administrandi Poenitentiae Sacramentum exprimitur verbis illis Math. xvii. *Quaecumque alligaueritis*, etc: et Ioannis xx. *Quorum remisseritis peccata* etc: atqui ea verba non quibusuis, sed solis Apostolis ac Sacerdotibus dicta sunt: tunc enim cum solis discipulis Christum Dominum habuisse sermonem constat: igitur non alii ab Episcopis et Sacerdotibus, etc.

Docet eandem veritatem Traditio: sic enim loquitur Cyprianus (1) »quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, et simpliciter consentientes, Exomologesim conscientiae suae faciunt« Pacianus Episcopus Barcinonensis haec habet: (2) »quid ergo faciam nunc Sacerdos, qui curare compello?« Chrysostomus item, vt Sacerdotalem potestatem commendat, ea vitur praerogatiua, scribens (3) »iis datum est, vt potestatem habeant, quam Deus optinuit, neque Angelis, neque Archangelis datam esse voluit: neque enim ad illos dictum est: *quaecumque alligaueritis in terra, erunt soluta et in caelo; et quaecumque solueritis in terra, erunt soluta et in caelo;*« Augustinus quoque inquit, (4) vt soluantur peccata veniendum ad Antistes, »per quos in Ecclesia clauis ministrantur

Tom. IIII.

Fff

tur,

(1) In libel. de lapsis.

(3) Lib. III. de Sacerd. cap. 5.

(2) In Paraenisi ad Poenit.

(4) Serm. ccccli.

»tur. « Habent similia Basilius, Ambrosius, Hieronymus, aliique Patres.

Accedit Concilliorum auctoritas: nam hanc veritatem definire Concilium Constantiense in Bulla Martini V.; Florentinum, seu Eugenius IV. in Decreto Unionis; ac tandem Tridentinum, (5) cuius haec sunt verba: » Circa Ministrum autem huius Sacramenti declarat Sancta Synodus, falsas esse, et a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosdam homines, praeter Episcopos, et Sacerdotes clauium ministerium perniciose extendunt, putantes » verba illa Domini, *quaecumque alligaueritis super terram, erunt alligata et in caelo*; et, *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt*, ad omnes Christi fideles indifferenter et promiscue, contra institutionem huius Sacramenti, ita fuisse dicta, ut quibus potestatem habeat remittendi peccata cet. « Similia leguntur Canone x. eiusdem Sessionis.

Suffragatur S. Thomae ratio sub hac forma proposita: (6) illi soli potestatem absolendi habent, qui potestatem in corpus Christi mysticum habent: ac Episcopus ac Sacerdos solos habere hanc potestatem ex eo constat, quod soli illi potestatem in Christi corpus verum habeant: ergo.

Secundam propositionem haec momenta commonstrant. Sumitur primum ex Canonum auctoritate: in capite enim *Quod autem*, (7) inquit Alexander III.: » a non suo iudice ligari nullus valet, vel absolui: « in cap. etiam *Presbyteri* (8) haec habentur: » Presbyteri de occultis peccatis iussione Episcopi poenitentes reconcilientur. « Concilium praeterea Lateranense, (9) haec protulit: » Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit, iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, et obtineat a proprio Sacerdote; quum aliter ille ipsum non possit soluere, vel ligare. « Quod statutum etiam fuit in Florentino, ubi dicitur, (10) ministrum huius Sacramenti esse Sacerdotem habentem auctoritatem absolendi ordinariam, vel delegatam. Demum Tridentinum in Decreto sic loquitur de Reformatione: (11) » quamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam regularem posse Confessiones se-

(5) Sess. xiv. Cap. 6.

(6) In iv. Dist. 17. qu. 3. art. 3. qu. 1.

(7) V. Decretal. tit. 38. num. 4.

(8) xxvi. q. 6. num. 4.

(9) C. *omnis utriusque sexus*.

(10) In Decreto Unionis.

(11) Sess. xxiii. cap. 15.

» cularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochoiale Beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur, et approbationem » quae gratis detur, obtineat. «

Sumitur secundum momentum ex ratione: siquidem Sacerdotis absolutio est actus iudicialis, quo ab ipso, velut a iudice, sententia pronuntiarur: ut eadem Sacra Tridentina Synodus definit: (12) at iudicialis actus exposcit, ut sententia in subditos tantum feratur, ut manifestum est, atque ipsa sacra Synodus declarat: (13) ergo.

Itaque ordinariam potestatem iurisdictionis habent quicumque animorum regimini praeficiuntur: delegatum, quicumque ab Episcopis ad confessiones audiendas approbantur.

APPENDIX.

Praeter ordinis tamen ac iurisdictionis potestatem, requiruntur quoque in huius Sacramenti administro prudentia, et sigillum. Atque quod ad primum pertinet, necessum est eum scientiam recte agendi, peritiam, atque sagacitatem habere, seu ut probe nouerit, quae postulat ipsius officium ac ministerium: hoc vero adsequetur, si teneat quae a probatissimis Theologiae Moralis Tractoribus sunt tradita, quum circa huius Sacramenti naturam, tum erga peccatorum essentiam, species, ceteraque ad christianam moralem spectantias caute prudenterque opiniones eas deuitans, quae probabilissimam pestem sapiunt; quaeque tot olim monstra parturire. Maxime quidem absolutus perfectusque minister Poenitentiae habebitur, si morum scientiam ex Patribus, Conciliis, Apostolicis Constitutionibus, ac S. Thomae summa Theologica didic. erit. Nec tamen iniuriam nos selectissimis quibusque Scripioribus adferre intendimus: quippe quod sciamus, quoniam in pretio habendi sint Danjel Concina, Natalis Alexander, Jacobus Besombes, Antoine, aliique eiusdem farinae Scriprores.

Quod vero spectat ad sigillum, tenetur Confessionis ministrer ad illud naturali, diuino, et ecclesiastico iure. Etenim ex reuelatione Confessionis factae infamia in Poenitentes sequeretur; quod naturale ius verat. Deinde sigilli seruandi praeeceptum a Christo Apostolis peculiariter fuisse impostum Sylluius docet: (15) quam opinionem confirmat ve-

ff 2

rus

(12) Sess. cap. 6. can. 9.

(13) Cap. 7. eiusd. Sess.

(14) In qu. xi. supp.

verus Ecclesiae consuetudo, cuius initia inueniri non possunt. Ipsa quoque Sacramenti institutio, S. Thoma adserente, (15) id postulat, vt Poenitens Sacerdoti semetipsum subiciat. Postremo, haec ius ecclesiasticum praescribit in Capite *Sacerdos*, sub Gregorii nomine: (16) » Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur peccata, aliquid recitet: non propinquis, non extraneis, neque, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, et omnibus diebus vitae suae ignominiosus peregrinando pergat. «

Tenetur autem sigilli lege omnia ea Minister occultare, quae ipsi per ordinem ad Confessionem declarata sunt; quae nisi ex Poenitentis ipsius liberissima atque expressa facultate reserare nusquam poterit; etiamsi eiusmodi reseratio regno, urbi, vel familiae cuiquam summam altitudo esset vilitatem; etiam si iam pridem mortuus Poenitens fuerit.

Ast particulares, vt vocant, casus, in quibus fractio contingeret, non est nostrum designare: non enim moralis Theologiae summam adornamus: neque institutionum fines praetergredi fas nobis est. Teruntur omnium manibus tractatus huiusmodi, quorum Scriptores nonnullos nominauimus; penes quos cumulatissimam de sigillo Confessionis notitiam inuenire licet: vt et de casuum reseruatione, aliisque huc spectantibus.

CAPVT XXIX.

Quodnam Haereticorum circa Poenitentiae Ministrum Dogma fuerit. Et quid senserint opinando alii. Argumentis fit satis.

Quae tamquam falsae, et ab Euangelii veritate abhorrentes a Synodo Tridentina damnantur de Poenitentiae Ministro doctrinae, Lutheri, Zuinglii, et Caluini sunt; qui inuectum seculo xii. a Petro Abaelardo primum, mox a nouis Apostolicis, deinde a Waldensibus xiv. seculo innouatum a Flagellantibus, et Wicleffitis, et demum xv. inuentum ab Hussitis exceptum, errorem instaurarunt, confirmantque, de absoluendi ministerio ad Laicos quoslibet extendendo: etiam ad mulieres.

Ex Catholicis vero Ioannes Morinus probate nititur, Diaconos olim apud Latinos Confessionem in vitae periculo excepisse, lapsisque dedisse reconciliationem, atque a peccatis absolutionem in absentia Sacerdotum. (1) Idem sensisse videtur Nicolaus Rigaltius, (2) Quin, et Lai

(1) In *Ann. qu. xi. art. 1.*

(2) Lib. viii. de Poenit. cap. 23.

(16) Apud Grat. de Poen. Dist. vi.

(2) In Adaot. in Cyp. Epist.

Laicis ipsis, quum Sacerdotis copia non datur, urgetque necessitas, aperienda esse peccata letalia, tradidisse dicuntur praestantissimi Theologi, ipsi etiam Scholarum Duces, ab ipso Morino laudati: (3) quod confirmari posse videtur innumeris piissimorum virorum exemplis ab Edmundo Martenio collectis. (4)

Itaque haec aduersus primam propositionem obliantur. Primum: in cap. v. Epist. Iacobi dicitur: » confitemini alterum peccata vestra: « non ergo solis Episcopis et Sacerdotibus, sed cuilibet alteri fieri Confessio potest.

Secundum: Poenitentiae Sacramentum est necessitatis, vt et Baptismus: at quilibet in casu necessitatis potest Baptismi minister esse: ergo et Poenitentiae.

Tertium: Cyprianus haec habet: (5) » apud Diaconum quoque Exomologesim delicti sui facere possint, vt manu eis in poenitentiam » imposita veniant ad Dominum cum pace: « saltem igitur in extrema necessitate Diaconi extraordinarii Ministri erant.

Quartum: occurrunt in Ecclesiastica Historia exempla plura Confessionum Laicis factarum in vitae exitu: nempe habetur quendam imminente naufragio baptizasse Cathecumenum; (6) sodalibus etiam confessos fuisse peccata nauigantes quosdam in Palaestinam, auctor est Caesarius Monachus; (7) idem de militibus hispanis praelium contra Mauros inturus legitur apud Bollandum; atque de aliis multis.

Quintum: insignium Theologorum sententia est, ministrum, cui Confessio ex officio facienda est, Sacerdotem esse: prementem tamen necessitate Laicum Sacerdotis vices supplere posse: sic enim scribit Sententiarum Magister: (8) » perspicuum est, peccata primum Deo, deinde etiam Sacerdoti esse confitenda, et si ipse defuerit, etiam socio. « Et S. Thomas: (9) » minister Poenitentiae, inquit, cui Confessio facienda est officio, est Sacerdos: sed in necessitate etiam Laicus vicem Sacerdotis supplet, vt ei Confessio fieri possit. « Habent his consona Bonaventura, (10) et Raimundus Penafortius. (11)

Sextum: sunt praeterea Patres ac Theologi, qui Confessionem Laicis factae Sacramenti effectum tribuere videantur: scribit enim Augustus-

(3) Lib. v. cap. 23.

(7) In Dialog. Dist. in. cap. 21.

(4) Lib. 1. de antiq. Eccl. Rit. cap.

(8) In 17. Dist. 17.

6. art. 6.

(9) Quaest. viii. sup. art. 2.

(5) In Epist. xii.

(10) In 19. Dist. 17. Part. 2.

(6) In cap. Sanct. de consecr. dist. 4.

(11) Lib. iii. de Poenit. §. 20.

gustinus, (12) quemdam Poenitentem, qui instante naufragii periculo, apud Cathecumenum peccata deposuerat, impetrasse a Deo sanctitatem. » Motus enim, ait, animus religiosus, et simplex ab homine exigit Sacramentum, a Deo ipso impetrauit sanctitatem. « Atque Albertus Magnus quamdam absoluendi potestatem, quae peccata remittat, cuique Laico concedit. (13)

Aduersus secundam propositionem haec adducuntur: Presbyteris in earum ordinatione dicitur, quemadmodum a Domino Apostolis dictum est, » accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata cet: sunt igitur Praesbyteri iudicialia potestate praediti, eamque possunt ybique non minus ac Apostoli exercere.

Deinde: si in absolvente potestas iurisdictionis est necessaria, consequitur inde, Papam a nemine absolui posse: ut et Episcopus a nemine suae Dioeceseos: nemo enim in Papam iurisdictionem habet; nullus e Dioecesi propria in Episcopum: ac Papa atque Episcopus confiteri tenentur: ergo.

Praeterea: in articulo mortis quilibet Sacerdos potest quemlibet a quibusvis absolvere peccatis: sufficit ergo in Poenitentiae ministro ordinis potestas.

Rursus: sola ordinis potestate potest Sacerdos a venialibus absolueri: ergo.

Sed respondetur ad singula. Ad primum quidem eorum, quae primo loco sunt obiecta, ex S. Thoma: (14) dicente: » Iacobus loquitur » ex praesuppositione diuinae institutionis: et quia diuinitus institutio » praecesserat de Confessione Sacerdotibus facienda, per hoc quod eis » potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit. Ioannis xx. i: ideo intelligendum est, quod Iacobus Sacerdotibus Confessionem esse faciendam monuit. « Sed alia etiam responsio huic argumento adhiberi ex Augustino, Gregorio Magno, Beda, aliisque Patribus, ac doctissimis Bibliorum Interpretibus potest; scilicet, commendari his Iacobi verbis generalem illam tantum Confessionem, quam Christianus quilibet humilitatis studio fratri facit, sese peccatorem ingenue confitens, ut alterius consilio atque oratione adiuuetur.

Ad secundum dicendum ex S. Thoma; (15) quod Baptismus est magis Sacramentum necessitatis, quam Poenitentiae Sacramentum, quoad Confessionem, et absolutionem: quoniam quandoque Baptismus praeter-

(12) In Epist. ad Fortunat.

(13) In iv. Dist. 17. art. 58.

(14) In iv. Dist. 17. q. 3. art. 3. q. 1.

(15) Vbi supra ad 2.

termitti non possit sine periculo salutis aeternae, ut in pueris qui nondum habent rationis usum: ac Confessio et absolutio tantum ad adultos pertinent, in quibus contritio cum proposito confitendi et desiderio absolutionis sufficit ad liberandum a morte aeterna.

Tertium sic diluitur: Exomologesim, seu reconciliationem per Diaconos peractam, non fuisse Confessionem, et absolutionum sacramentalem, sed pure caeremonialem, et in foro externo, multa commonstrant: erat siquidem *abstractio*, qua Lapsi prosternebantur manuum impositioni non tantum Sacerdotum, sed etiam Cleri. Hoc sensu eam Tertullianus accepit etiam, scribens: (16) » itaque Exomologesis, prosternendi, et humiliandi hominis disciplina est, « cett. Eodem Cyprianum loqui ipsius verba euincunt. Sed et hunc sensum obseruatur Pamelius in Tertulliano, (17) et in Cypriano Perauis. (18) Excipiendi quoque hoc ipso sensu sunt Canones nonnulli ex Concilio Eliberitano, Toletano. I. et Londinensi excerpti.

In quarto soluendo non vacat secundum critices regulas inquirere in exempla Confessionum Laicis olim in vitae exitu factarum: hinc damus libenter vera esse, quae vulgo feruntur: negamus tamen, Confessionem illam sacramentalem fuisse, diuinoque iure ad salutem necessariam.

Quintum sic diluitur: nullus veterum Theologorum fuit, qui Confessionem Laico factam sacramentalem dixerit: proprie quidem, rigoroque loquendo: sed minus proprie, et secundum imperfectam aliquam similitudinem: quemadmodum diminutiuum illud aduerbium *quodammodo* a S. Thoma adhibitum ostendit: (19) qui insuper eam vocat *sacramentale quoddam*, inusioni pectoris, et aquae benedictae aspersioni simile. (20). Et quidem non aliud sensisse Magistrum, Bonaventuram, Raimundum, ceterosque quoslibet, ipsorum verba rite perpensa declarant.

Ad sextum respondemus, nusquam a Patribus, et Theologis, his maxime qui in argumento laudantur, adsertum fuisse, Confessionem Laicis factam quidpiam *ex opere operato* ad remissionem peccatorum et gratiae productionem conferre: sed hoc vnice eos adfirmasse, Confessionem eiusmodi vim habuisse suam *ex opere operantis*, proindeque gratiam obtinuisse per modum suffragii, quum ex humilitate, qua Poenitens charitatem impetrasset, quae cum Sacramenti voto impium in extremis iustificatum ex Fide Laici, qui Confessionem excepisset.

Ad

(16) De Poenit. esp. ix.

(17) Pag. edit. suae ec.

(18) In Diatrib. de Poenit. et re-

conciliat. vet. Eccle. esp. xi.

(19) In supp. qu. viii. art. 1.

(20) Art. 111. eiusd. qu.

Ad primum deinde argumentum secundi ordinis dicimus, confertur quidem ad Sacerdotum adscitis potestatem ordinis per verba commemorata; sed exercitium eiusdem potestatis, quum iudicialis actus sit, non esse ratum atque legitimum, nisi in subiectos sententia feratur: unde Sacerdoti delegandi, et determinandi illi sunt, in quos iudicalem valeat proferre sententiam: quod fit, aut eius promotione ad animarum curam, cui iurisdictio ordinata adnectitur, aut Episcoporum approbatione ac mandato, ex quibus subdelegata iurisdictio emanat.

Secundum sic solutum esto: Papa, sicut a Christo habet facultatem subficiendi quoslibet fideles quibuslibet Sacerdotibus; habet et subficiendi se ipsum cui voluerit, illi iurisdictioem conferens in se ipsum ut peccatorem. Episcopis autem, ut S. Thomas docet, (21) concessum est... a iure, quod possint sibi eligere proprios Sacerdotes Confessores, qui quantum ad hoc sunt ei superiores: sicut etiam vnus Medicus ab aliis curatur, non in quantum Medicus, sed in quantum infirmus.

Tertii naganda est illatio: ut enim docet Concilium Tridentinum, (22) in vitæ extremo censetur Ecclesiam, quae tamquam pia mater neminem vult perire, conferre cuilibet Sacerdoti plenariam iurisdictioem absoluendi quemlibet ab omni crimine.

Postremum sic diluitur: prohibitam esse Decreto S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretis Confessionem venialium factam Sacerdoti non approbato ab Episcopo. Ceterum, etiamsi nullum hac de re larum fuisset iudicium, haud probanda esset quorundam antiquorum sententia; nam haec quoque absolutio actus iudicialis sit oportet, et a Sacerdote velut a iudice pronuntietur.

CAPVT XXX.

Postremam Sacramenti Poenitentiae partem, nempe satisfactionem expendit.

Potest ac debet Sacerdos poenas satisfactorias confessis iniungere.

Quae vim Deo satisfaciendi habent, atque illatas eidem iniurias compensandi.

Demonstratur prima propositio ex Scripturis. Nam Christus, ut non

sc-

(21) In supp. q. viii. art. 4 ad 4.

(22) Sess. xv. cap. 7.

semel adsertum est, adductis Matth. et Ioan. locis, Sacerdotibus non solum ad soluendum, verum etiam ad ligandum clauas, seu iudicariam potestatem concessit: ergo sicut utuntur potestate soluendi, dum absolutionem impendunt, ita aequum est utantur potestate ligandi: poenas satisfactorias iniungendo.

Demonstratur deinde ex Traditione: scribit enim Basilius: (1) pro qualitate delicti tempus poenitentiae impendatur: hoc sit in iudicio positum eorum, qui praesunt, et cetera. Pacianus Episcopus Barcinonensis, inquit: (2) admouebo adhuc ignes de cauterio Apostolico: videamus an forte possitis. *Iudicauit*, inquit Paullus, *congregatis vobis, et spiritu meo in virtute Domini Iesu Christi tradere eiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis*, et cetera. Quid dicitis Poenitentes? ubi est vestrae carnis interitus? An quod in ipsa Poenitentia lautiores semper inceditis, conuiuio farti, balneis expositi, veste compositi, et cetera? Augustinus haec habet: (3) verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba, vel quaecumque alia signa procedit: quum sit coram illo, cui dicitur, *genitus meus a te non est absconditus*: recte consuntuntur ab iis, qui Ecclesis praesunt, tempora Poenitentiae, ut fiat satis etiam Ecclesiae, in qua remittuntur ipsa peccata. Leguntur similia in aliis Patribus.

Demonstratur quoque Canonum auctoritate. Legitur siquidem in Concilio Carthaginensi iii. (4) Poenitentibus secundum differentiam peccatorum, Episcopi arbitrio Poenitentiae tempora decernunt. Et in Synodo Laodicensi: his qui diversorum peccatorum lapsus incurunt, et oratione, Confessione, ac Poenitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant, pro qualitate peccati Poenitentiae tempus attribuendum est. Atque Concilium Tridentinum haec protulit: (5) clauas Sacerdotum, non ad soluendum dumtaxat, sed et ad ligandum concessas etiam antiqui Patres, et credunt, et docent.

Suffragatur ratio: Sacerdos enim non debet lapsis veniam et remissionem temere polliceri: atqui temere promittitur salus, quando absque aliqua satisfactione impenditur absolutio: ergo. Deinde: Sacerdos etiam curare debet, ut qui deliquerunt, habeant propriae infirmitatis medicamentum, et nouae vitae custodiam: sed haec duo poenis satisfactoriarum.

(1) In Reg. breu. interrog. 106.

(2) In Parent. ad Poenit.

(3) In Enchir. cap. xlv.

(4) Cap. 3.

(5) Sess. xiv. Cap. 8.

risfactoris praestari docet Tridentina Synodus: ergo.

Secundum pariter propositionem docent Scripturae: etenim Prouerborum xvi. dicitur: » misericordia et veritate redimitur iniquitas. « Danielis iv. » Peccata tua elemosynis redime, et iniquitates tuas misericordias pauperum. « Et in I. ad Corinth. xi. » dum iudicamur autem » a Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur: « at haec omnia, atque consona, euincunt operibus iustitiae, elemosynis, correctionibus, poenisque voluntarie susceptis placari Dei indignationem, vitari poenas alias peccatis debitas, atque damnationem auerti: ergo.

Docet id ipsum Tractatio: inquit nempe Tertullianus: (6) » Haec » omnia Exomologesis, vt Poenitentiam commodet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, et temporali afflictione aeterna supplicia, non dicam frustremur, sed expugnat. « Cyprianus etiam ait: (7) » confiteantur singuli delictum suum... dum satisfactio et remissio facta per » Sacerdotes apud Dominum grata est: conuertantur ad Dominum mente tota. Illi moestitia satisfaciant. « Augustinus demum, ceteris missis, haec habet: (8) » nullus peccator debita grauioris poenae accipit veniam nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, soluerit poenam. «

Docent Praeterea eandem veritatem Ecclesiae definitiones: habetur siquidem de Poenitentia Dist. 1. desumptum ex Augustino quod nuper laudabimus testimonium, » nullus, scilicet, peccator » ceteris cui additur: (9) » ita enim impertitur a Deo largitas misericordiae, vt non relinquantur etiam iustitiae disciplina. « Et Synodus Tridentina, praeter ea, quae sess. vi. cap. 14. docuerat, declarat insuper Sess. xiv. (10) sublatam poenam aeternam plerumque exsoluendam poenam temporalem remanere, poenisque Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, nec non temporalibus flagellis a Deo inflictis, a nobis patienter toleratis, Deo per Iesum Christum satisfieri. Demum, damnata a Romanis Pontificibus Pio V. et Gregorio XIII. est propositio inter Balanos lxxvi: » satisfactio laboriosa iustificatorum non valet expiare de condigno poenam temporalem resistentem post culpam condonatam. «

Accedit ratio: si satisfactio non eo fine imponeretur, vt placaretur Deus, atque illatae eidem iniuriae compensaretur, sed eo tantum, vt peccator conuersionem suam testatam faceret Ecclesiae, nulla imponenda

(6) De Poenit. cap. ix.

(7) De Lapsis.

(8) In Lib. de continent. cap. 6.

(9) Cap. xiii.

(10) Cap. ix. et Can. xv.

SA-

satisfactio esset pro peccatis oculis, nullum seruandum ieiunium, nulla facienda elemosyna, nullum opus bonum ea intentione esset exercendum: hoc contrariatur Scripturis, Patribus, et receptissimae Ecclesiae praxi: ergo.

SCHOLION.

Est et aliud validissimum argumentum pro potestate Sacerdotum ad poenas satisfactorias imponendas, quod ex institutis variis Poenitentium classibus ducitur: nemo siquidem ad sacra Mystera olim admittebatur, nisi Poenitentium classes antea decurrisset: in quibus sane classibus praescripti durissimi labores, ac Poenitentium in illis subeundis obedientia, inuictissime probant, iunctas illas satisfactioes fuisse vi clauium, quas Christus Ecclesiae Praepositis credidit: non enim fieri potuisset, vt omnes omnino fideles, plebes, Principes, ceteri, obtemperassent Episcoporum mandatis, nisi eos tradita sibi diuinitus ligandi potestate usos fuisse intellexissent: atque nisi certo scissent, idoneas redimendis criminibus esse satisfactioes, quas Sacerdotes praescripsissent.

Harum vero satisfactioem, seu publicae Poenitentiae specimen hic adducere placet, quo earumdem durationem, exteriorem modum, seu apparatus, atque diuersas stationes ob oculos Tyronum ponamus. Itaque a priore Ecclesiae seculo ad vsque Montani schisma, quod contigit seculo ii. labente, nulla temporis duratio satisfactiois peragenda fuit determinata. A Montano ad Nouatianum vsque, paulo quidem auctae poenae satisfactoriae fuere, sed earum duratio indeterminata mansit. Dein, post Nouationi haeresim institutae sunt classes, seu stationes Poenitentium, quibus et poena et poenae tempus fuere designata. Demumque post iv. seculum apud Graecos, et saltem post vii. apud Latinos, occultorum criminum rei damnari sunt occulta Canonum Poenitentiarum executione: quos tamen antea pro quibusdam oculis criminibus publice exequi cogebantur.

Exteriorem praeterea Poenitentium habitum fuisse admodum lugubrem Patres docent: antiqui nimirum Poenitentes inculca facie, cooperti cilicio, ac cinere conspersi, in templis, immo prae templorum foribus omnium oculis patebant.

Decurrebant autem stationes quatuor, quae sic nominabantur, *Fletus, Auditio, Subtractio, et Consistentia*. *Fletus* ratio in externa porticu, seu tecto collocata erat: ibique poenitentes reos se palam profitebantur, atque eos, qui templum ingrediebantur, rogabant, ut pro ip-

sis intercederent. *Auditio* collocata erat in porticu oblongiori, templi foribus interius adiacente, et a reliqua interiore parte templi diuisa; in qua poenitis vsque ad Offeritorium manebant; tunc vero Diacono momento discedebant. *Subtractio* erat ab Audientium cancellatis vsque ad ambonem templi: in ea positus Poenitentibus Praesules manus in singulis Synaxibus imponebant: sed tamen adhuc a templo expellebantur ante oblationem. *Consistentia* tandem erant ab ambone templi versus Sanctuarium ad fideles vsque, sive ad eos quibus ius erat accedendi ad Euchari- stiam: qui quidem statione decursa, ad sacra Mysteria accedebant, quorum participatio Poenitentiae exitum dicit a nonnullis legimus.

Ast, accuratam si quis rituum publicae Poenitentiae lucubrationem exoptet, habet eruditissimos quos consulat viros, Morinum, Sirmondum, Petaulum, Iueninum, ceteros.

CAPVT XXXI.

Haereticorum errores prodit: eorumdem deliramenta diluit.

Inter plurimos Satisfactionis hostes numerandi principio veniunt Haereticus Audiani, qui Ecclesiam tempore Valentianiani senioris vexauerunt. His adiungendi Manichaei nonnulli, qui amplectentibus sectam suam cuiuslibet criminis, quoad culpam, et quoad poenam relaxationem pollicebantur. Potissimum vero adiungendi sectarii omnes, qui elapso proxime seculo contra Catholicos vexillum crexere, vnanimi consensu negantes Satisfactionis existentiam, quae Poenitentiae Sacramenti pars sit.

Haec vero contra vtramque superius stabilitam propositionem obiciunt. Primum: oportet ut Sacerdotes eadem se ratione gerant ac se Christus gessit: atqui Christus, quum peccata dimisit Paralitico, mulieri peccatrici, aliisque, nullam eis Satisfactionem imposuit: ergo.

Secundum: neque Apostoli consueverunt Poenitentiam, seu Satisfactionem imponere, sed tantum cessationem a peccatis, scribente Apostolo ad Ephes. iv. »qui forabatur, iam non foretur:« ergo.

Tertium: si Sacerdotes praediti potestate soluendi sunt, illamque exercent soluendo a ream culpae, et a debito mortis aeternae; et ea facultate vti poterunt, atque debent, debitum temporalis poenae soluendo: ergo.

Quartum: non solum per Sacramentum Poenitentiae, sed etiam per Sacramentum Baptismi peccata remittuntur: sed in remissione per

per Baptismum collata Sacerdos nullam poenam praescribit: ergo nullam praescribere debet dum Poenitentiae Sacramentum administrat.

Quintum: ex productis Scripturarum ac Patrum testimoniis nedum euincitur opera Poenitentiae valere ad auerenda temporalia supplicia, sed etiam ad redimenda peccata, ad obtinendam veniam, ad vitandam damnationem iramque venturam: atqui pro poena aeterna, vt definit Synodus Tridentina, (1) nulla iniungitur Poenitentia: ergo nec iniungenda est pro poena temporali.

Sextum: Apost. ad Rom. iii. docet, iustificationem remissionemque peccati omnino gratuitam esse: ait nempe: »iustificati gratis» per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu: »nihil ergo pro ipsa iustificatione, ne quidem quantum ad poenam, remanet soluendum.

Septimum: Christus cumulatissime pro nobis morte sua satisfecit, et quoad culpam, et quoad poenam: ergo nequeunt a Poenitentibus satisfactoria opera exigi absque Christi satisfactionis iniuria.

Octauium: impossibile profecto est, vt homo, cuius meritum est finitum, pro peccato satisfaciatur, cuius malitia infinita est ratione personae offensae, et debetur ei poena aeterna: ergo.

Nonum: qui putat posse operibus suis illatas Deo iniurias quo modo compensare, sibi mer gloriam Redemptoris adsumit, sibi confidit, atque aduersum semetipsum illam accessit maledictionem, de qua Hierem. cap. xvii: »maledictus homo qui confidit in homine.«

Decimum: Patres docuisse videntur, satisfactiones olim tantum impositas Poenitentibus fuisse, vt Ecclesiae cui per sua peccata scandalo fuerant, essent postea aedificationi: Ita Cyprianus (2) et Augustinus: (3) ergo satisfactio nuda ceremonia est.

Vndecimum: saltim Iubilaei tempore Sacerdotes non debent poenas satisfactorias iniungere: nam ea vis est Indulgentiarum quas plenarias vocant, vt totam poenam deleant, quae pro peccato dimisso exoluenda superest: ergo.

Quae tamen omnia soluere opus est. Ad primum itaque dicimus: Christum potestate excellentiae vsum fuisse, atque perfectissimam charitatem vehementissimamque contritionem illis poenitentibus inspirasse, eorumque infimum inuexisse animam: at Sacerdotes nec supremam illam habere potestatem, nec contritionem et charitatem eiusmodi inspirare, neque poenitentium corda introspicere posse: vnde

(1) Sess. vi. cap. 14. (2) De lapsis. (3) In Enchir. cap. 65.

debent illi commissa iudicialia potestate fungi, cum iudicii pondere, legis acq̄uitate, et secundum maiorum documenta.

Secundum falsum proctus est: nam Paullus incestuosum Corinthium tradidit Satanae in interitum carnis, vt ipse loquitur in Epist. I. ad Corinth. cap. 5: quae Paulli verba de impositione Satisfactionis Patres interpretari sunt; vt constat ex Tertulliano, (4) Origene, (5) aliisque. Nec oppositum inferitur ex cap. iv. Epist. ad Ephesios: eo siquidem loco praecipitur vtique conuersio a peccatis, sed non excluditur necessitas Poenitentiae: immo hanc insinuant, quae Paullus ibidem adiungit: *magis autem, inquit, labore operando manibus suis quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti.*

Tertii solutio vna est cum solutione primi argumenti, quam quisque adhibere poterit.

Quartum soluitur ex discrimine, quod Poenitentiae inter et Baptismatis Sacramentum adiungitur: nam Poenitentia per modum iudicii exercetur; non ita Baptismus confertur. Accedit, quod aequitas ipsa exoptulet, vt aliter in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum deliquerunt; aliter vero, qui accepto Spiritus Sancti dono templum Dei violare non formidarunt.

Quinto hoc modo occurrunt varias Theologorum sententias conciliantes: Poenitentiae opera ac labores habere quandam rationem Satisfactionis improprie dictam respectu poenae aeternae; quatenus ante susceptionem Sacramenti praeparant ad gratiam, eamque promerentur *de congruo*, vt Schola loquitur: at in ipso Sacramenti actu, dum a Sacerdote imponuntur et a Poenitente acceptantur, pars integralis eiusdem Sacramenti euadunt, cuius efficacitate soluitur culpae nexus atque gehennae reatus: at dum fiunt post gratiam remissionis acceptam, habent quidem rationem Satisfactionis proprie dictae respectu poenarum temporalium; sed satisfactoria non sunt relate ad aeterna supplicia, nisi quatenus per absolutionem commutantur cruciatu aeterni in afflictiones temporarias, atque quatenus absolutio ipsa impenditur intuitu actuum Poenitentis, inter quos Satisfactio ipsa, vel facienda, vel iam facta commemoratur.

Ad sextum respondemus: iustificari impios per Christi gratiam, non quia nullum ex parte nostri opus sit ad iustificationem necessarium; sed quia sine gratia praecedente nobis per Christi merita collata, nemo potest credere, sperare, diligere, ac poenitere, vt ad ius-

(4) Lib. de Pudic. cap. III. (5) Hom. xxiv. in Leuit.

iustificationis gratiam adsequendam oportet; prout Synodus Tridentina definiit. (6)

Septimum quamfacillime diluitur ex alibi dictis: non enim ita pro nobis Christus satisfecit, vt nollet nos esse suae imitatores Passionis; neque satisfactiones nostrae meritum aliquod independentem a Christi morte habent: sed voluit ipse Dominus, vt eius vestigia sequentes, carni simus mortificari, spiritu viuificati, dans nobis huius rei gratia charitatis inspirationem, virtutum semina, et Sacramentorum copiam: non igitur iniuria aliqua dominicae satisfactioni irrogatur per nostras Satisfactiones. Legantur verba Tridentini. (7)

Octauum sic solutum esto: hominem nequaquam posse pro peccati malitia satisfacere *de condigno*, etiam si Dei gratia adiutus sit: posse tamen *de congruo*; quatenus nempe, vt ordinis a Deo instituti per opera laboriosa obtinet actualem charitatem intensam, quae quum Sacramenti voto coniuncta peccatum delet.

Ad nonum dicendum: eum qui firmissime tener, per gratiam Christi meritis comparatam, non vero viribus propriis posse se poenitentiam agere, Deum placare, et salutem consequi, in nullo mortalium, sed in solo Christo Seruatore spem suam locare.

Decimum, quod tamquam certissimum Lutherani et Calvinistae adsumunt, falsissimum est. Primo siquidem, quia pro peccatis occultis, quae proinde scandalo fidelibus non fuerant, iniungebantur Satisfactiones, vt patet ex Canone xxxix. Epistolae Basilii, (8) quo mulieres adulterii consciae iubentur manere in gradu poenitentium *Consistentium*, ac priuatim exequi labores Canonibus praescriptos pro sceleribus huiusmodi. Deinde: post III. Seculum damnati non fuere Clerici publica poenitentia, etsi crimina canonica commisissent; et tamen arcebantur a sacris altaribus, iubebanturque priuatim subire poenas canonicas, vt loquitur Leo Magnus. (9) Postremo: Patres antiquiores conceptis terminis adserunt, Lapsos Satisfactionibus se subiecisse, vt Deum iratum sibi propitium redderent, vt redimerent peccata sua, vt suis vulneribus mederentur. Sic Cyprianus, (10) cui alii consonat.

Vndecimum sic diluitur: etiam Iubilaei tempore debere a Sacerdotibus iniungi poenas, criminum quidem grauitati conuenientes, ex

(6) Sess. vi. Can. 3.

(7) Sess. xiv. cap. 8.

(8) Ad Amphilogium.

(9) Epist. xcii. cap. 2. ad Rust. Narbon.

(10) Lib. de Lapsis.

ex eo euincitur, quod Concilium Tridentinum vbi id ministris iungit, nullum excipit tempus, quo ab ea regula liceat recedere. Sed et euincitur ex eo, quod Indulgentiae antiquitus erant quaedam Canonum relaxationes factae in gratiam Poenitentium, quos Martyres seu Confessores datis libellis Episcopis commendauerant. Itaque quum nunc antiquus Canonum rigor non seruetur, si quid ex Satisfactionibus quae impendi debent, detraheretur, facillima abs dubio fieret lapsi hominis cum Deo plena reconciliatio; proindeque ordo ab ipso Christo institutus inueteretur; quem quidem neutiquam alicui humanae potestati voluit subiectum.

Nec obest quidem dictis Indulgentias ad nihilum profuturas vltra, iis qui labore gratitatis cuiusmodi conueniente perfunguntur: etenim vt responder sapientissimus Sorbonicus Doctor Natalis Alexander, «Indulgentias, quantumcumque plenariae supponantur, illis non prosunt, qui Satisfactionem peccatis proportionatam non solum implere; sed iis tantum qui licet parati sint ea persoluere, non possunt tamen ob vitae breuitatem, vel id non exequuntur toto eo feruore, qui alioquin requiretur.»

LIBER XV.

Reliqua nouae legis Sacramenta, Eucharistiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, atque Matrimonium complectens.

CAPVT I.

In Eucharistiae Sacramenti auctorem inquiri: Institutionis tempus designat.

Christus Dominus legitima die, Luna scilicet xiv. mensis primi exeunte, cum vniuersa Iudaeorum gente Pascha peregit, atque Eucharistiam instituit.

Sunt huius propositionis plurima et validissima momenta. Primum suppediunt Scripturae: nam Matth. xvi. legitur: «prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: vbi vis paremus tibi comedere Pascha?» Et Marci xiv: «et prima die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: quo vis eamus, et paremus tibi vt manduces Pascha?» Lucae item xxii: «venit autem dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha: et misit Petrum et Ioannem dicens, euntes parati nobis Pascha vt manducemus:» at haec omnia aperte probant, Christum diem celebrando Paschae diuinitus praefinitum non anteuersisse, sed illud legitima die peregisse, eodemque Eucharistiam instituisse: ergo. Etenim dies a Lege praescriptus Luna xiv. erat mensis primi ad secundam vespeream, quae et Lunae xv. prima vespera erat; id est Lunae xiv. exitus, et xv. initium; vt constat ex his verbis Leuitici xxii: «mense primo quartadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est; septem diebus comedetis azyma,» cet.

Secundum momentum suppediunt auctoritas Ecclesiae: sic enim in Tridentina Synodo adunata loquitur: (1) «nam celebrato veteri

Tom. III.

Hhh

Pas-

(1) Sess. xxii. cap. 1.

ex eo euincitur, quod Concilium Tridentinum vbi id ministris iungit, nullum excipit tempus, quo ab ea regula liceat recedere. Sed et euincitur ex eo, quod Indulgentiae antiquitus erant quaedam Canonum relaxationes factae in gratiam Poenitentium, quos Martyres seu Confessores datis libellis Episcopis commendauerant. Itaque quum nunc antiquus Canonum rigor non seruetur, si quid ex Satisfactionibus quae impendi debent, detraheretur, facillima abs dubio fieret lapsi hominis cum Deo plena reconciliatio; proindeque ordo ab ipso Christo institutus inueteretur; quem quidem neutiquam alicui humanae potestati voluit subiectum.

Nec obest quidem dictis Indulgentias ad nihilum profuturas vltra, iis qui labore gratitatis cuiusmodi conueniente perfunguntur: etenim vt responder sapientissimus Sorbonicus Doctor Natalis Alexander, «Indulgentias, quantumcumque plenariae supponantur, illis non prosunt, qui Satisfactionem peccatis proportionatam non solum implere; sed iis tantum qui licet parati sint ea persolvere, non possunt tamen ob vitae breuitatem, vel id non exequuntur toto eo feruore, qui alioquin requiretur.»

LIBER XV.

Reliqua nouae legis Sacramenta, Eucharistiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, atque Matrimonium complectens.

CAPVT I.

In Eucharistiae Sacramenti auctorem inquiri: Institutionis tempus designat.

Christus Dominus legitima die, Luna scilicet xiv. mensis primi exeunte, cum vniuersa Iudaeorum gente Pascha peregit, atque Eucharistiam instituit.

Sunt huius propositionis plurima et validissima momenta. Primum suppediunt Scripturae: nam Matth. xvi. legitur: «prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: vbi vis paremus tibi comedere Pascha?» Et Marci xiv: «et prima die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli; quo vis eamus, et paremus tibi vt manduces Pascha?» Lucae item xxii: «venit autem dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha: et misit Petrum et Ioannem dicens, euntes parati nobis Pascha vt manducemus:» at haec omnia aperte probant, Christum diem celebrando Paschae diuinitus praefinitum non anteuersisse, sed illud legitima die peregisse, eodemque Eucharistiam instituisse: ergo. Etenim dies a Lege praescriptus Luna xiv. erat mensis primi ad secundam vespeream, quae et Lunae xv. prima vespera erat; id est Lunae xiv. exitus, et xv. initium; vt constat ex his verbis Leuitici xxii: «mense primo quartadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est; septem diebus comedetis azyma,» cet.

Secundum momentum suppediunt auctoritas Ecclesiae: sic enim in Tridentina Synodo adunata loquitur: (1) «nam celebrato veteri

Tom. III.

Hhh

Pas-

(1) Sess. xxii. cap. 1.

» Pascha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum
» Israel immolabat, nouum instituit Pascha « Atque hanc suam esse
sententiam in Catechismo Romano declarat. (2)

Tertium momentum ex Traditione sumitur: equidem Epiphanius Ebionitas usum carnium damnantes redarguit, (3) ex quo Dominus Iudaeorum Pascha comederit, quae constabat agno, ac sine fermento subactis panibus. Tertullianus quoque aduersus Marcionem, (4) bonam esse veterem Legem adseruit, propterea quod etiam Dominus Pascha a Mose promulgatum seruaui. Tradidere similia alii Patres.

Quartum momentum offert alliarum opinionum refutatio: Iudaeos enim eo anno eadem die Pascha legale impluisse, nec eius celebrationem in diem alteram distulisse, ex Luca et Marco manifeste colligimus: ut enim supra memorabamus, Lucas inquit: » venit autem dies azymorum, in qua necesse erat (praeccepti scilicet necessitate) occidi Pascha. « Et Marcus: » et primo die azymorum, quando Pascha immolabant: « ex quibus exploratum habetur, primum illum diem, secundum Lucam, immolando Pascha destinatum esse; eadem die, secundum Marcum, Iudaeos, seu vniuersam Hebraeam gentem, eo anno Pascha immolasse: igitur quum eodem primo azymorum die celebratum a Christo Pascha iidem Euangelistae restentur, conficitur inde, conuenisse cum Christo Iudaeos in legitima celebrandi Paschalis die.

Deinde: etsi Christus, seu supremus Legis cuiusque Dominus, non esset Mosaeicae obnoxius, nusquam tamen, licet supremo iure posset, id sibi sumit, ut aliquod eius caput violaret; immo omnia Legis mandata religiosissime seruaui, obiectamque sibi a Phariseis et Scribis Legis violationem inuictis argumentis a se depulit, demonstrans, nihil unquam a se in Mosem peccatum esse: ab omni ergo fide ac veritate abhorret, quod alia tenet opinatio.

Accedit momentum ex Quartodecimanorum errore petitum: quum enim Luna xiv. Martii dominicum Pascha Iudaeorum more peragendum esse docerent, atque stultam suam opinionem exemplo Christi Apostolorumque defenderent, nemo vnus inter Graecos Latinosque Scriptores, Romanos etiam Pontifices, occurrit, qui errorum huiusmodi conuellere adgressus, hoc a Quartodecimanis fundamenti loco positum falsi arguerit: obtinebat ergo tunc firmissima apud omnes

(2) Part. II. cap. 4. (3) Haer. xxx. (4) Lib. iv.

nes persuasio de celebrato a Christo Paschate supremo, non alio die, quam qui fuerat diuinitus constitutus.

CAPVT II.

Opinionibus in contrarium relatis, earumque rationibus dilutis, amplius sententia nostra firmatur.

Celebrasse Christum Dominum Legale Pascha, omnium primus negasse legitur Marcion Heresiarcha: quum enim Legem Mosaicam diabolo auctori ille adscriberet, ad quam destruendam Christum in phantastica carne venisse diceret; a Christo veteris Legis caput illud praetermissum et posthabitu fuisse contendebat. Ab hoc Marcionis errore de Mosaeicae legis auctore, etsi procul abesse Ioannis Philoponus, cognomento Grammaticus, a quo Trithemiae Seculo iv. enati sunt; negauit tamen Christum postremum Pascha Iudaicum celebrasse: negarunt quoque Seculo ix. Graeculi quidam, quos inter Anonimus, (1) et aliter ignorus Scripior, (2) multis probare conati, Christum in mortis priuilegio legalem Coenam non perigisse.

Primus inter Latinos in hanc Graecorum opinionem concessit Marcus Antonius de Dominis, quem postea excepit Hugo Grotius, et cum eo plerique ex Arminianis et Socinianis. Ast dolendum quam maxime est quosdam Catholicos, eosque doctrina ac pietate spectabiles, praeposterum hoc falsumque adoptasse placitum. Nam illud inuehere apud Italos molitus est Hieronymus Vecchietus Florentinus. (3) E Gallis vero illud praeceteris auide arripere, atque constabile conati sunt, Bernardus Lamy, (4) Augustinus Calmet, (5) Tourneinus, (6) alique. Abstineamus tamen ab omni theologica censura quod nolimus Ecclesiae iudicium anteuertere.

Aliis Latinorum visum fuit quidem celebrasse Christum legale Pascha, atque Eucharistiam instituisse Luna xiv. exeunte; sed Iuda-

Hhh 2

(1) In Disput. adu. Iudaeos.

(2) In lib. de S. Paschae Festo.

(3) In lib. de anno primitiuo ab exordio mundi ad annum Iulian. accomod.

(4) In Dissert. de hoc arg. edita.

(5) In Dissert. de nouis. Chr. Paschate.

(6) In suis Thesib. Theolog. Et in Epist. ad P. Honorat. a S. Maria.

daeos tamen distulisse mactationem agni in diem alterum post Domini Crucifixionem, quod non vna explicant ratione, vt legere est in Dionysio Petauio, (7) Vossio, (8) Carolo Sigonio, (9) et Christiano Lupo. (10) Nec defuere, qui mactatum agnum dicerent Luna xiv. ineunte: qui in alias etiam sententias abirent.

Eorum vero argumenta haec, vt plurimum, sunt. Argumentantur itaque ex Scripturis. Ioannes, inquit, cap. xiii. ait: »ante diem festum Paschae, & cet.: agens sane de legali Coena a Christo suprema vitae suae nocte cum Apostolis celebrata: ergo aut Christus diem legitimum praeuerrit, aut Iudaei eiusdem Festi solemnitatem in diem alterum transtulerunt.

Deinde vt legitur Matth. xxvi. Principes Sacerdotum Concilium inierant interficiendi Dominum; sed dicebant, »non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo:« aut ergo Christus legale Pascha pridie quam pateretur non celebrauit, aut celebrauit illud solemnitate azymorum inchoata.

Praeterea Ioannis xvii. dicitur de Iudaeis: »et ipsi non introierunt in Praetorium vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha:« vnde aperte sequitur, Hebraeos nondum tempore meridiano Ferae vi. Paschalem victimam manducasse: diem ergo antequam terat Christus, vel Iudaei distulerant.

Rursus: Fera vi. in qua Christus Crucifixus est, vocatur apud Ioannem cap. xix. *Parascue Paschae*, non *Parascue Sabbati*: ergo dies proximus Sabbati erat azymorum primus, quo ineunte mactandum erat Pascha, et facto vespere comedendum.

Insuper: in eodem capite legitur rogatum Pilatum a Iudaeis fuisse, vt crucifixorum crura frangerentur, ne remaneret in Cruce corpora Sabbato: *erat enim magnus dies ille Sabbati*: at non alia de causa, nisi quia simul cum eo concurrebat primus azymorum seu festiuitatis Paschalis dies: ergo.

Ad haec: narratur in historia Evangelica plura, quae in primo azymorum die fieri non poterant: scilicet milites armati, Concilium summo mare initum, adpellatio ad Romani Praesidis tribunal, exequutio supplicii, reliqua: ergo.

Accedit: si Christi dies emortalis fuit azymorum primus, seu quintusdecimus *Nisan*, necessum est, vt anno illo Pentecostes, seu dies

(7) Animado. in Epiph.

(9) Lib. iiii. de Rep. Heb. cap. 9.

(8) Disput. xix. Thes. 3. et 4.

(10) In Diss. de S. Leon. ix. Act. p. 3.

dies quinquagesimus incidit in Sabbarum: celebrari enim debebat Festum illud post quinquaginta dies enumeratos a secunda die azymorum, siue a decimasexta *Nisan*, vt constat ex cap. xxiii. Leuitici: atque alterum illum diem statutum pro ritu manipuli, fuisse decimasextam mensis primi tradit quoque Iosephus: (11) sed repugnat vetustae Traditioni, quae adserit Pentecosten incidisse in Dominicam, ac in Dominica circa horam tertiam Spiritum Sanctum in Apostolos fuisse illapsum: igitur, cet.

Postremo: verba illa Christi ad Iudam post absolutam Coenam directa, in cap. xiii. Ioannis relata; nempe *quod factis, fas citius*, intellexere discipuli nonnulli de praecepto emendi, quae ad celebrandum Pascha necessaria erant: quae non sic intelligere possent, si ante Coenam celebrasset cum eis Pascha: non ergo celebrauit.

Quibus tamen in hunc modum occurritur: Ad primum itaque dicendum ex S. Thoma: (12) »quum dicitur Ioan. xiii. *ante diem festum Paschae*, intelligitur hoc fuisse Luna quattadecima, quae tunc euenit fera quinta: nam Luna existente quattadecima erat dies solemnissimus Paschae apud Iudaeos, et sic eundem diem, quem Ioannes nominat *ante diem festum Paschae* propter distinctionem naturalem dierum, Matth. nominat primum diem azymorum, quia secundum ritum Iudaicae festiuitatis solemnitas incipiebat a vespera praecedentis diei.«

Hoc S. Thomae responsum Theologi ac Interpretes ferme omnes, non Catholici solum, sed et inter Nouatores doctissimi excipiunt: inde animaduertentes maioris claritatis conciliandae gratia, olim apud Iudaeos, vt et nunc apud Christianos, alios fuisse dies sacros, siue legales, celebrandis festiuitatibus addictos, alios naturales, naturae scilicet lege distinctos, artificiales alios quotidiano operi faciendo destinatos: sic vocatos, quod soleant eo temporis spatio in suis operibus artifices occupari. Ex his diebus, legales ab vnus diei vespera inchoati in sequentis diei vespera desinebant, secundum illud Leuit. cap. xxiii: *a vespera ad vesperam celebratis Sabbata vestra*: naturales a media nocte ducentes initium ad alterius noctis dimidium protrahantur: artificiales autem, qui et vsuales, ab aurora ad auroram producebantur.

Quibus quidem sic expositis omnis inter Evangelistas antilogiae species euanesceat: et Ioannem tribus aliis mirifice consonare deprehendatur.

(11) In lib. iiii. Antiq. cap. 10.

(12) III. Part. q. xlvii. art. 9.

henditur : scribunt etenim hi peractam a Christo legalem Coenam *prima azymorum die* rectissime ac verissime : ab ea enim vespera, qua memorant recubuisse cum Apostolis Christum atque coenasse, iam initium sumserat Luna xv. et primus azymorum siue Paschalis solemnitas dies sacrus et legalis, a vespera ad vesperam celebrandus : quia tamen nondum coeperat eiusdem Paschalis solemnitatis naturales dies, qui non nisi in dimidio illius noctis exordium capiebat, et in media die sequentis nocte erat desiturus, merito Ioannes dixit, factam fuisse legalem Coenam *ante diem festum Paschae*, scilicet naturalem.

Ad secundum respondet Chrysostomus his verbis : (13) « considera valde ipsos timere, non Deum, neque ne malus scelus esset in ipsa Paschae celebratione tam tetrum facinus facere, sed homines et tumultum : ira tamen inflammata, posteaquam proditorem inuenerunt, commutati expectare non potuerunt, sed in ipsa solemnitate ipsum occiderunt. »

Neque melloris commatis est tertium : quod facile solunt Theologi ex his S. Thomae verbis : (14) « quod autem dicitur, *ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha*, intelligendum est quod ibi Pascha non dicitur agnus Paschalis, qui immolatus fuerat Luna xiv., sed cibus Paschalis, id est, azymi panes, quos oportebat comedi a mundis : vnde Chrysostomus Hom. 82. in Ioan. « aliam expositionem ponit, quod Pascha potest accipi pro toto Iudaeorum festo, quod septem diebus agebatur. » Siue ergo de azymis panibus, siue de toto Paschatis festiduo ac legalibus victimis, quae ad edulandam eius festi laetitiam toto eo dierum spatio offerebantur et comedebantur, hoc Paschalis nomen apud Ioannem ambiguum interpretari voluerimus, habebimus perspicua Scripturarum testimonia vtrique interpretationi fauentia.

Equidem Lucas scribens Act. II., Petrum in vincula datum fuisse ab Herode volente *post Pascha producere eum populo*, seu consummata solemnitate Paschali morte plectere : atque adnotans *tunc fuisse dies azymorum*, Paschalis nomine azymorum dies significauit. Paschalis quoque nomine intelligi victimas pacificas, toto eo temporis intervallo a Iudaeis immolari solitas, indicant haec Deuteronomii verba cap. xvi. *immolabisque Domino Deo tuo de vitibus et de bobus, cer.*, quibus tamen vesci non poterant nisi mundi. Igitur Iudaei, qui Christum ad Pilatum adduxerant, veriti, ne incircum-

(13) Hom. lxxx. in Matth. (14) Vbi supra.

cumcisi, et prophani iudicis Praetorium ingressi ac legali sorde polluti, Paschales hostias edere subinde non possent, ingredi Praetorium noluerunt, etsi praecedenti vespere agnum Paschalem iam commedissent.

Quartum leue est et explicatu facillimum : quod enim Ioannes ait, *erat Parascae Paschae* ; non de praeparatione ad Pascha, sed de Feria vi. cum Paschali solemnitate concurrente Theologi communiter interpretantur : et recte quidem, atque ad germanam Euangelistae sacri mentem : nam quae Ioanni est *Parascae Paschae*, Marco est *Parascae ante Sabbatum* : immo Ioannes ipse paulo infra scribens, *Iudaei ergo, quoniam Parascae erat, ut non remanerent in Cruce corpora Sabbato, cer.* : satis declarauit, se Parascae Paschae paulo superius posuisse, non quod esset Paschalis peruiugium seu praeparatio ad Pascha, sed quod Feria vi. esset *Parascae* a Iudaeis dicta, seu praeparatio ad Sabbatum : quam idcirco *Paschae Parascae* appellauit, quod eo anno primus ipse solemnissimus Paschalis dies in Feriam vi. seu Parascae incurreret.

Quintum sic solutum est : vocari ab Euangelista magnum diem illum, qui Christi mortem subsequutus est, non quod primus azymorum dies et Paschalis celebritas in eum inciderent, ut contentum aduersariis ; sed quod in secundum azymorum diem Sabbatum illud incureret : quo die populus templum Domini adibat cum victimis pacificis, et spicarum manipulum offerebat : si vero festi dies, quibus eum holocaustis et victimis populus secundum legem coram Domino adparebat, *magni* dicerentur.

Sextum ira diluendum est : Fatemur in primis multas legis transgressiones a Principibus Sacerdotum factas ut Iesum perderent. Quid ergo ? Mirumne aut incredibile cuiquam videri debet, homines sceleratissimos, qui sacratoria omnia, naturae, iustitiae, pietatis, ac veritatis iura in Christi iudicio proculcarunt, ceremoniam legem neglexisse, et nefarium scelus, quod in Encensarium et Tabernaculorum solemnitate, in templo ipso multi fuerant, data opportunitate ipso Paschalis die impleuisse ? Absit tamen, ut Iosephum et Nicodemum Christi Pollinctores violati festi aduensemus, quum et Tobiae exemplo, et Rabbiorum doctrina perspectum sit, Sabbato atque solemnioribus diebus sepeliri posse cadavera, et Rab. Iacob Beniudae doceat, primo azymorum die exerceri posse quidquid ad funus pertineat, licite quoque vendi et emi, quae sunt ad sepulturae officium necessaria.

Octauum, vt expedit nonnulli, fidenter negant, anno Christi emortuali Pentecosten, et Spiritus Sancti in Apostolos illapsam incidisse in Dominicam: Traditionem quae id fert, ceu fictitiam explodant, contenduntque Pentecosten Iudaicæ festum, et visibilem Spiritus Sancti missionem cum Sabbato coincidisse. Pro hac Traditione pugnat acerrime cum Cardinalibus Baronio et Bellarmino ac pluribus Theologis sapientissimus Pontifex Benedictus XIV: (15) atque vt propositam difficultatem enodet, concedit, quinquaginta dies numerandos secundum Legem fuisse a secundo azymorum die, si secundus incidisset in Sabbatum: quare quum eo anno quo Christus passus est, secundus azymorum dies in Sabbatum incurreret summo numerandi initio, non ab eo, sed a tertio die quae Dominica Resurrectionis fuit, subductis calculis patet, quinquagesimum diem Leuitici xxiii. festo Pentecostes additum in Dominicam incidisse.

At nos aliam, eamque ritam arripimus viam: itaque licuisse primum, messis hordeaceae manipulum coram Domino eleuandum secundo azymorum die etiam in Sabbatum incidente colligere, vt certum ponimus: tum quod demissio haec acris religionis esset a Deo praescriptus, ideoque non posset inter opera seruilia Sabbati religioni contraria computari; tum quod innumeri Synagogae Magistri id luculenter adferunt: hinc facta a secundo azymorum die, qui eo anno cum Sabbato erat coniunctus, numerationis quinquaginta dierum initio, numerus hic in septimae hebdomadis Sabbato completus est, atque Pentecosten Iudaica eo anno vere in Sabbatum incidit. Ipsone vero Iudaicæ Pentecostes die concurrente cum Sabbato Spiritus Sanctus ad Apostolos venit? Ita quidem sentiunt Recentiores plurimi aduersus antiquam Ecclesiae Traditionem, a qua non recessissent, si animo secum reputassent, nec Constitutionum Apostolicarum auctorem, nec Sermonum veterum qui inter Augustini opera exant, Scriptorem, nec S. Leonem Magnum, Traditioni huic testimonium perhibentes, adserere a secundo azymorum die, et ab eleuatione manipuli, sed a Resurrectione Domini quinquagesima die Spiritum Sanctum in Apostolos descendisse; quod nemo non verissimum agnoscit: quum enim Christus *prima Sabbati*, id est prima post Sabbatum, quae nobis Dominica est, resurrexerit, euident est dies quinquaginta ab hac Dominica ductos, item in Dominica die desinere. Etsi ergo Iudaica Pentecosten in Sabbatum

(15) In opere de Festis Christi et Deiparae.

inciderit, non ramen eodem, sed sequenti die Spiritus Sancti illapsus fignus, quod Pentecosten Iudaicæ ratio ex secundo azymorum die habenda sit, qui eo anno in Sabbatum incidit; illapsus vero Spiritus Sancti ex Domini Resurrectione, quae in tertium azymorum diem incurrit.

In vltimo quod obiciunt alucinantur aduersarii: quasi vero si dies sacer et legalis caeptus iam fuisset, nemini Apostolorum in mentem venire potuerit, iussu fuisse Iudam a Christo emere quae agendo diei festo necessaria erant. Eecur enim id Apostolorum nullus reputare secum animo potuit? An quod ea esset Paschalis solemnitate religio, vt nefas esset ea recurrenre cibos aliaque eius celebrationi necessaria parare? Perperam quidem, et falso id visum est aduersariis: nam Exodi xii. iubenter Hebraei primum et septimum azymorum diem solemnem habere, hisque diebus ab omni opere cessare, exceptis his quae ad vescendum pertinent.

CAPVT III.

Disserit de materia Eucharistiae: de azymo insuper pane ac fermentato.

Solus panis triticeus et vinum de vite apta sunt huius Sacramenti materies.

Quod perinde Sacramentum ex fermentato vel azymo pane conficitur.

Ast illud in azymo Christus Dominus consecrauit.

Primum propositionem tradunt apertissima Scripturarum testimonia: enim commendasse Christum in pane et in vino Sacramentum corporis et sanguinis sui, ac praecipisse vt in Ecclesia sua idem perpetua religione fieret, Matthaeus, Marcus, Lucas, Ioannes, atque Paullus Apostolus testantur: sic nempe tem Matthaeus cap. xxvi. declarat: *in coenantiibus autem eis, accepit Iesus panem, et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: accipite et comedite, hoc est corpus meum. . . . et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis dicens: hic est enim sanguis meus, noui Testamenti, qui pro*

multis effunderetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, « cet. Habent similia alii Euangelistae. Paulus vero in 1. ad Corinth. 11. ait: « hoc facite in meam commemorationem; quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat: » atqui ea certe Sacramenti Eucharistiae est apta materia, qua vsus est Sacramentorum auctor Christus, iusque aliis ritu perpetuo adhiberi: ergo.

Tradunt hanc ipsam veritatem Patres: Iustinus nempe (1) et Clemens Alexandrinus, (2) Eucharistiam figuratam dicentes in pane et vino sanctificato, quod obrulit Melchisedech; Cyprianus denique, (3) omnesque omnium temporum Patres.

Firmatam praeterea hanc veritatem in Conciliis legimus: nam Concilium III. Carthaginense statuit: (4) « vt in Sacramento corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est, panis et vinum aqua mixtum. » Et Concilium Florentinum: (5) « tertium, inquit, est Eucharistiae Sacramentum, cuius materia est panis triticeus, et vinum de vite, » cet.

Accedit congruentiae ratio a S. Thoma adducta, atque ex multiplici capite sumta; vsus nempe Passionis Christi; effectus respectu vnusculusque summentium; respectu etiam totius Ecclesiae. Legatur ipse Doctor Angelicus. (6) Praeter hanc tamen rationem, aliasque bene multas, quae pro hac re facere possent, decretorium est argumentum ex perpetua Ecclesiae consuetudine ductum, qua nullus est sanior diuinae institutionis interpret. Equidem fuisse istam Ecclesiae perpetuam consuetudinem, inter innumera momenta, illud praecipue conficit, quod in magno Chalcedonensi Concilio legimus (7) inter plura videlicet Dioscori Patriarchae Alexandrini scelera, hoc quoque ei fuisse obiectum, et inter damnationis eius capita positum, quod coentum multo argento triticum vetudrit in Lybiam transferri, fueritque probe auctor, vt ibi inueniri sacrificii oblatio cessarit; quum propter soli ariditatem triticum in Lybia non nascatur.

Secundam propositionem demonstrant Ecclesiasticae definitiones. Eam siquidem Synodus Florentina, in qua schismate sublato Graec-

(1) In Apol. II. (2) Lib. IV. Strom.

(3) Epist. LXII.

(4) Can. XXIV.

(5) In Instruct. Armen.

(6) III. Part. quaest. LXXIX. art. 1.

(7) Act. III.

Graecam inter et Latinam Ecclesiam vltio conflata est, his verbis statuit: « Definimus in azyzo, siue in fermentato pane triticeo Christi corpus veraciter confici. » Praeuerant huic definitioni Seculo XI. Gregorius VII. et Leo IX. Romani Pontifices; et Seculo XIII. Concilium Generale Lugdunense II. ad reuocandos ad Ecclesiae vnitatem Graecos celebratum.

Demonstrant insuper propositionem Constitutiones illae Ecclesiasticae, quibus prohibentur Latini fermentum improbare. Est huiusmodi Pii V. Constitutio: *Prouidentia Romani Pontificis*; qua inhibuit: « ne deinceps Presbyteri Graeci, praecipue vxorati, latino more, et Latini graeco ritu missas et alia diuina officia celebrare, vel celebrare facere praesumant. » Quod pariter prohibuit Constitutio: *Etsi Pastoralis* Benedictus XIV. Sancte igitur in Fidei professione a Graecis ad vnitatem Ecclesiae, eiurato schismate, accedentibus emittenda, quae Gregorii XIII. iussu edita graece ac latine est, inter alia Fidei capita hoc quoque censetur: « item in azyzo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, » cet.

His addi possunt quae habet S. Thomas: (8) aptissime distinguens, quid Fidei sit, quid disciplinae, quid Sacramento conueniat, quidue sit necessarium. Ait enim: « circa huius Sacramenti materiam duo considerari possunt; quid scilicet necessarium, et quid conueniens. Necessarium quidem est, vt sit panis triticeus, sine quo non perficitur Sacramentum: non est autem de necessitate Sacramenti vt sit azyzus vel fermentatus, quia in vnoquoque confici potest. Conueniens autem est, vt vnusquisque ritum seruet Ecclesiae suae in Sacramenti celebratione, » cet.

Tertia tandem propositio demonstratur ex dictis in superioribus capitibus, vbi de huius Sacramenti institutione actum est: Christum enim legale Pascha celebrasse Luna XIV. mensis Nisan exeunte, ac die primo azyzorum, quando sublatum erat e domibus Hebraeorum fermentum, aderantque tantum mensis adpositae panis azyzi placenta, ibi demonstrauimus: atqui Christus Dominus Sacramentum Eucharistiae instituit in ea Coena, atque in pane ibidem adposito: ergo illud in pane azyzo consecrauit.

Virtur hoc argumento Leo Papa IX. (9) vbi ait: « qui non venerat soluere, sed adimplere, iuxta ipsius legis praeceptum, ex

lib. 2.

azy-

(8) Vbi sup. art. 4. (9) In Epist. ad Michaëlem CP. Archiep.

»azymis et vino nouum, sicut aperte Lucas narrat, discipulis tra-
 »didit; neque enim totis octo diebus fermentatum adparebat in om-
 »nibus finibus Israel, et apud quemcumque inueniebatur, peribat
 »anima eius de populo suo. Quod si in Coena Domini Iesu adpa-
 »ruisset, aut ipse, seu discipuli eius quoquo modo gustassent, iuste si-
 »cut prauaricatores legis perirent, nec ipse Dominus diceret suis
 »invidiatoribus, quis ex vobis arguat me de peccato? Nec opus es-
 »set falsos testes ad perdendum eum quaerere; quum hoc solo per-
 »deretur iuste. 45

CAPVT IV.

*Haereticorum erroribus relatis, Graecorum item falsa opinione,
 omnium arguitis occurritur.*

Ab ipso ferme Ecclesiae nascentis exordio catholicam de Euchari-
 stiae Sacramenti materia doctrinam variis erroribus Haereticis conspu-
 carunt. Pudor sane ipse vetat vel leuiter innuere materiam omni-
 nium spurcissimam a Gnosticis ad Eucharistiam conficiendam adhibi-
 tam, et ab Epiphanio (1) memoratam: mittimus et Ophitarum deliramentum; qui vt Augustinus tradidit, (2) »habebant verum
 »colubrum adsuetum eorum panes lambere, atque eius contactu
 »velut Eucharistiam sanctificare: »mittimus et alia plurima; illud
 »que solum scribimus quod habet S. Thomas, vbi inquit: (3) »ci-
 »ca huius Sacramenti materiam quidam multipliciter errauerunt: ali-
 »qui enim qui Arrotilytae dicuntur, vt ait Augustinus in lib. de
 »haeresibus Haer. 28., panem et casum in hoc Sacramento offe-
 »runt dicentes, a primis hominibus oblationes de fructibus terrae
 »et ouium fuisse celebratas: alii vero Cataphryges scilicet et Pepu-
 »ziani, de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis
 »punctionum vulneribus extorqueant, quasi Eucharistiam suam fa-
 »cere perhibentur, miscentes eum farinae, et panem inde facien-
 »tes: quidem etiam de Tatiani Schola, Encratitae, seu continentes
 »dicit, aquam solum sub sobrietatis specie in hoc Sacramento offe-
 »runt. Aquarii haec de causa vulgo adpellati. 46

An vero Christus azymum panem consecrauerit, an fermentatum,
 acerrime Graecos inter et Latinos disputatum est: Graeci si-

(1) Haer. xxvi. (2) In lib. de Haer. cap. 17. (3) III. Part. qu. lxxiiv. art. i.

quidem multis ab hinc seculis contendunt, fuisse a Christo institu-
 tam Eucharistiam in fermentato: suae inde praxi de fermentato pa-
 trocinium vindicantes; omnibus praeiuit medio Saeculo xi. Michael
 Caerularius Patriarcha CP: confessus siquidem est in Epistola ad Ioan-
 nem Tranensem Episcopum data, Christum azymis quidem vsum
 fuisse, vt Pascha Mosaicum comederet; fermentatum vero adhibuisse,
 vbi christianum Pascha seu Eucharistiam instituit: neque id solum
 Caerularius adseruit, sed ira in Ecclesiam Romanam periretius
 scripsit, non illicitam modo, sed et irritam esse consecrationem,
 quam quis azymo pane tentauerit; Latinos azymum consecrantes
 Azymitas per ludibrium vocans. Cuius quidem insignis temeritatis
 rei habitus fuit Hieremias, CP. et ille Patriarcha; habiti etiam sunt
 Graeci omnes Schismatici, perpetuam Latinis litem intentantes, quod
 azymum consecrent.

Primum autem propositionem his argumentis labefactare Haereti-
 ci conantur. Primum: panem triticeum et vinum de vite non vs-
 que adeo fixam esse Sacramenti huius materiem, vt etsi alterutra
 desit, subrogari alia non possit, illud suadet, quod quum Christus
 Sacramentum vbique terrarum perficiendum instituerit, credere par
 est indulsisse illum, vt ad Eucharistiae consecrationem ea symbola
 adsumerentur, quae incolis essent loco panis et vini: alioquin faten-
 dum erit, noluisse illum mysterium hoc vbique gentium celebrari;
 quum in pluribus regionibus non esse triticum, nec vinum comper-
 tum sit: ergo.

Secundum: ex quolibet frumenti genere quum deest triticum,
 pura spelta, farre, hordeo, siligine, confici posse hoc Sacramentum,
 veteres Scholastici docent Augustini auctoritate freti, necnon He-
 braeorum vsu, qui azymos panes Paschales, quos figuram Eucha-
 ristiae esse nemo ignorat, ex spelta vel hordeo, si desit triticum,
 conficiunt: ergo.

Tertium: acetum naturam vini iam exuisse explorata res est: at-
 qui vinum acidum, quod vocatur acetum, posse consecrari, Inno-
 centius III. declarauit: ergo.

Quartum: permisisse Noruegis Innocentium VIII. vt absque vi-
 no Eucharistiam conficerent, tradit Raphael Volateranus; (4) atque
 Alexandrum VI. Innocentii successorem, prono fuisse animo ad idem
 alii concedendum scribit Bartholomaeus Fumus: (5) ergo.

(4) In lib. vii. Geographiae. (5) In Summa.

Quintum : posse Romanum Pontificem concedere , vt vbi vini copia non est , absque eo Eucharistia conficiatur , sensit venerabilis quidam Deus seruus , cuius meminit Benedictus XIV : (6) quin Beaticationi illius impedimento fuerit haec doctrina , quae et nonnullis Theologis aridet : ergo et poterit indulgere Rom. Pontifex , vt vino deficiente vna tantum species consecratur , et indulgere poterit , vt vini inopia alio quouis liquore ad porum apto suppleatur.

Aduersus secundam propositionem haec produunt : azymum , inquit , panis non est ; panis enim a verbo *attollo* dicitur , proindeque secundum nominis etymologiam , fermentum includat oportet : ergo.

Deinde : azyma quum insipida sint , visusum Eucharistiae effectum exhibere non possunt : sunt quoque illa tristitiae ac doloris symbola : vnde Moses praescripsit Iudaeis , vt semel in anno eis vterentur , in memoriam miseriarum quae in deserto fuerant passis ; quum e contrario Eucharistia sit laetitiae signum : proptereaque olim apud Latinos Ieiuniorum diebus non sumebatur ; vt nec his temporibus apud Graecos : ergo.

Insuper : Melchisedech non obtulit azymum panem : neque ergo debet illum offerre Ecclesia ; quum illius ministri inaugurati Sacerdotes secundum ordinem Melchisedech fuerint.

Praeterea : azyma Iudaeis propria sunt : qui igitur illis vitur in Religionis ritibus cum Iudaeis communicat.

Rursus : qui azyma adhibent , sacro Ebionitis consentiant , Iudaismum cum Christianismo iungere tentantibus ; ita vt vellent , sine salutis dispendio , a Christianis praetermitti non posse praescriptos a Mose ritus.

Accedit : Patres Concilii Trullani seu Quinisexti conceptis terminis Iudaeorum azyma prohibere ; quod nimirum conserere eorum vsum Christianos dedecere : ergo.

Postremo : si in azymo vel fermentato pane facta consecratio valeret , haud nefas esset Graecis in azymo , et Latinis in fermentato Eucharistiam conficere : atqui nefas id a Latinis omnibus iudicatur : ergo.

Quae contra tertiam propositionem pugnant videntur argumenta,

(6) In opere de Seru. Dei Beaticat.

ta , et adducta , et soluta sunt in secundo capite huius libri ; vbi de Eucharistiae institutione loquuti sumus.

Veniendum ergo iam iam est ad ea soluenda , quae nuper ex Haereticorum Graecorumque scriptis hausta sunt. Et primum quidem primae classis inane prorsus est , et aduersus Christi institutionem obicitur : nam vt ait S. Thomas , (7) etsi non in omnibus terrarum orbis partibus nascatur triticum aut vinum , facile tamen ad omnes terras deferri potest , quantum ad huius Sacramenti vsum sufficit , quod certissima plurimorum adestatione exploratum est. Neque nos quorundam Scholasticorum opinio mouet secundo loco adducta : licet enim quiddam emittat aristas , vt far , hordeum , saligo , cet. frumentum dici possit , abest tamen a communi hominum loquendi vsu , vt triticum adpelletur : quare quum solum triticum panem aptam Sacramenti huius materiem esse Florentina Synodus perpetua Ecclesiae consuetudine freta pronuntiarit ; reliquum est , quoduis aliud frumenti genus ineptum esse , quod in huius Sacramenti vsum veniat. Augustinus autem Eucharistiae materiem *frumentaceum triticum vocans* , nobiliores triticum designauit : vt ex pluribus eiusdem locis patet ; maxime ex illo , vbi Eucharistiam *frumenti adipem* vocat. (8) Quod vero de Hebraeorum vsu iactatur , friuolum est et chimericum , vipote ductum ex libro Rambam Halechoth fabulis redundante ; quas inter Hebraei ipsi numerant , quod de azymis Paschalibus ex farre vel hordeo , tritico deficiente , confectis ibidem traditur.

Ideo autem praeis Scholasticis visus est panis , praesertim ex siligine factus , Eucharistiae idonea materies , quod existimarent siliginem ex tritici semine generari , eiusque idcirco speciei esse ; ast quum haec eorum persuasio probabilis tantum sit , neque ab omni dubitatione remota , quum tritici semen etiam in athenam et zizania ob soli naturam haud raro degeneret ; quae tamen nemo dixerit Eucharistiae materiem esse posse ; ideo postquam discrete ab Ecclesia definitum est , nefas esse in conficiendis Sacramentis materia tantum probabili vti , siligineum panem a Sacramenti huius vsu fidenter remouemus. Nec nobis contrarius S. Thomas est , vbi siliginem videtur admittere tamquam materiem Eucharistiae ; (9) loquitur siquidem ex suppositione , quod non differat specie a tritico : vti ipsi Angelico Doctori visum est certum.

Ad

(7) III. Part. c. xxiv. art. 1. (8) In Enarrat. in Psal. 147. (9) Vbi sup. art. 3.

Ad tertium dicimus: nihil negotii facessere Innocentii III. sententiam: sicut enim ex pane corrupto, quemadmodum docent cum S. Thoma Theologi omnes, nequit hoc Sacramentum confici; ita neque ex vino, quod in acetum plane transierit: ceterum si non ea sit panis et vini corruptio, vt speciem soluerit, rite quidem, seu valide Sacerdos consecrat, grauiter tamen peccat id scienter agens. Vel ergo loquutus est Innocentius de vino, quod nondum plene in acetum versum sit, sed aceres incipiat, nihilque proinde pronuntiauit a communi Theologorum sententia discordans; vel de vino corrupto, quod iam plene aceti naturam induerit, errauitque in hanc opinionem concedens. Quam protulisse illum, non vt supremum Ecclesiae Pastorem, atque ex Cathedra, vt dicunt, loquentem, sed vt Doctorem priuatum, peculiarem suam de argumento quoad versat, sententiam proferentem, Theologi inerrantiae Pontificiae propugnatores dicunt.

Ad quartum reponimus: debuisse aduersarios pudere, illud privilegium obtrudere Noruegis ab Innocentio VIII. concessum; cuius suppositio et falsitas a doctissimis Viris non vno momento reuicta est: huius enim, vt et aliorum eiusdem furfuris praedicata res est sacrilegos artifices et inuitores fuisse Dominicum quemdam Viterbiensem, et Franciscum Maldentem; qui deprehensi atque conuicti, litteras vitiasse, quas Innocentii nomine conscribebant, atque adulterina privilegia vendidisse, suspensio et flammis damnati sunt: nimia ergo credulitate atque imprudentia peccauit Volateranus, narrationem in vulgus effusam nullo adhibito criterio excipiens, et in litteras referens.

Quid vero de Bartholomaei Fumi dicto? Vulgauit et ille incautus Scriptor, quod ex vagis incertisque rumoribus hauserat, quemadmodum Natali Alexandro animaduersum est; (10) et absurdum quod protulerat, quadantenus emoluit addens, Alexandrum VI. rematurius perpensa, a praecipua sententia recessisse.

Quinti solutio est, doctrinam venerabilis Serui Dei, de quo in argumento, nulla censura fuisse notatam, ait ipse sapientissimus Pontifex, quod eam bona fide tradiderit, quo tempore commentitium illud Innocentii VIII. ad Noruegos privilegium legitimum habebatur, atque eius auctorum fraus nondum detecta fuerat. Etsi autem errauit ille innoxie, errauit tamen certissime, et cum eo errarunt Gabriel

(10) In Tract. de Euchar.

briel Biel, Ioannes Maior, et Antonius Diana, docentes concedi posse a Romano Pontifice, vt vna tantum specie, si altera desit, Missae Sacrificium peragatur.

Ad primum insuper secundi ordinis respondemus, nominis etymologiam non semper ex rei substantia, sed ex libera hominum institutione desumi, proindeque nihil ex ea pro rei substantia concludi posse; vt loquitur Cardinalis Humbertus: (11) Quae quidem responsio Humberti Scripturis ipsis innixa est: quippe Leuitici cap. vii. panes dicuntur, tam qui sine fermento, quam qui cum fermento confecti fuissent: atque Lucae cap. vltimo, azymum vocatur simpliciter panis.

Ad secundum dicendum: inter materiam ex qua Sacramenta constant, et effectum quem producunt, debere quidem aliquam esse analogiam, haud tamen necesse esse, vt in singulis materiae qualitatibus reperiat. Panis autem, siue azymus sit, siue fermentatus, corpus alit, ac vires auget, quod et Eucharistia efficit in anima. Azymum praeterea Iudaeis fuit doloris et gaudii signum: doloris quidem quem in deserto passi fuerant, et laetitiae praesentis, qua nimirum adfliciebantur ex memoria suae e manibus Aegyptiorum liberationis. Eucharistia similiter, quum ab oculis Fidelium Christi mortem ponat, quidpiam triste praeteritum significat; prout vero gratiam impetrat, et certum est futurae gloriae pignus, non potest quin communicantes singulari laetitia afficiat.

Tertium sic soluius: conuenit Christi sacrificium cum eo quod Melchisedech obtulit, quod in vtroque panis et vini substantiae materiae loco fuerint; nec opus fuit, vt panis quem Christus transmutauit in suum corpus, qualitates omne accidentales haberet, quae in pane quem Melchisedech obtulit, reperiebantur.

Ad quartum sic presse cum S. Thoma responderetur: (12) Latinos scilicet, «conscientes ex azymo, non intendere legis Moysaicae caeremonias seruare; sed institutioni Christi sese conformare; alioquin et celebrantes in fermentato iudaizarent, quia panes primitiarum fermentatos Iudaei offerebant.» Soluitur et his responsionibus, quod quinto loco fuerant obiectum.

Ad quintum dicendum: Trullanos Praesules, vel iam tunc Romanum ritum ex inuidia suggillasse, vel eos damnasse, qui azymorum dies cum Iudaeis obseruabant. Concilium hoc Trullanum Car-
Tom. III. Kkk di

(11) In Dialogo aduers. Caerul. (12) Vbi supra.

dinalis Humbertus flocci fecit, contendens, editos ab eo Canones nullius omnino esse roboris.

In postremi solutionem multa occurrunt dicenda; quae tamen paucis nos absoluere curabimus. Principio quidem libenter dabimus obliuiscitibus, azymum inter et fermentatum accidentariam tantum esse differentiam, qualis vinum album inter et rubecum intercedit: deinde et illud concedimus, Apostolos fermentato et azymo pane promiscue vsos fuisse in Sacrificio: etiam et hoc nonnullis Theologis dabimus, ab Apostolorum scilicet aeuo ad x. vsque seculum promiscuum fuisse apud Latinos azymi et fermentati vsum, nec nisi a Seculo x. azymi vsum constanter inualuisse; Graecos vero ab Apostolorum aetate ad vii. vsque seculum in azymo pane rem diuinam fecisse, et non nisi labente septimo seculo fermentatum azymo substituisse: quae sane optandi rationes Mabillonio, Cardinali Bona, Honorato a S. Maria, aliisque placent.

Quid tamen inde? (Er fas id modo etiam erit? Quum Christus non omnia determinauit, sed plura ad ritus disciplinamque spectantia Ecclesiae suae determinanda reliquerit; iam dudum huius auctoritate, quae ipsius Christi auctoritas est, fixum determinatumque fuit, quid Graecis Sacerdotibus, quid Latinis agendum: Synodus etenim Florentina haec habet: »Sacerdotes in altari ipsum Domini corpus »conficere debere; vnumquemque scilicet, iuxta suae Ecclesiae, siue Occidentalis, siue Orientalis, consuetudinem.« Et Pius V. in Constitutione quae incipit: *Providentia Romani Pontificis*, expresse vetat: »ne Presbyteri Latini graeco ritu Missas et alia diuina officia celebrent, vel celebrare facere praesumant.« Quibus consona sunt, quae a Gregorio XIII. et Benedicto XIV. constituta fuere. Quod ergo neuter panis ad Sacrificium diuina fuit auctoritate determinatus; quod azymus et fermentatus substantia non differant, facit quidem, vt rata validaque sit consecratio in quocumque fuerit peracta: non autem vt licita sit illa, seu vt a sacrilegio immunis Sacerdos Latinus aut Graecus, si audeat Ecclesiae leges violare. Etsi enim doctissimi Scriptores, Sirmondus, Bona, Mabillonius, Lupus, alique, plurimum inter se dissideant circa azymi apud Latinos, et fermentati apud Graecos vsum, fatendum tamen est, nihil certi hactenus competique haberi, sicut adposite animaduertit Honoratus a Sancta Maria in dissertatione, quam de panis azymi usu in Ecclesia Latina instituit. (13)

AP-

(13) Tom.ii. animad. in Reg. et vsum Critices.

APPENDIX.

Vinum autem, quod vna cum pane Eucharistiae materiam ex Christi institutione propugnabamus, valide consecrari absque aqua posse, Concilia praesertim docent: nam et aquae nusquam meminerunt, et vinum solum ad calicis consecrationem sufficere tradiderunt: ait enim in Concilio Florentino Eugenius IV. quod sicut panis triticeus est Eucharistiae materia, ita et vinum de vite: atque Tridentinum: (14) »semper haec Fides, inquit, in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus verumque »cius sanguinem sub panis et vini specie . . . existere.«

Nullum praeterea extat diuinum de aqua sacro calici infundenda praecipuum: nullibi enim, siue Scripturas scrutemur, siue Patres consulamus, legere est, Christum Dominum commixtionem aquae cum vino imperasse: vnde neque necessaria eiusmodi commixtio est necessitate, quam vocant, *medii*, neque *praeepti diuini*, sed tantum *ecclesiastici*: Ecclesiam siquidem sic praeecepisse, multa declarant; potissimum vero Conciliorum decreta.

Ita enim statutum legimus a Concilio Braecensi iv. (15) Carthaginensi iii. (16) ac Florentino Armenos instruente. Tridentinum vero nedum id decernit, sed et huius mixtionis causas addens, haec profert: (17) »monet . . . Sancta Synodus, praecipuum esse ab »Ecclesia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo misceant, »tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur; tum etiam quia »e latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum »haec mixtione recolitur: et cum aquae in Apocalypsi B. Ioannis »populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vno re- »praesentatur.«

Certa haec Fidei certitudine sunt habenda aduersus Armenos, Graecosque praecipuis, dein et contra Nouatores: qui licet fateantur verisimile esse quod Christus vinum miscuerit, nec diffrentur, veterem Ecclesiam vsam vino mixto fuisse; agnoscant etiam hanc mixtionem adponi a Patribus allegorice; contendunt tamen rem esse adphoram, antiquam praeterea consuetudinem non praescribere his temporibus.

Kkk 2

CA.

(14) Sess. xiiii. cap. 3.

(16) Can. xxiv.

(15) Can. 11.

(17) Sess. xxiii. cap. 7.

CAPVT V.

Verba, quibus velut forma consecratur Eucharistia, exhibet.

Christus Eucharistiam consecrauit verbis euangelicis.

Et ipsis quidem verbis dominicis, non precibus a Sacerdotibus consecratur.

Sed consecrationi essentialia dumtaxat sunt: *Hoc est corpus meum*; et: *Hic est calix sanguinis mei*; vel: *Hic est sanguis meus*.

Constat prima propositio ex euangelica narratione, et Paulli adrestratione in 1. ad Corinth. cap. 11. Legimus enim in Euangelis et in Paullo, Dominum Iesum in institutione Coenae verba consecrationis protulisse; praeeptionem illam subiciens: *hoc facite in meam commemorationem*. Hinc Tridentina Synodus, de Eucharistia loquens, dicit: (1) » hoc admirabile Sacramentum in vltima Coena instituit, cum post panis vniq; benedictionem, se suum corpus praebere ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est; quae verba a Sanctis Euangelistis commemorata, a Diuo Paulo repetita sunt. «

Constat deinde ex Patrum auctoritate. Gregorius Nicaenus haec habet: (2) » statim per verbum in corpus (panis) mutatur, vt dictum est a verbo, *hoc est corpus meum*. « Et Augustinus: (3) » panis ille, ait, quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus est Christi. Calix ille, immo, quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis est Christi. « Leguntur similia in aliis Patribus, quum Graecis, tum Latinis.

Secunda autem propositio demonstratur primo ex Conciliis: nam haec in Florentino leguntur: (4) » forma huius Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit Sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc confecit Sacramentum. « Producta ex Tridentino his adfinia superius sunt.

De-

(1) Sess. xiii. cap. 1.

(3) Serm. ccxxvii. de Diser.

(2) In Orat. Cathec. cap. 37.

(4) In Decreto Vaionis.

Demonstratur secundo eisdem Patrum testimoniis, quibus vsi antea sumus; quibus hoc vnum Ambrosii addimus, quo expresse a verbis consecrationis seiunguntur preces atque quidquid orando, aut narrando profertur: (5) » consecratio autem, inquit, quibus verbis est, et cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quae dicuntur in superioribus, a Sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur, oratio petitur pro populo, pro Regibus, pro ceteris: vbi venit vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus vitur Sacerdos, sed sermonibus Christi. «

Demonstratur tertio ex Liturgiis: omnes siquidem formam consecrandae Eucharistiae in verbis Dominicis statuunt; in precibus autem adiectis plurimum discrepant. Et quidem; vt in Basili, Chrysostomi, aliorumque Graecorum Liturgiis legimus; quum Sacerdos alta voce Christi verba pronuntiauerit, populus vno ore responder, *Amen*: qua responsione fateatur ita reuera esse, quod Sacerdos alta voce affirmauit; panem nempe vinumque, in corpus et sanguinem Christi transiisse; vnde apertissime Cardinalis Bessarion Marcum Ephesium perstringit; (6) inuictissimeque aduersus Graecos ratiocinantur Goarius, (7) Allarius, (8) et Arcudius. (9)

Propositionem tertiam, vclut praecedentium consecratiam habemus; sequitur enim ex dictis ea verba, *qui pridie quam pateretur*, cet., formam sacramentalem non constituere: nam consecratio fit verbis Domini, vt supra demonstratum est: at haec verba, *qui pridie quam pateretur*, non Domini sunt, sed Euangelistarum: non ergo illis perficitur Sacramentum. Consequitur quoque ex dictis non esse de essentia consecrationis calicis verba quae sequuntur post illa, *hic est calix sanguinis mei*: haec enim perfectam orationem continent, sensumque determinatum, non minus ac illa, *hoc est corpus meum*: si igitur haec ad consecrationem panis sufficiunt, et illa ad calicis consecrationem erunt sufficientia.

Hanc tamen propositionem ex Traditione docemur: ait nempe auctor Sermonis de Coena Domini: (10) » ex quo a Domino dictum est, *haec est caro mea, hic est sanguis meus*, quotiescumque his verbis, et hac fide actum est, panis iste supersubstantialis, et calix benedictione sacratus, ad totius hominis vitam salutemque profi-

(5) Lib. iv. de Sacram. cap. 15.

(8) Cap. xvi.

(6) Tom. xxvi. Biblioth. PP.

(9) Lib. iii. cap. 26.

(7) In Eucholog. pag. 139.

(10) Apud Cyprian.

vincit. « Habent his consona Gregorius Nissenus, (11) Gaudentius, (12) reliqui.

Hinc Eugenius Papa in Concilio Florentino Armenos instruens, verba superius adlata protulit; et Concilium Tridentinum (13) definiit, corpus et sanguinem Christi esse in Eucharistia vi verborum: « corpus quidem, inquit, existere sub specie panis, et sanguinem » sub vini specie, ex vi verborum: « Ea autem verba sunt, quibus ipse Christus se suum corpus et sanguinem discipulis praeberet (ex Concilio) testatus est: *hoc est corpus meum: hic est sanguis meus.*

Accedit argumentum ex Liturgiis ductum: omnes siquidem antiquiores, Graecae etiam, licet in quibusdam aliis variae sint atque discordes, conveniunt tamen in assignandis pro vera ac essentiali consecrationis forma laudatis Christi verbis: potissimum vero liturgia S. Basilii, magni quidem apud Orientales ponderis, et liturgia S. Ioannis Chrysostomi.

CAPVT VI.

Haeticorum Graecorumque Schismaticorum errores notantur. Scholasticorum etiam opiniones referuntur. Argumenta dispelluntur.

Quum de consecrationis verbis loquimur, nedum Haeticos, Graecosque Schismaticos, sed et Scholasticos nonnullos experimur contradicentes. Haeticos enim Waldenses Eucharistiam olim, non verbis Dominicis benedixisse, sed Dominica Oratione septies recitata, nonnulli scripserunt. Faere dein permulti negantes in Eucharistiae consecratione verba aliqua esse pronuntianda; quorum Martinus Bucerus agmen duxit. Alii etiam qui proferenda quidem Dominica verba censerent, sed historice, recitatiue, ac narratiue, ad excitandam scilicet populi Fidem, non vero consecrationis instar, qua dona sanctificarentur. Ita Caluinus, (1) quem alii sequuti sunt. Quidam insuper vim quandam consecrationis verbis adtribuere; ac non iis solis, quae Dominus creditur protulisse, sed aliis etiam ea praecedentibus et

(11) In Orat. Catechet.

(12) Tract. II. de Exodo.

(13) Sess. XIII. cap. 3.

(1) Lib. IV. Instit. cap. 17.

et sequentibus; vt Lutherus, (2) quem sequutus est Kemnitus.

Graeci autem complures contendunt, non verbis Dominicis, sed consequente oratione, et benedictione Sacerdotis diuinae Eucharistiae munera sanctificari. Contendunt id quidem Nicolaus Cabasilas, (3) et Marcus Ephesiorum Antistes; (4) a quibus in eo tantum alii recedunt, quod admitentes, concurrere quidem euangelica verba ad donorum consecrationem; illis tamen eam non perfici, sed requiri praeterea preces velint: sunt hi Simeon Thesalonicensis, et Simonas Gazae Archiepiscopus, ab Arcudio relati. (5) Errorem vero nuper instaurarunt Antonius Augustinus Toutee, (6) et Petrus le Brun. (7)

Inter Scholasticos praeterea nonnulli adseruere, Christum nullis verbis in consecratione vsum fuisse; mandasse tamen, certa ab aliis verba adhiberi; quorum primus numerandus venit Innocentius III. de mysteriis Altaris scribens, (8) priusquam Summus Pontifex renuntiaretur. Quam opinionem iam aboletam, et a S. Thoma validissime refutatam, instaurarunt nonnulli post Mayronium et Catharinum.

Nec desuere aliqui, subtilissime quidem disputantes, qui Dominica verba ad consecrationem modo etiam non sufficere existimantur; quos nihilominus haud audemus cum Graecis quibusdam confundere. Ipsi videntur. Haec summam dicta sint de erroribus Haeticorum, ac de variis Scholasticorum opinionibus, quae nobis ex aduerso stant.

Quibus autem illi argumentis vrantur; expendamus. Haec quidem primam propositionem oppugnat videntur. Primum: Innocentius Papa III. haec habet: « sane dici potest, quod Christus virtute diuina confecit, et postea formam expressit, sub qua posterum benedicerent; ipse namque per se virtute propria benedixit; nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis: « ergo Christus non consecrauit Eucharistiam euangelicis verbis.

Secundum; Christus Eucharistiam confecit, quum panem et vinum benedixit; per benedictionem enim tam consecratum corpus se suum discipulis tradere testatus est his verbis, *hoc est corpus meum*, vt inquit Concilium Tridentinum: (9) atqui sine vlla verborum forma

(2) In lib. de abrog. Missa priu. et in formula Missae pro Eccles. Wittenberg.

(3) In Exposit. Liturg. cap. 27.

(4) In Opusculo.

(5) Lib. III. Concord. cap. XXVI.

(6) Dissert. III. operibus S. Cyrilli praemissa.

(7) Tom. III. Explicationum.

(8) Lib. IV. cap. 6.

(9) Sess. XIII. cap. 3.

vincit. « Habent his consona Gregorius Nissenus, (11) Gaudentius, (12) reliqui.

Hinc Eugenius Papa in Concilio Florentino Armenos instruens, verba superius adlata protulit; et Concilium Tridentinum (13) definiit, corpus et sanguinem Christi esse in Eucharistia vi verborum: « corpus quidem, inquit, existere sub specie panis, et sanguinem » sub vini specie, ex vi verborum: « Ea autem verba sunt, quibus ipse Christus se suum corpus et sanguinem discipulis praeberet (ex Concilio) testatus est: *hoc est corpus meum: hic est sanguis meus.*

Accedit argumentum ex Liturgiis ductum: omnes siquidem antiquiores, Graecae etiam, licet in quibusdam aliis variae sint atque discordes, conveniunt tamen in assignandis pro vera ac essentiali consecrationis forma laudatis Christi verbis: potissimum vero liturgia S. Basilii, magni quidem apud Orientales ponderis, et liturgia S. Ioannis Chrysostomi.

CAPVT VI.

Haeticorum Graecorumque Schismaticorum errores notantur. Scholasticorum etiam opiniones referuntur. Argumenta dispelluntur.

Quum de consecrationis verbis loquimur, nedum Haeticos, Graecosque Schismaticos, sed et Scholasticos nonnullos experimur contradicentes. Haeticos enim Waldenses Eucharistiam olim, non verbis Dominicis benedixisse, sed Dominica Oratione septies recitata, nonnulli scripserunt. Faere dein permulti negantes in Eucharistiae consecratione verba aliqua esse pronuntianda; quorum Martinus Bucerus agmen duxit. Alii etiam qui proferenda quidem Dominica verba censerent, sed historice, recitatiue, ac narratiue, ad excitandam scilicet populi Fidem, non vero consecrationis instar, qua dona sanctificarentur. Ita Caluinus, (1) quem alii sequuti sunt. Quidam insuper vim quandam consecrationis verbis adtribuere; ac non iis solis, quae Dominus creditur protulisse, sed aliis etiam ea praecedentibus et

(11) In Orat. Catechet.

(12) Tract. II. de Exodo.

(13) Sess. XIII. cap. 3.

(1) Lib. IV. Instit. cap. 17.

et sequentibus; vt Lutherus, (2) quem sequutus est Kemnitus.

Graeci autem complures contendunt, non verbis Dominicis, sed consequente oratione, et benedictione Sacerdotis diuinae Eucharistiae munera sanctificari. Contendunt id quidem Nicolaus Cabasilas, (3) et Marcus Ephesiorum Antistes; (4) a quibus in eo tantum alii recedunt, quod admitentes, concurrere quidem euangelica verba ad donorum consecrationem; illis tamen eam non perfici, sed requiri praeterea preces velint: sunt hi Simeon Thesalonicensis, et Simonas Gazae Archiepiscopus, ab Arcudio relati. (5) Errorem vero nuper instaurarunt Antonius Augustinus Toutee, (6) et Petrus le Brun. (7)

Inter Scholasticos praeterea nonnulli adseruere, Christum nullis verbis in consecratione vsum fuisse; mandasse tamen, certa ab aliis verba adhiberi; quorum primus numerandus venit Innocentius III. de mysteriis Altaris scribens, (8) priusquam Summus Pontifex renuntiaretur. Quam opinionem iam aboletam, et a S. Thoma validissime refutatam, instaurarunt nonnulli post Mayronium et Catharinum.

Nec desuere aliqui, subtilissime quidem disputantes, qui Dominica verba ad consecrationem modo etiam non sufficere existimant; quos nihilominus haud audemus cum Graecis quibusdam confundere. Ipsi videntur. Haec summam dicta sint de erroribus Haeticorum, ac de variis Scholasticorum opinionibus, quae nobis ex aduerso stant.

Quibus autem illi argumentis vrantur; expendamus. Haec quidem primam propositionem oppugnat videntur. Primum: Innocentius Papa III. haec habet: « sane dici potest, quod Christus virtute diuina confecit, et postea formam expressit, sub qua posterum benedicerent; ipse namque per se virtute propria benedixit; nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis: « ergo Christus non consecrauit Eucharistiam euangelicis verbis.

Secundum; Christus Eucharistiam confecit, quum panem et vinum benedixit; per benedictionem enim tam consecratum corpus se suum discipulis tradere testatus est his verbis, *hoc est corpus meum*, vt inquit Concilium Tridentinum: (9) atqui sine vlla verborum forma

(2) In lib. de abrog. Missa priu. et in formula Missae pro Eccles. Wittenberg.

(3) In Exposit. Liturg. cap. 27.

(4) In Opusculo.

(5) Lib. III. Concord. cap. XXVI.

(6) Dissert. III. operibus S. Cyrilli praemissa.

(7) Tom. III. Explicationum.

(8) Lib. IV. cap. 6.

(9) Sess. XIII. cap. 3.

ma Christus panem et vinum benedixit : ergo. Equidem si quae tunc verba Christus protulisset, ea essent quibus peragitur consecratio: *hoc est corpus meum* ; *hic est sanguis meus* ; ea vero tunc non protulisset colligitur ex Euangelio dicente, Matth. xxvi. : *accepit Iesus panem, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens : accipite et manducate ; hoc est corpus meum* : quin et Apostolos iam Christi sanguinem bibisse, quum verba euangelica protulit, quibus consecratur calix, ex cap. xiv. Marci patet, ubi legitur : *et accepit calice, gratias agens desit illis, et biberunt ex illo omnes, et ait illis : hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effundetur.*

Atque hoc argumentum ex eo confirmant, quod Synodus Tridentina, benedictionem quam Christus pani et viti impertitus est, consecrationem vocare visa sit, dicens : (10) *semper haec Fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus verumque eius sanguinem sub panis et vini specie vna cum ipsius anima et diuinitate existere.*

Contra secundam ista obicitur. Primum : videntur Patres adfirmare, Eucharistiam non Dominicis verbis, sed precibus Sacerdotis consecrari. Scribit nempe Iustinus : (11) *per precem Eucharistiam factum cibum sumimus.* Et Gregorius Nissenus : (12) *hic panis per verbum Dei et orationem sanctificatur.* Hieronymus item inquit : (13) *quis patiatur mensarum, et viduarum minister, vt super eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur.* Augustinus tandem, aliis missis, Eucharistiam id esse adfirmat, (14) quod *prece mystica consecratum sumitur ad salutem.* vocatque Sacerdotem *deprecantem super Eucharistiam.*

Secundum ex Liturgiis sumtum huiusmodi est : in Missa Chrysostomi post Christi verba orat Sacerdos dicens : *emitte Spiritum Sanctum tuum in nos, et super proposita dona ista.* ac paulo post : *fac quidem panem hunc, pretiosam corpus Christi tui,* cer. Legi similia in Liturgiis Iacobi, Marci, et Clementis, testantur Arcudius et Allatus. Deinde in Basilii Liturgia, Sacerdos prolatis verbis Dominicis, sic Deum Patrem deprecatur : *te postulamus Sancte Sancto-*

(10) Ead. Sess. cap. 2.

(11) In Apolog. 11.

(12) In Orat. Cathec. cap. 37.

(13) Epist. LXXXV. ad Eug.

(14) Lib. 3. de Trinit. cap. 4.

torum, beneplacita tua benignitate venite Spiritum Sanctum tuum super nos, et super proposita munera ista, et benedicere ea, et sanctificare, et ostendere panem quidem istum ipsum honorificum corpus Domini Dei et Saluatoris nostri Iesu Christi : quod autem est in calice isto ipsum sanguinem Domini mei et Saluatoris Iesu Christi, cer. : at hi Liturgiarum textus videntur supponere, panem et vinum per verba euangelica, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus,* mutata non fuisse in corpus et sanguinem Christi : etenim huiusmodi mutationem Sacerdos ex illarum Liturgiarum praescripto frustra omnino posceret, si iam per Christi verba ab ipso Sacerdote prolata peracta fuisset : ergo.

Postremo aduersus propositionem tertiam sic argumentantur. Primo : verba quibus Sacerdos Christi factum enarrat, antequam euangelica verba, *hoc est corpus meum* proferat, necessaria sunt vt valeat consecratio : nam vt Sacerdos consecret, necesse est vt euangelica verba in persona Christi proferat ; falsum nempe sensum continerent, si non sic a Sacerdote recitarentur, quum panis non mutetur in ipsius Sacerdotis corpus : atqui si Sacerdos non recitet verba Canonis, quae euangelica praecedunt, nimirum, *qui pridie quam pateretur,* cer. ; non profert euangelica verba, *hoc est corpus meum,* cer. in personam Christi : nihil enim praeter facti illius enarrationem reperire est, per quod Sacerdos determinetur ad loquendum in Christi persona, quum ait : *hoc est corpus meum* : ergo.

Secundo : verba haec : *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus,* a Sacerdote narratiue tantum, non adsertiue proferuntur : etenim panis fractio, et gratiarum actio, quae a Christo factae fuerunt in vltima Coena, historice solum a Sacerdote referuntur, dum Canonis verba recitat : non ergo ad consecrationem satis illa sunt, quum consecratio per eam tantum formam fiat, quae praesentem *transubstantiationem* significet.

Tertio : verba saltem quae in calicis consecratione subsequuntur ad haec, *hic est sanguis meus,* consecrationi esse essentialia ex eo arguitur, quod eorum prolario Ministris iniuncta fuerit ; istorum vero, *quod pro vobis tradetur,* cer., nequaquam fuerit praeepta, quamuis Christus ea adhibuerit, quum panem consecrauit : ergo.

Quarto : singula verba, quae et Latini, et Graeci in calicis consecratione adhibent, Sacerdos coram altari inclinatus vno eodemque tenore recitat, eaque denuo proferre iubetur, si per inaduertentiam

vel vnum omiserit: singula igitur consecrando calici absolute necessaria sunt.

Quinto: Sacrificii ratio necessario exprimi debet in verbis quibus conficitur Eucharistia; quum sit ipsa essentialiter Sacrificium: ergo exprimatur oportet sanguinis effusio, in qua vel vera, vel metaphorica, Sacrificii essentia consistit: atqui si haec verba, *qui pro vobis effundetur*, cet., a Ministro non proferantur, Christi sanguinis effusio in ritu eucharistico non exprimeretur: ergo.

Sexto: S. Thomas (15) duo exequitur quibus inuictissime probatur, censuisse eum singula verba, quae inter consecrandum calicem recitantur a Presbyteris Latinis, esse de essentia formae. Primum enim refutat eorum sententiam, qui dixerunt, »de substantia formae huius est hoc solum, quod dicitur, *hic est calix sanguinis mei*, non autem ea quae sequuntur, « Praefert deinde illorum sententiam, qui dicunt, »omnia sequentia sunt de substantia formae, vsque ad hoc quod postea sequitur: *haec quotiescumque feceritis*, «et. Et in Sententiarum Libros scribens ait: (16) »ea quae sequuntur sunt essentialia sanguini, prout in hoc Sacramento consecratur; et ideo oportet, quod sint de substantia formae. « Deumque Paullum exponens, tam aperte id docet, vt adserat (17) his solis verbis, *hic est calix sanguinis mei*, »probabilius non fieri consecrationem. « Accedit, expunctam iussu Pii V. fuisse ex Commentariis Cardinalis Caietani dissertationem, qua propugnabat formam calicis consecrandi his tantum verbis comprehendi: *hic est calix sanguinis mei*.

Respondetur itaque ad singula. Ad primum quidem primi ordinis his S. Thomae verbis: (18) »praedicta verba Innocentii sunt opinatiue magis dicta, quam determinatiue. « Addere cum aliis sensimus Innocentium, vt pote nondum in Summum Pontificem tunc electum, priuati Theologi partes egisse.

Ad secundum dicendum: eo Concilii loco non adseri corpus et sanguinem Christi sub speciebus panis et vini statim post benedictionem exiisse; quod tamen definire Concilium debuisset, vt aduersarii illius textum in suas partes possent detorqueere. Falsum deinde oblicientes supponere, dum aiunt, Sacram-Synodum benedictionem cuius cap. 1. meminit, consecrationem cap. 4. nuncupasse:

(15) III. Part. q. LXXVIII. art. 3.

(16) In 14. dist. 8. q. 2.

(17) In cap. 11. Epist. 1. ad Corint.

(18) Vbi supra art. 2. ad 1.

immo per aduerbium illud *statim*, quod benedictioni non subiecit, sed his verbis *post consecrationem* addidit, ipsam certe consecrationem a benedictione non obscure distinxit. Nec inutilis propterea benedictio illa futura est, si per eam panis et vinum non consecrantur: nam est eorum elementorum designatio quaedam ad mox futurum Sacramentum.

Ad primum deinde argumentum aduersus secundam propositionem productum, respondemus primo: eo quidem, si validum illud esset, probatum iri, necessariam esse totam Liturgiam ad ratam Eucharistiae consecrationem; quippe quod Patres eam precum nomine saepius expresserint, sumentes nimirum Sacrificii denominationem a ritibus, qui in Liturgia praescribuntur: illi vero ritus nihil sunt aliud, quam orationes, inuocationes, ac variae pro acceptis beneficiis gratiarum actiones.

Respondemus secundo: euangelica verba, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, non explicite quidem atque expresse complecti Spiritus Sancti inuocationem, aut preces aliquas, implicite tamen vtrumque continere. Perfecto reperitur in euangelicis verbis tacita diuiniae potentiae inuocatio, per quam ex Christi promissione panis et vinum in illius corpus et sanguinem conuertantur. Nam itaque, dum sic loquuntur Patres, consecrationem essentialiter accipiunt, sed pro tota verborum serie, quae a Sacerdote consecrationi adnectuntur, siue ante, siue post: sub quibus haec etiam verba comprehenduntur, *hoc est corpus meum*, cet.

Secundi argumenti multiplex quoque est responsio. Triplicem adhibet Cardinalis Besarion; quarum prima est, non esse inusitatum orare pro donis iam sanctificatis, consecratisque, vt constat ex Liturgiis Occidentalis et Orientalis Ecclesiae: quod ideo fit in sacro mysterio, vt postquam factum est Christi corpus *verum*, fiat *mysticum*, illud scilicet, quo Christi Fideles participatione Sacramenti vniuntur. Secunda Besarionis responsio est, neutiquam absurdum iudicari, quae semel concessa sunt, rursus petere; vt quod adeptum est, dum iterum quaeritur, amore ac desiderio vehementiori teneatur. Est tertia responsio, id ita fieri, vt populus percipiat, consecrationem esse totius Trinitatis opus.

Primum demum argumentum tertii ordinis vt soluamus, principio animaduertimus de Scofi mente, cuius est adiarum argumentum, nec inter suos conuenire; eumque verba illa protulisse tantum dis-

putationis gratia. Quidquid tamen de illius mente fuerit, facile illius obiectio soluitur: nam sar superque est ad conficiendum Sacramentum, vt verba effectum significant ex Christi institutione, atque ex intentione proferentis auctoritate praediti; quum Scotus ipse eiusque discipuli doceant satis non esse ad consecrationem, quod Sacerdos arcana verba pronuntiet; sed requiri, vt ea proferat *formaliter et significanter*; ea quidem intentione qua Christus instituit et protulit, faciendi nempe quod fecit Christus. Tradit etiam hanc doctrinam S. Thomas. (19)

Secundum hoc habet latissimum discrimen: quod Sacerdos verba euangelica recitat ac recitare vult, dum se exterius gerit tanquam Ecclesiae minister; eo sane modo, quo Christus illa protulit dum Eucharistiam instituit: at certum est adsertitae tunc prolata fuisse, seu quod in idem redit, per ea significantam atque peractam fuisse *transubstantiationem*. Id vero dici neutiquam valet de fractione panis consecrati quem discipulis porrexit, gratiarum actione, quam aeterno Patri exhibuit: neque enim significant illa aliquid, quod tunc Christus operaretur.

Ad tertium dicendum: verborum, de quibus est quaestio, prolationem ideo imperatam esse, vt ministri et populus meminerint, Christum non redimisse genus humanum suo corpore et suo sanguine *simpliciter et absolute sumtis*, sed sanguine vt effuso, seu per mortem; vt scribit S. Thomas. (20)

Quarti solutio habetur ex hoc, quod verba illa, *quod pro vobis frangitur*, vno tenore proferuntur a Sacerdotibus Graecis dum panem consecrant; et tamen non sunt etiam apud Graecos, necessaria necessitate Sacramenti. Verum et ex illo habetur, quod ideo Sacerdos verba, de quibus agitur, si praetermissa forte fuerint, recitare tenetur, quod in Sacramentis conficiendis tenetur minister opinionem tutiorem sequi, non vero probabilem, quae possit esse falsa, quantacumque probabilitate nitatur.

Quintum sic facile diluitur: prolatione verborum, quibus panis consecratur, facta seorsim ab illorum prolatione, quibus consecratur vinum, non obscure exprimi Christi sanguinis effusionem: eo nimirum ritu sanguis mystice a corpore separatur; quippe quod huiusmodi seorsim factae prolationis vi solus sanguis in calice ponatur, corpus vero in eo tantum sit per concomitantiam.

Ad

(19) III. Part. quaest. LXXVIII. art. 1. (20) Vbi supra art. 3.

Ad sextum respondemus: non vnam esse circa S. Thomae mentem discipulorum eius sententiam: nec enim desunt, qui S. Doctorem id, quod in argumento dictum fuit, adseruisse existiment. Profecto ex illorum confictationibus illud euenit, vt de Angelici Doctoris sententia in vtramque partem disputari posse videamus. Nos tamen sic eius mentem exponimus, vt argumentum soluamus: duo S. Thomas spectat in calicis consecratione, vnum scilicet, quod verba significant Christi sanguinem, et conuersionem seu *transubstantiationem* efficiant; alterum, quod significant Christi passionem, et eiusdem sanguinis effusionem. Docet autem verba illa, *noti testamenti*, cet. esse de substantia ac de essentia formae, non vt consecraretur materia, et vintum conuerteretur in Christi sanguinem; sed vt significetur expressione verborum Christi passio, et sanguinis eius effusio. Praetullimus hanc responsionem omnibus aliis in Commentatoribus obuiis, quibus, nostro quidem iudicio, non omnimode difficultas tollitur. Iure nihilominus mandato S. Pii V. expuncta est e Summa Angelici Doctoris Caletani dissertatio, propterea quod nec eius mentem adsequutus est, nec de S. Thoma cum debito honore loquutus fuit, scribens, vt haberetur in antiquiore editione, quam se legisse Cardinalis Gotti testatur, *etsi Sancti Thomae intentio contraria sit, non est curandum*.

CAPVT VII.

Realis Christi in Sacramento Eucharistiae praesentia adseritur: modus etiam eiusmodi praesentiae designatur.

In Eucharistia vere corpus et sanguis Christi continentur.

Et quidem per *transubstantiationem*, qua tota substantia panis et vini in illius corpus et sanguinem conuertitur.

Catholica haec veritas stabilitur primo sacrarum Litterarum auctoritate. Eam auspicantur Theologi plurimi ex cap. vi. Evangelii Ioannis; vbi rotunde Christus pronuntiat: »ego sum panis vitae... ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Si quis manducauerit ex
» hoc

»hoc pane, viuet in aeternum: et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.« Quum autem durum Apostolis videretur manducare carnem et bibere sanguinem humanum, dixissentque: »quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?« Addidit Christus: »amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis:« quibus verbis tantum abest vt Apostolorum scrupulum absterlet, vt potius adseuerate confirmarit quod dixerat. Accedit, quod multi veterum Patrum, in primis Ioannes Thessalonicensis in Epistola, quae in Comitibus Ephesinis lecta et probata est, de corpore reali hunc Ioannis locum intelligit. Ast argumentum sane sua probabilitate non caret.

Quoniam vero et antiquiores Patres nonnulli, et potissimum Augustinus, (1) hanc locum figurate accipiendum docuerunt, quasi Christus loqueretur de consociatione in doctrina sua, quae fit per Baptismum, supersedendum est ab hoc argumento profertendo.

Maximum itaque argumentum, quodque rem omnem aperte conficit, sumitur ex verbis institutionis. Enimvero verba illa: *hoc est corpus meum* & *hic est sanguis meus*, aperta sunt, nec detorquenda a sensu literali, seu a sensu quem praesecerunt. Nam primo ea verba orationem exhibent enuntiativam et operatiuam: vera enim est, et pronuntia ab ipsa veritate panem in manibus tenente: non esset autem vera, si tunc panis in pilae permansisset substantia.

Deinde secundum sensum literalem videntur a Paulo accepta in 1. Epist. ad Corinthios, cap. 11. Hoc enim in loco describens Paulus huius Sacramenti institutionem, talia addit, quae vix intelligi possunt, nisi existentia realis corporis Christi in Eucharistia statuat. Inquit nempe: »qui manducat et bibit indignus, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini.«

Stabilitur secundo eadem catholica veritas perpetua Patrum Traditione. Haec Ignatius Martyr ait: (2) »ab Eucharistia et oratione abstinere (loquitur de Simoniacis) quod non confiteantur, Eucharistiam carnem esse Saluatoris nostri Iesu Christi: quae pro peccatis nostris passa est, quam benignitate sua Pater suscitauit.«

Ambrosius de Mysteriis agens, inquit: (3) »considera nunc, vtrum praestantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quae vtrique corpus est vitae. Manna illud de coelo, hoc supra coelum: »nil-

(1) Lib. 3. de Doct. Christ. (2) In Epist. ad Smyrnicos. (3) Cap. viii.

»illud coeli, hoc Domini coelorum.« Chrysostomus de Eucharistia ipsa verba faciens, sic loquitur: (4) »quoniam igitur Verbum dixit, *hoc est corpus meum*, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, et oculis intellectus id perspiciamus.« Augustinus, (5) in Psalmos scribens: demonstrat quod in lxx. legitur 1. Reg. 21: »et ferebatur manibus suis.« Non esse in Dauide adimpletum secundum litteram, immo nec in alio nudo homine: atque: »quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portatur.« Additque impletum hoc in Christo fuisse, his verbis: »ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait, *hoc est corpus meum*. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.« Leguntur his consona in reliquis Patribus: quo tandem totius Ecclesiae Catholicae, quae vbiq; ac perpetuo hunc sensum litteralem verbis illis dedit, consensus eruiat.

Tertio stabilitur catholica veritas Conciliorum auctoritate. Ex his Nicaenum 1. praecipit: (6) vt iis qui non offerunt, Sacerdotes dent corpus Christi. Ephesinum definit: (7) »accedentes ad mysticas benedictiones participes fieri sancti corporis et pretiosi sanguinis Christi, neque communem carnem percipere, sed vere viuificantem, et ipsius verbis propriam factam?« Accessere his plura alia Concilia in causa Berengarii habita, subsequutaque sunt quatuor illa Oecumenica, Lateranense sub Innocentio III., (8) Constantiense, (9) Florentinum, (10) et Tridentinum: (11) quorum definitiones tam obviae sunt, vt necesse non sit eas hic producere.

Secundam propositionem, seu Fidei veritatem, firmant primo ipsa institutionis verba: etenim Christus Eucharistiam instituens, ait: *hoc est corpus meum*; corporis quidem, non panis mentionem faciens: nam pronomen *hoc* ad panem refertur nequit, quum neutrius generis sit: sed ad corpus et sanguinis Christi suppositum.

Praeterea: propositio illa effectrix est, quandoquidem inducit, fatentibus Lutheranis, corporis Christi praesentiam: atqui non significat eadem propositio corpus Christi poni *cum pane*, aut *in*, aut *sub pane*: quippe non dixit Christus, *in hoc*, aut *cum hoc*, aut *sub hoc pane est corpus meum*: sed, *hoc est corpus meum*: exprimit igitur

(4) Homil. lxxxi. in Math.

(5) Enarrat. 1. in Psal. xxxiii.

(6) Can. xiv.

(7) In Epist. ad Nestor.

(8) Cap. 1.

(9) Sess. viii.

(10) In Decreto Unionis.

(11) Sess. xiii.

tur propositio ita poni corpus Christi, vt desinat esse substantia panis. Id quod valere et de substantia vini in Christi sanguinem conuersa quisque intelligit.

Firmat praeterea eandem veritatem Traditio. Testes huius esto Cyrillus Hierosolymitanus, (12) scribens: »aquam aliquando mutauit in vinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galilaeae sola voluntate: et non erit dignus cui credamus, quod vinum in sanguinem mutauerit.« Habent similia Damascenus, (13) Ambrosius, (14) alique Patres.

Firmat quoque hanc veritatem Conciliorum auctoritas. In Concilio siquidem Lateranensi iv. sub Innocentio III. definitur: (15) »contineri in Eucharistia corpus et sanguinem Domini sub speciebus panis et vini, transubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem, potestate diuina.« In Tridentino autem haec leguntur: (16) »persuassum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo Sancta haec Synodus declarat, per consecrationem panis et vini conuersionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis eius: quae conuersio conuenienter et proprie a Sancta Catholica Ecclesia *transubstantiatio* est adpellata.« Et postea: (17) »si quis negauerit mirabilem illam, et singularem conuersionem totius substantiae panis in corpus, et vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis et vini; quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia apertissime *transubstantiationem* adpellat anathema sit.«

CAPVT VIII.

Errores indicantur, qui stabilita nuper dogmata oppugnant: eorumque quatuor fundamenta.

Terrimos errores aduersus catholicam de reali Christi corporis et sanguinis praesentia in Eucharistia et vera panis et vini conuersione in corpus et sanguinem Fidem minus atim referte res esset immensi ferme operis: eos tamen summam recensere, et argumenti digni-

(12) In Catech. Mystagog. iv.

(13) Lib. iv. de Fide Orth. cap. 13

(14) Lib. de iis qui initiandi sunt, cap. 9.

(15) Cap. Firmiter.

(16) Sess. XIII. cap. 4.

(17) Can. II.

nitatis exposcit, et quam hucusque sequuti sumus, tractandi ratio. Haud tamen memorabimus Capharnaitas, quos Christo Eucharistiae institutionem promittenti fidem noluisse adiungere, eiusque verba in praeposterum sensum torsisse, legimus Ioannis vi: neque Phantasiastas omnes, Simonis nempe Magi, Menandri, et Marcionis discipulos; necnon Manichacos, qui quum solam Christo humani corporis umbram tribuerent, corporis eius in Eucharistia veritatem sustulerunt: etsi enim hi Sacramentum illud euerterint, non est tamen huius loci ac temporis falsa eorum principia subuertere; quum iam subuersa alibi fuerint.

Cum vniuersis igitur Nouatoribus conserendae nobis manus sunt: qui in duas classes tributi, in Ecclesiae Catholicae doctrinam irrumpunt: Sacramentarii namque realem Christi in Eucharistia praesentiam pugnacissime pernegant: Impanatores vero et Consubstantiatores panis vini que substantiam cum vero Christi corpore et sanguine in Eucharistia coniungunt, aliisque erroribus rectam Ecclesiae Fidem commaculant.

Et quidem primus Sacramentarium Parens communiter fertur Ioannes Scotus Erigena, cuius obitus consignatur ab Historicis exunte seculo ix: qui in eo, quem de Eucharistia vulgavit, libro docuit, Sacramentum Altaris verum non esse corpus et sanguinem Domini, sed nudam eius memoriam: quare, etsi S. Thomas, alique passim Scriptores, primam huius erroris originem ad Berengarium Turonensem et Andegauensis Ecclesiae Archidiaconum referant, id tamen de Berengario censendum, quod de Haeresiarchis pluribus, qui licet ab aliis verastioribus errores hauserint, eorum tamen parentes ac artifices habentur, quod eosdem et pertinacius propugnant, et latissime propagauerint.

Inter Eruditos non conuenit, an Berengarius realem Christi in Eucharistia praesentiam explodens, praefuerit Sacramentariis; an vero eam adstruens, et solam *Transubstantiationem* oppugnans, praefuserit Impanatoribus, et Consubstantiatoribus. Ceterum si quis tres Fidei formulas, quibus in tribus Romanis Conciliis xi. seculo habitis subscribere coactus fuit, quas etiam probans haeresim suam eiurauit, eorum quoque Scriptorum testimonia perpendat, deprehendet sane, veritatem Domini corporis in Eucharistia a Berengario fuisse primum sublaram; qua mox adserta, *Impanationem* propugnauit. Si tamen Clarium Monachum Florienseum, et Hildebertum Ep-

piscopum Coenomanensem audimus, Berengarius, posita demum pertinacia, errorem istum abiecit, et Catholicae Ecclesiae doctrinam ex animo amplexus, in eius communione obiit.

Ast non obiit illico Berengarii haeresis: excitarent siquidem illam paulo post Berengarii obitum in Gallis Petrus de Bruis, a quo Petrubrusicani, et eius discipulus Henricus, a quo Henriciani; ab hisque eam ebiberunt Albigenses, et Tolosani haeretici; qui omnes solum Dominici corporis et sanguinis figuram, nudumque signum in altaris Sacramento constituerunt. Sed iacuit haec pestilentissima haeresis ad plura secula, deletis, quum catholicorum Principum armis, tum hominum Apostolicorum praedicatione haereticis illis; donec haud procul ab initio seculi xvi. cum ab inferis reuocarunt Carlos raderius Witembergensis Archidiaconus, Lutheri primum discipulus, postmodum hoc de capite a suo Magistro dissentiens, Vlricus Zuiniglius, Aecolampadius, Bucerus, Caluinus, Beza, Socinus.

Stant autem aduersos Sacramentarios Lutherani omnes; et Dominici corporis in hoc Sacramento veritatem nobiscum tuentur; qui tamen, licet ab huius Sacramenti Fide numquam potuerint dimoueri, plurimum admixtione errorum eam computarunt. Etenim aبلغاتا primum *Transubstantiatione*, substantiam panis et vini cum Dominici corporis et sanguinis veritate consociant; in qua quidem consociatione adstruenda inuicem dissident: nam Osiander, e Lutheri et ipse Schola, ineffabilem quamdam, atque hypostaticam panis cum Christi corpore vnionem inuexit: quam vnionem, quum Osiander *Impanationem* adpellarit, factum inde est, vt quotquot monstruosum hoc eius figmentum adoptarunt, vulgo Impanatores dicantur.

Plerique tamen Lutheranorum *Impanationem* hanc non probantes, sola *Consustantiatione*, siue vtriusque substantiae societate contenti sunt: quare Consustantiatatores sunt vocati. In eo autem Lutherani omnes errore conueniunt, quod Eucharistiam in solo vsu, seu in actuali fidelium sumtione constituent, negentque, quemadmodum ex Tridentino Concilio eruitur, (1) »peracta consecratione in hoc Sacramento esse corpus et sanguinem Domini, sed tantum in vsu, dum sumitur, non autem ante, vel post: « et in hostis, » vel partibus consecratis quae post consecrationem reseruantur, vel superstant, remanere verum Domini corpus, « cet. In eo etiam errore haerent omnes, quem eadem Synodus Tridentina anathematizauit, dicens:

(1) Sess. xiii. Can. 4.

ens: (2) »si quis dixerit, Christum in hoc Sacramento non esse cultu Latriae, etiam externo, adorandum, « cet.

His itaque erroribus, breuiter licet, indigitatis, eorundem fundamenta sequitur vt diruamus. Aduersus primum igitur catholicum Dogma sic haeretici argumentantur. Primo: tota ratio, cur Catholici contendant Christum esse corporaliter praesentem in Eucharistia, nititur literali expositione horum verborum, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*: atqui huiusmodi explicatio literalis admitti non debet; quippe quae ex ipsis terminis contradictionem inuoluat; illius scilicet attributum subiecto repugnans: ergo. Probatur propositio minor: vel pronomen *hoc*, quod quidem propositionis subiectum est, Christi corpus designat, vel aliquam substantiam vagam et indeterminatam, vel panem quem Christus prae manibus gerebat: nullum horum dici potest: nam si Christi corpus designaret, propositio foret identica; hunc nempe redderet sensum: *corpus meum est corpus meum*, quod sane vel maxime absurdum est: insuper de re singulari ac determinata, quam Christus prae manibus gerebat, attributum corpus adfirmatur; quod praeterea attributum, si in sensu reali sumatur, subiecto *Panis* repugnat; alioquin panis esset et non esset panis; quum essentia panis et essentia corporis humani sese ex mutuo conceptu inuicem excludant.

Secundo argumentantur: Apostoli in sensu metaphorico sumserunt ea verba, *quod pro vobis datur aut frangitur*; quae quidem Christus illis, *hoc est corpus meum*, subiecit apud Lucam; sed ideo metaphorice sumserunt priora verba, quod realis fractio corporis Christi sensuum testimonio repugnet: pariter ergo accipere debebant metaphorice verba posteriora.

Tertio: vt propositio vera sit, necesse est, quod sui obiecti veritatem supponat: ergo antequam ista, *hoc est corpus meum*, a Christo profereatur, verum erat illius obiectum, nempe quod panis esset Christi corpus; atqui id adseri non potest: contendunt siquidem Romanae Communionis Theologi, panem per verba illa mutatum fuisse in corpus Christi, quemadmodum nunc per ea mutatur, quum a Sacerdotibus profereatur: ergo.

Quarto: Christus Matth. xxvi. conceptis terminis adseuerat, se post mortem non fore cum Apostolis: dixerat enim: *pauperes semper habebitis vobiscum; me autem non semper habebitis*: atqui tam

Mmm 2

aper-

(2) Can. vi.

aperta sententia sar fuit, vt Apostolos determinaret, vt in sensu metaphorico verba illa quae postea protulit, *hoc est corpus meum*, acciperent; neque enim litteralem horum verborum sensum cum praecedentibus poterant conciliare: ergo.

Quinto: pugnat corporalis Christi in Sacramento praesentia cum eo Symboli articulo, quo profiteamur, ascendisse cum in coelos secundum illud Marci vltimo: «adsumtus est in coelum, et sedet ad dexteram Dei.» ergo.

Sexto: Ioannis vi. haec leguntur: «spiritus est qui viuificat; caro non prodest quidquam: frustra ergo Christus esset corporaliter praesens in Eucharistia, quum ex Ioanne nullum fructum ex ea praesentia colligere fideles possint.

Septimo: Tertullianus sic verba Institutionis interpretatur: (3) «acceptum panem, et distributum discipulis, corpus suum illud efficitur: hoc est corpus meum dicendos est, figura corporis mei.» Atque eodem modo illa verba interpretasse Origenem agnoscunt Cardinalis Perronius (4) et Aenaldus. (5) Praeterea, figuram corporis Christi panem sacrum vocat Ambrosius, (6) seu quisquis sit eius libri auctor, certe antiquus. Basilius quoque in Liturgia Eucharistiam vocat *typum et figuram corporis Christi*. Et Chrysostomus scribit: (7) «post sacerdotalem consecrationem panem ibi remanere.» Augustinus etiam inquit: (8) «non dubitauit Dominus dicere: *hoc est corpus meum*, quum daret signum corporis sui. Habent similia alii Patres.

Octauo: repugnat hoc mysterium rectae rationi: duo enim impossibilia in hac Romanensium Fide ac doctrina inueniuntur. Illorum primum est, plures corporis Christi partes compenetrari in exiguum punctum, quod est contradictorium: quippe de essentia materiae est vt sit extensio solida. Alterum est, quod idem numero corpus Christi, seu idem indiuiduum, sit in pluribus distinctis et separatis locis: hoc enim sensu non vnum est, sed quotquot sunt loca in quibus existat: aut ergo falsa sunt naturalis rationis principia, aut verum non est quod docent Romanenses.

Nono: ex corporali praesentia Christi in Eucharistia varia sequuntur absurda, quae Deum maxime dedecent: Christi scilicet corpus

(3) Lib. iv. cont. Marcion.

(4) Lib. 11. de Euchar. cap. 35.

(5) De perpetuit. Fidei, part. 11. nach. cap. 5.

(6) Lib. ix. de Sacram. cap. 5.

(7) In Epistola ad Caesar. Mo-

(8) In lib. adu. Adimant.

pus quandoque a muribus corroderetur, putresceret, aceresceret, concremaretur, attereretur dentibus, in ventrem, et in secesum abiret: quum enim ea omnia speciebus accidant, accidere pariter debent Christi corpori, quod sub eis latitat.

Contra modum autem, quo Christus in Eucharistia est, haec haeretici opponunt. Primum: in Scripturis Eucharistia adpellatur *panis*, vt Luc. xxiv. et 1. ad Corinth. 10: remanet ergo panis substantia.

Secundum: inepte Catholici inferunt ex Christi verbis, *hoc est corpus meum*, *Transubstantiationem*: etenim ipse Dominus Ioann. vi. inquit: *ego sum panis*: at quum ait, *ego sum panis*, non se transmutauit in panem: ergo dicens, *hoc est corpus meum*, non transmutauit panem in corpus suum. Insuper: saluator veritas, huius propositionis *Verbum caro factum est* per vnionem humanae diuinaeque naturae: ergo et constabit veritas illius *hoc est corpus meum* per vnionem vtriusque substantiae. Accedit, quod de ferro quod ignis peruaserit, recte dicitur *hic est ignis*: et de dolio, quod vino sit plenum, *hoc est vinum*, nulla facta aut in ferro, aut in dolio substantiae mutatione: male ergo ex enuntiatione illa consimili *hoc est corpus meum* inferunt substantiae mutatio.

Tertium: Patres non raro Eucharistiam panem et vinum, etiam post consecrationem, adpellant, vt patet ex Irenaeo dicente: (9) «quomodo constabit eis cum panem, in quo gratiae actae sunt, corpus esse Domini sui? Ex Cyrillo quoque Hierosolymitano scribente: (10) «quemadmodum panis Eucharistiae post Sancti Spiritus inuocationem, non est panis communis, sed corpus Christi, «cer. Ex omnibus denique Graecorum Liturgiis, in quibus, consecratione peracta, sic Sacerdos orat: «mittas Spiritum Sanctum tuum, qui hunc panem corpus Christi tui, et hunc calicem sanguinem Christi tui efficiat: ergo ex Patribus panis et vinum in Eucharistia cum Christi corpore et sanguine manet.

Quartum: Theodoretus (11) fatetur, in Eucharistia nominum quidem panis et vini factam fuisse mutationem, quum Christi corpus et sanguis adpellentur: nullam tamen in eorum natura aut substantia contigisse mutationem contendit: ait nempe: «qui enim corpus naturale frumentum et panem adpellauit, et vitam rursus se ipsum nominauit, is visibilia symbola corpora et sanguinis adpellatio-

» ne

(9) Lib. iv. cap. 34. (10) Catech. 11. Mystagog. (11) In Dialog. 1. quem inscripsit *Incompatibilis*.

»ne honorauit, non naturam mutans, sed naturae gratiam addens.«

Quintum : Ioannes Chrysostomus scribit : (12) »antequam sanctificetur panis, panem nominamus, diuina autem illum sanctificante gratia, mediante Sacerdote, liberatus est quidem ab adpellatione panis: etiamsi natura panis in eo permansit,« cet. : ergo.

Sextum : et Gelasius Papa in Eucharistia permanere panis et vini substantiam adseruit ; (13) quod et Berengarius in Confessione a Concilio Romano vi. adprobata restatus est : ergo.

Septimum : saltem eiusmodi *Transubstantiationem* nullum habere in Scripturis fundamentum rectissime ab antiquioribus Scholasticis traditum est : ita enim tradidisse Oshamum, Scotum, Paludanum, Argentinatem, aliosque constat. Et Bellarminus quidem haec de Scoto ait : (14) »dicit non extare locum vltimum Scripturae tam expressum, vt sine Ecclesiae declaratione euidenter cogat *Transubstantiationem* admittere. Atque id non est omnibus improbabile.« Habet similia Suarez. (15) Durandus vero aperte negat, materiam panis *transubstantiari*, atque in sola forma agnoscit conuersionem.

Octauum : qui *Transubstantiationem* propugnant, non conueniunt in illius explicatione : nam Dominicani placet illam productiuam dicere ; Franciscani vero in instanti adductiuam mutationem virgentibus. Accedit, solum olim cremari fuisse, si quid panis consecrati remansisset ; quod immane sacrilegium foret, si persuasi fideles essent *transubstantiari* panem.

Nonum : in Eucharistia, etiam post Consecrationem, sensus panem et vinum percipiunt : eodem nempe modo eucharisticis speciebus adficiuntur ac si re ipsa panis et vinum adessent : ergo in ea vere, etiam secundum substantiam, continentur.

Decimum : vocabulum *Transubstantiationis* inauditum fuit ante Concilium Lateranense iv. : ergo. Haec potissimum virgent Haeretici.

Quae omnia tamen dissoluere oportet. Et primum quidem eorum, quae primo loco sunt obiecta, hoc pacto solum erit : pronomen *hoc* designat certe panem, si secundum significationem transeuntem sumatur, seu pro instanti illo reali quo profertur. Designat idem pronomen Christi corpus, si secundum significationem permanentem accipiatur, seu pro tempore illo, quo mens coniungit cum eo ipso

(12) In Epist. ad Caesar. Monach. (15) Tom. in. in 3. part. disp. 49.
 (13) In lib. de duab. natur. sect. 2.
 (14) Lib. iii. de Euchar. cap. 23.

pronome Christi corpus : tandemque designat vtrumque, sed eius idea confusa substantiae singularis et rei sub exterioribus speciebus. Ex quibus habetur, falsum omnimode esse, sequi inde propositionem illam *hoc est corpus meum* identicam esse ; etsi pronomen illud secundum permanentem significationem pro Christi corpore supponat, seu Christi corpus designet : non enim sat est vt propositio identica dicatur, quod attributum cum subiecto identificetur ; alioquin omnis propositio, quae vera est, identica foret ; sed requiritur praeterea, vt attributum non exprimat clarius quam propositionis subiectum : quod certe non euenit in adducta propositione. Habetur deinde, verum non esse, quod ea propositio implicatoria euadat : quoniam pronomen illud panem indicare desinit eo instanti, quo vltima propositionis syllaba prolata est. Postremo habetur, absurdum esse, quod pronomen *hoc* substantiam vagam et indeterminatam designet, secundum obiectum reale seu reapse existens ; non ita quod eam designet, secundum modum significandi ideae, quae obiectum illud repraesentat.

Ad secundum dicendum : ea quae breui futura sunt, vt erat Christi passio, quam Eucharistiam instituit, posse enuntiarī in tempore praesenti ; proindeque non necesse fuit, vt Apostoli hocce Christum dictum *quod pro vobis frangitur* in sensu metaphorico sumerent ; quasi illud Christus de suo corpore, prout erat in Eucharistia dixisset ; poterat nimirum de reali fractione intelligere, sed quae contingeret in Cruce : vnde apud Paullum fractio eiusmodi futuri temporis verbo exprimitur *quod pro vobis tradetur*. Sed demus libenter accipisse Apostolos metaphorice verba illa *quod pro vobis frangitur* : non inde tamen sequitur quod praecedentia *hoc est corpus meum* eodem sensu accipere potuerint : nihil enim praeculum Apostolos determinat, vt verba haec *hoc est corpus meum* figurate intelligerent contra autem aliquid praecesserat, praesentia nempe realis corporis Christi in Eucharistia, quod eos deremineret, vt subsequencia *quod pro vobis frangitur* sumerent metaphorice.

Tertio sic occurrimus : propositio mere speculatiua, priusquam proferratur, supponit sui obiecti veritatem ; non ita propositio, quam practicam vocant, cuiusmodi est illa *hoc est corpus meum*. Et huius quidem doctrinae ratio est, quod speculatiuae propositionis obiectum immutabile est et immobile ; non vero obiectum propositionis practicae.

Quartum argumentum nihil omnino probat: etenim vt ea Christi sententia *pauperes semper*, cet. Apostolos detestari potuerit ad horum verborum *hoc est corpus meum* metaphoricum sensum, oportuit, vt excluderet quamcumque Christi futuram in terris praesentiam, quod certe falsum est; exclusit nempe visibilem tantum, et secundum eum statum, in quo aliquid utilitatis ab hominibus accipere posset: et vero de ea praesentia loquutus est, penes quam ei non honorem modo Magdalena exhibuit, sed et aliquid commodi contulit.

Quintum argumentum nullius momenti est: neque enim Christus e caelis descendit, vt fiat praesens in Eucharistia; eius nempe corpus ad Sacerdotis verba ex Christi promissione reproduitur; vt nostri Theologi sese explicant.

Ad sextum respondemus cum Cyrillo et Augustino: non prodesse carnem qualem Capharnatae in Christo intelligebant; quae nempe diuinitati coniuncta non sit; prodesse vero plurimum, quam Spiritus Sanctus viuificet: Ioannes enim adserit: »qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet,« cet.: et »qui manducat meam carnem, habet vitam aeternam.« Deinde respondemus ex Chrysostomo: carnis nomine Christum apud Ioannem non intelligere suum corpus, sed cogitationes carnales; quae quidem tantum abest vt ad Mysteriorum intelligentiam conferant, quin potius eam impediunt omnino.

Ad septimum ex Patrum auctoritate sumtum, reponimus generatim: panem consecratum esse simul et corpus reale Christi; et quoniam corpus reale occultat sub speciebus panis et vini, figuram corporis Christi. Itaque Patres illi, qui Eucharistiam vocant *figuram corporis Christi*, non negant praesentiam Christi realem, quam aliis in locis statuunt; sed spectant tantum modum, quo species panis et vini Christi corpus reale occultant; quo modo vocant *Mysteria Eucharistica figuram corporis Christi*. Quod vero adinet ad Chrysostomum, respondemus, eum quum scribitur peracta consecratione remanere panem, panis nomine intelligere panis species, quae reuera manent.

Octauum hoc pacto diluam volumus: »in his rebus tota ratio agendi est potentia facientis,« vt loquitur Augustinus. (16) Non intelligit quidem humana mens idem corpus posse multiplicari, aut

cum

cum alio compenetrari: at non idcirco hinc sequitur, per Dei potentiam id fieri non posse: nam dare debemus aliquid posse, quod nos non intelligimus; vt idem Augustinus ratiocinatur in re simili.

Ad nonum facilis est responsio: futilla enim sunt argumenta omnia, quae ex absurdis aduersus religionis nostrae *Mysteria* coarctuari possint; nihili siquidem ea fecerunt antiqui Patres, vt patet ex Augustino dicente: (17) »in ipsum Christum non crederemus, si »Fides christiana cachinnum merueret Paganorum.« »Quid enim si ea quae obiecta sunt, de Christo improprie praedicari diceremus? Christi nempe corpori eo sensu tanta tribuuntur, quod speciebus conueniant, sub quibus continetur: at non praedicantur de eo proprie; quum non nisi dependenter a motu locali contingere possint; qui motus in Christi corpus, prout in Eucharistia est, exerceri non potest; quod non ibi sit secundum impenetrabilitatem aliasque naturales proprietates, quod ad localem motum requiritur.

Primum deinde argumentum contra secundam propositionem valde infirmum est. Quamuis enim panis substantia transmutata sit in Christi corpus post consecrationem; proinde panis non sit; merito tamen Eucharistia *fractio panis*, *Sacramentum panis*, atque *panis* quoque adpellatur: non quod panis sit rei subiectae spectata substantia, sed panis dicitur, si consideretur spiritualis vitae alimentum. Accedit, Eucharistiam panem vocari, quod panis accidentia retineat; quod in pane et vino a Melchisedecho oblati fuerit praefigurata, cet.

Ad secundum respondemus, merum illud cauillulum esse: nam Lutherani agnoscuunt in his verbis, *ego sum panis* metaphoram, quam negant in verbis Coenae; propterea quod non absolute Christus se ipsum panem adpellauit, sed panem vitae; id est, relate ad manna, de quo eo loci sermo fit. Sed recolantur quae dicta sunt in solutione primi argumenti, eorum, quae primo loco fuerit obiecta.

In ea vero propositione *Verbum caro factum est* Verbum subiecti locum tenet: at in illa, *hoc est corpus meum*, corpus subiectum non est: vnde Verbum factum caro est adsumptione humanitatis in Deum; corpus autem non est id, quod fit per vnionem panis ad corpus. Itaque vt argumentum aliquid probaret, opus esset, vt quemadmodum dictum est *Verbum caro factum est*, et dictum quod quae fuisset, *corpus meum factum est panis*.

Tom. IIII.

Non

Pos-

Postremum sic enodatur: quadrare nempe in adducta exempla doctrinam Rhetoricorum docentium, vnam rem de alia per synodechen enuntiarī, aut partem sumi pro toto ex consuetudinario sermone hominumque instituto, quando vel est pars essentialis, quo sensu anima pro toto homine accipitur; vel pars rei aggregatione compactae, quo sensu murus idem sonat ac ciuitas; vel qualitas inhaerens, aut res contenta, quomodo vrbs populum significat, lux Solem, domus familiam. Quae tamen in verba illa *hoc est corpus meum* quadrare non possunt: non enim hoc vocabulum *corpus* designat partem aliquam, vel accidens panis inhaerens, sed substantiam omnino disparatam ac subsistentem.

Ad tertium dicendum: Patres non Ideo Eucharistiam panem et vinum adpellasse, quod in ea post consecrationem remaneant, sed quod ex iis tanquam materia fuerit confecta; vel quod sub eorum accidentibus praecipua Sacramenti pars, Christi scilicet corpus contineatur.

Quarti solutio est: adlatos Theodoretī textus neuiquam Sacramentariis, seu corporalem Christi in Eucharistia praesentiam negantibus fauere: nam Theodoretus expresse adterit, intelligi, credi, adorari Christi corpus in Eucharistia; proindeque intelligi, credi, et adorari, quia panis Eucharistiae, id est panis consecratus, est vere id quod intelligitur, creditur, et adoratur.

Quintum hac responsione soluitur: Chrysostomum naturae nomine species et accidentium complexionem, non substantiam proprie dictam intellexisse: etenim primo negat, locum habere veram panis adpellationem post consecrationem; docet deinde, non duo corpora, sed vnum praedicari: enuntiantur autem duo, non vnum, si coeuiserent panis substantia et Christi corpus; adfirmat insuper, naturam panis permuere in ipso pane; quod certe intelligi nequit nisi de accidentibus quibus panis natura vestitur: esset enim ineptissima loquutio ista haec: *natura panis in pane remanet.*

Ad sextum dicimus: nihil ex Gelasii testimonio posse colligere Lutheranos contra *Transubstantiationem*, etiamsi eis detur Opusculum illud Gelasii foetus genuinum esse; equidem substantiae nomine etiam intellexisse Gelasium accidentia, seu species, ex eo conficitur, quod non sit in eiusdem Scriptis nouum sic intelligere. (18) Sed Opusculum de duabus in Christo naturis Gelasio abudicat Barontus, (19)

(18) In Epist. ad Episc. Picens. Prouinc. (19) Ad ann. 496.

ob testimonium Gennadii, atque Anastasii Bibliothecarii.

Septimi haec est expedita responsio: nihil sane ad nos attingere quorundam disputantium opinionem de sensu, qui Dominicis verbis adaptari possit, quando aduersarii nos prouocant ad planum et literalem. Sed Lutherani patientur vt eis opponamus, non quidem Scholasticorum Principem S. Thomam, aliosque bene multos e Theologis nostris, sed Claudium Salsasium sic contra Grotium loquentem: *»si ad litteram accipiantur verba Christi, vt debere accipi contentunt doctissimi Lutherani Theologi, longe magis doctrinae Pontificiorum fauent quam Lutheranae. Dixit Christus hoc est corpus meum, quum panem traderet. Ergo non amplius panis est, sed corpus Christi, vt ille qui veritas est adfirmavit.*«

In octauī solutionem reponimus: nullum Fidei praedudicium sequi ex illa Scholarum controuersia atque opinandi diuersitate. Dei omnipotentia mirabilem illam mutationem operatur; quam proinde fieri credimus; atque *Transubstantiationem* vocamus; modum vero non nisi opinando tenemus.

Nonum sic solum est: tria distinguenda in testimonio sensuum sunt, nempe motum, quem organa ex obiectis recipiunt, eiusdem motus perceptionem, atque iudicium, quod supposita huiusmodi perceptione, intellectus fert de obiecto, quo sensuum organa mouentur. Duo priora a Deo ipso sunt; vnde nusquam eis falsum subesse potest: nimirum semper verum est, quod sensuum organa ab obiecto exteriori hoc vel illo modo moueantur; quod mens illum motum percipiat, si vehementiori aliquo motu distracta non sit. Et tertium quoque nempe actuale iudicium, quandoque a Deo est; ac proinde verissimum, dummodo tres istas habeat conditiones; nempe vt sciamus certo perceptiones, quibus illud innitur iudicium, nasci ex ideis, quae aliquando in imaginatiua remanent: quod constat nobis motum in organis productum fuisse modo ordinario, et non ab aliqua substantia spirituali; quod manifestum sit Deum ex parte obiecti modo extraordinario non agere.

E contrario autem actuale iudicium est a nobis tantum, sique errori obnoxium, quum ex illis tribus conditionibus vel vna defuerit, vt certissime scimus in materia, de qua argumentum, deficere tertiam; quippe qui Scripturis doceamur, Deum supernaturali modo agere ex parte hostiae consecratae, quum ipsemet Deus his verbis *hoc est corpus meum* Fideles monuerit, id quod panis est, non esse re-

utra panem post consecrationem, sed ipsiusmet Christi corpus.

Ad decimum dicendum: puerilem illud esse lusionem, atque vitionum transitum a vocabulo ad rem ipsam. Equidem quod adinet ad nomen illud longe ante Synodum Lateranensem iv. auditum fuit apud Petrum Blesensem, (20) qui circa exitum seculi xii. obiit; Stephanum Episcopum Eduensem illi coaetaneum, aliosque. Quid vero si nusquam ante eam Synodum eiusmodi vocabulum prolatum fuisset, nulli lectum? Recte usurpata noua vocabula ad novos eliminandos errores conuincunt voces nouae a Synodis Generalibus Nicaena et Ephesina consecratae, quas suis locis memorauimus. Et quidem, quod nos modo *Transubstantiationis* vocabulo explicamus, Veteres nomine *conuersionis*, *mutationis*, et *traselementationis* nominibus significasse cuique eorundem opera peruoluntati obuium est.

CAPVT IX.

Eucharistiae Sacramenti Minister ac necessitas constituitur.

Eucharistiam consecrare atque conficere ad solos Sacerdotes adinet.

Illam tamen nonnumquam extraordinarie dispensarunt Diaconi, minores Clerici, immo et ipsi Laici.

Eandem actu sumere necessitatis est, non *medii*, sed *praecipiti* diuini et ecclesiastici, quod solos adultos ratione pollentes obstringit.

Neque praeterea necessitas vlla diuinumque praecipitum cogit vt Laici sub vtraque specie communicent.

Demonstratur primo ex verbis ipsius Christi: instituens quippe hoc Sacramentum, Apostollis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebant, vt loquitur Synodus Tridentina, (1) ait: «hoc facite in meam commemorationem;» eisdem, eorumque in Sacerdotio suc-

(20) Epist. cxl. (1) Sess. xiiii. cap. 1.

cessoribus praecipiens, vt panem et vinum consecrarent atque offerrent. At si hoc praecipitum, prout importat quiddam Christus fecit, scilicet non distributionem et communionem tantum, verum etiam consecrationem atque oblationem, ad omnes promiscue fideles pertineret, omnes proculdubio tenerentur sacrificare et consecrare, quod nec haeretici ipsi audent proferre: ergo Eucharistiam consecrare, cer.

Demonstratur praeterea Traditione. Tertullianus siquidem sic loquitur: (2) carpens irregularem haeticorum disciplinam: «et laicis sacerdotalia munera infungunt.» Epiphanius quoque ait: (3) «neque Diaconis ecclesiastica regula conceditum est peragere Sacrificii «Mysterium, sed ministrare tantumdem dum perficiuntur.» Et Hieronymus haec profert: (4) «quis patitur, vt supra eos se tumidus «Diaconus effrat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque «conficitur? «Habeat similia alii Patres.

Demonstratur quoque propositio ex Conciliorum Statutis. Concilium etenim Nicaenam, ad comprimendam Diaconorum audaciam, qui Eucharistiam dispensare praesumebant, inquit: (5) «neque regula, neque consuetudo tradit, vt hi qui offerendi sacrificii non «habeat potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant.» Et Lateranense iv. haec habet: «hoc Eucharistiae Sacramentum nemo «potest conficere, nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum «clauis Ecclesiae.» Comprobant et Synodi Ancyrana, Laodicensis, Arelatensis, Florentina, Tridentina, aliaeque.

Demonstratur tandem hac ratione S. Thomae: (6) «ipse Sacerdos consecrat in persona Christi: ipse autem Christus, sicut consecrauit corpus suum in Coena, ita et aliis sumendum dedit: vnde «sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad «eum pertinet dispensatio.»

Secundam propositionem haec commonstrant. Primum: constans est Patrum Traditio Diaconos ab Apostollis electos, vt haberet Actor. vi, Eucharistiae mediis in conuiuiis dispensandae praepositos fuisse: legitur enim: «considerate ergo, Fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu Sancto, quos constituamus super hoc opus;» hoc est mensarum ministerium, de quo superius loquutus Lucas fuerat.

(2) De Praescript. cap. 41.

(3) Haer. lxxix.

(4) In Epist. ad Euangelum.

(5) Can. xviii.

(6) III. Part. quaest. lxxxiii. artic. 9.

utra panem post consecrationem, sed ipsiusmet Christi corpus.

Ad decimum dicendum: puerilem illud esse lusionem, atque vitionum transitum a vocabulo ad rem ipsam. Equidem quod adinet ad nomen illud longe ante Synodum Lateranensem iv. auditum fuit apud Petrum Blesensem, (20) qui circa exitum seculi xii. obiit; Stephanum Episcopum Eduensem illi coaetaneum, aliosque. Quid vero si nusquam ante eam Synodum eiusmodi vocabulum prolatum fuisset, nulli lectum? Recte usurpata noua vocabula ad novos eliminandos errores conuincunt voces nouae a Synodis Generalibus Nicaena et Ephesina consecratae, quas suis locis memorauimus. Et quidem, quod nos modo *Transubstantiationis* vocabulo explicamus, Veteres nomine *conuersionis*, *mutationis*, et *traselementationis* nominibus significasse cuique eorundem opera peruoluntati obuium est.

CAPVT IX.

Eucharistiae Sacramenti Minister ac necessitas constituitur.

Eucharistiam consecrare atque conficere ad solos Sacerdotes adinet.

Illam tamen nonnumquam extraordinarie dispensauerunt Diaconi, minores Clerici, immo et ipsi Laici.

Eandem actu sumere necessitatis est, non *medii*, sed *praecipiti* diuini et ecclesiastici, quod solos adultos ratione pollentes obstringit.

Neque praeterea necessitas vlla diuinumque praecipitum cogit vt Laici sub vtraque specie communicent.

Demonstratur primo ex verbis ipsius Christi: instituens quippe hoc Sacramentum, Apostollis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebant, vt loquitur Synodus Tridentina, (1) ait: «hoc facite in meam commemorationem;» eisdem, eorumque in Sacerdotio suc-

(20) Epist. cxl. (1) Sess. XIII. cap. 1.

cessoribus praecipiens, vt panem et vinum consecrarent atque offerrent. At si hoc praecipitum, prout importat quiddam Christus fecit, scilicet non distributionem et communionem tantum, verum etiam consecrationem atque oblationem, ad omnes promiscue fideles pertineret, omnes proculdubio tenerentur sacrificare et consecrare, quod nec haeretici ipsi audent proferre: ergo Eucharistiam consecrare, cer.

Demonstratur praeterea Traditione. Tertullianus siquidem sic loquitur: (2) carpens irregularem haeticorum disciplinam: «et laicis sacerdotalia munera infungunt.» Epiphanius quoque ait: (3) «neque Diaconis ecclesiastica regula conceditum est peragere Sacrificii «Mysterium, sed ministrare tantumdem dum perficiuntur.» Et Hieronymus haec profert: (4) «quis patitur, vt supra eos se tumidus «Diaconus effrat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque «conficitur?« Habent similia alii Patres.

Demonstratur quoque propositio ex Conciliorum Statutis. Concilium etenim Nicaenam, ad comprimendam Diaconorum audaciam, qui Eucharistiam dispensare praesumebant, inquit: (5) «neque regula, neque consuetudo tradit, vt hi qui offerendi sacrificii non «habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant.» Et Lateranense iv. haec habet: «hoc Eucharistiae Sacramentum nemo «potest conficere, nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum «clauis Ecclesiae.» Comprobant et Synodi Ancyrana, Laodicensis, Arelatensis, Florentina, Tridentina, aliaeque.

Demonstratur tandem hac ratione S. Thomae: (6) «ipse Sacerdos consecrat in persona Christi: ipse autem Christus, sicut consecrauit corpus suum in Coena, ita et aliis sumendum dedit: vnde «sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad «eum pertinet dispensatio.»

Secundam propositionem haec commonstrant. Primum: constans est Patrum Traditio Diaconos ab Apostollis electos, vt habetur Actor. vi, Eucharistiae mediis in conuiuiis dispensandae praepositos fuisse: legitur enim: «considerate ergo, Fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu Sancto, quos constituamus super hoc opus;» hoc est mensarum ministerium, de quo superius loquutus Lucas fuerat.

(2) De Praescript. cap. 41.

(3) Haer. lxxix.

(4) In Epist. ad Euangelum.

(5) Can. xviii.

(6) III. Part. quaest. lxxxiii. artic. 9.

Secundum: Martyr Iustinus testatur viguisse seculo ii. morem hunc in Oriente his verbis: (7) »distributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiae sunt actae, cuique praesenti, absentibus autem per Diaconos mittitur.« Atque Concilium Nicaenum i. antiquam illam Orientalium praxim confirmat. (8) Eandem viguisse apud Latinos constat ex Apostolicis Constitutionibus Clementi Papae tributis, in quibus legitur: (9) »oblatione vero ab Episcopo aut Presbytero facta, ipse Diaconus dat populo, non tanquam Sacerdos, sed tanquam qui ministrat Presbyteris:« Igitur ex Episcoporum Sacerdotumque delegatione id quondam Diaconi exequuti sunt.

Tertium: ex Ecclesiae insuper indulgentia minores etiam Clericos et alios et sibi Eucharistiam administrasse priuatim probant Martyrologia Bedae, Adonis, Vsuardi, in quibus hanc historiam legitur: »Romae via Apia in coemeterio Callixti natale Sancti Theopropii Acolyti et Martyris, quem Sacramenta corporis Domini deferrentem Pagani quum reperissent, coeperunt disquirere quid gereret,« et. Laicis praeterea id concessum olim, necessitate vigente, constat ex Dionysio Alexandrino, referente, (10) Eucharistiam Serapioni seni traditam fuisse a puero, quem ad eum Presbyter miserat. Constat quoque laicos sibi ipsis alias sacram Communionem impertitos fuisse ex usu, qui persecutione vigente obtinuerat; panem nempe consecratum e Sacerdotum vel Diaconorum manibus acceptum priuatas in domos deferendi, vt eo sacro cibo quotidie se munirent.

Tertiam propositionem haec probant: tritum apud Patres axiomata fuit, ideo Christum voluisse, vt vigente necessitate, quilibet etiam laicus Baptisma, non Eucharistiam, conficere ac dispensare possit, quod illud, non autem ista, necessitate *medii* ad salutem necessarium sit.

Deinde: nullo Scripturae textu, nullo Traditionis loco, eiusmodi necessitas euinci potest: vnde Tridentinum sic loquitur, praesertim pro paruulis: (11) »eadem Sancta Synodus docet, paruulos vsu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae Communionem; siquidem per Baptismi lauacrum regenerati, et Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam

(7) In Apolog. ii.

(8) Can. xviii.

(9) Lib. viii. cap. 38.

(10) Apud Euseb. lib. v. Histor.

cap. 44.

(11) Sess. xxi. cap. 4.

»tiam in illa aetate amittere non possunt.« Quod et postea Decreto constituit. (12)

Praeterea: id Ecclesiam quouis seculo credidisse argumentum est firmissimum, quod abeunte in desuetudinem paruulorum communionem nullus Patrum scripserit denegari illis necessarium salutis remedium: quodque aliquando consueuerit Ecclesia negare Lapsis, etiam in exitu mortis, communionem sacramentalem, eo quod non sit Viaticum tam necessarium quam reconciliatio et absolutio.

Quod autem diuino et ecclesiastico praecepto ad eucharisticam Communionem Fideles teneantur, sic euincitur. Principio equidem, Christus non solos Apostolos, sed omnes omnino Fideles adloquebatur, dicens: »nisi manducaueritis,« et. Ioann. vi. et, »hoc facite in meam commemorationem.« Matth. xxvi. Deinde, Patrum hoc fuit adsertum, neminem saluati posse, quin, in voto saltem implicito, Christi carnem manducet: quod votum exequi iure diuino tenetur: proindeque Eucharistiam suo tempore recipere. Desumpta est haec probatio ex S. Thoma. (13)

Insuper: praecepit Concilium Lateranense iv. (14) vt Fideles in Paschate Eucharistiam recipiant; quem Canonem Concilium Tridentinum confirmauit: (15) igitur et ex Ecclesiae praecepto ad id Fideles tenentur.

Quarta propositio has habet probationes. Prima: ea tantum Communitio eucharistica necessaria ex praecepto est, quam constat ex Scripturis conferre vitam aeternam: at id de Communionem vnus tantum speciel legitur apud Ioannem cap. vi. verbis illis: »si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum:« et, »panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita:« atque, »qui manducat hunc panem, viuet in aeternum:« ergo.

Secunda: in Eucharistiae institutione illa tantum verba praeceptum proprie sonant, quae habentur Lucae xxii, et in i. ad Corinth. cap. xi. scilicet, »hoc facite in meam commemorationem:« alia vero, »accipite, sumite, bibite,« quae leguntur Matth. xxvi. et Marti xiv, potius verba distribuentis et inuitantis sunt, quam praecipientis: vel si praeceptum continent, ad eos tantum spectat, qui praesentes aderant, nempe Apostolos, quos tunc constituerat Sacerdotes

(12) Can. iv.

(13) Ill. Part. quæst. viii. art. ii.

(14) Can. Omnis vtriusque sexus.

(15) Sess. xiii. Can. 9.

noii Testamenti, et ad reliquos Sacerdotes: atqui verbis illis, »hoc
»facite in meam commemorationem,« utpote absolute post Domi-
nici corporis distributionem prolatis, non praecipitur vtriusque spe-
ciei distributio: ergo.

Tertia: nullus inter Christianos ante seculum xiv. adseruit, Com-
munionem sub vtraque specie esse laicis iure diuino necessariam, prius-
quam Petrus Dresdii vtriusque speciei necessitatem intrudere conaretur:
at inuicissimile prorsus est in tantam caecitatem deuenisse Chris-
tianos omnes, ac in talem diuini praeccepti obliuionem, propriaeque sa-
lutis contemptum irrepisse, si reuera sic praecceptum a Domino fuis-
set: ergo.

Quarta: posita necessitate eiusmodi, immotus omnino, constans
atque fixus communicandi sub vtraque specie vsus in Ecclesia fuisse:
quod enim diuinam institutionem certo refert, eiusmodi vsum exigit:
at non ita immotus, constans ac fixus fuit ille vsus pro laicis et cle-
ricis non conficientibus, quin primitiua Ecclesia pro locorum, tem-
porum rerumque conditione illum immutauit: ergo. Etenim, licet
ab Ecclesiae incunabilis ad xn. vsque seculum, laici atque clerici
non conficientes passim sub duplici specie communicarint, vt ex Tra-
ditione colligitur; multis tamen in casibus maiores nostri Eucharis-
tiam sub vna tantum specie dispensarunt; quemadmodum euincitur
ex Serapionis senis exemplo, cuius supra meminimus.

Verum non exemplis solis id euincitur, sed ex fitra antiquioris
Ecclesiae praxi, qua solus panis, peracto sacrificio, ad mortientium
Viaticum seruetur. Ita siquidem in veteribus monumentis legimus:
nempe in Concilio Turonensi ii. (16) habito anno 567: in Gregorio
Turonensi: (17) vbi et solius corporis mentio fit, non sanguinis; et
non calicem, sed vel pixidam, vel vasorum, quae turrium aut colum-
barum speciem referrent, meminereunt.

Quinta probatio: si Communicatio sub duplici specie praeccepta lai-
cis et clericis non conficientibus a Domino fuisse, non fuisse penes
Ecclesiae potestatem, calicis vsum, vel praecipere, vel prohibere:
atqui sic factum ab Ecclesia scimus: siquidem, seculo v. iussi sunt
apud Latinos cuncti Fideles vtramque speciem in publicis synaxibus
sumere, lato a Gelasio Papa I. Decreto: (18) quod Leonis Papae I.
ad-

(16) Can. iii.

(17) Lib. i. miracul. cap. 86.

(18) Apud Gratian. de consecr.

dist. 2. cap. *Comperimus*.

admonitio praecesserat, (19) vt eiicerentur ex Ecclesia, qui in pu-
blicis Synaxibus a calice temperant; quo facilius haeresis Mani-
chaeorum deregeretur: atque vim illud Decretum obtinuit, quoad-
usque haeresis illa in Occidente euasit.

Post haec Ecclesia iustis de causis et rationibus adducta fuit, vt
praeciperet, laicos atque etiam clericos non celebrantes, sub panis tan-
tummodo specie communicare: anno quidem 1415. Decreto Concilii
Constantiensis, et anno 1437. definitione Concilii Basiliensis: iure qui-
dem optimo omnique acquirere. Quum enim calicis vsus ex iis rebus sit,
quae ad meram pertinent disciplinam, vt sat superque ostensum est,
ab Ecclesia interdicti posse, aduersus Nouatores Tridentina Synodus
declarat: (20) potissimum, stantibus iustis causis et rationibus: nam
vt ipsi Constantienses Patres inquit: (21) inualerat iam ante se-
culi xiv. finem vbique apud Occidentales vsus vnus tantum speciem
in publicis Synaxibus sumendi: vnde quum huiusmodi consuetudo
ab Ecclesia et Sanctis Patribus rationabiliter introducta et iniucissi-
me obseruata sit, habenda est pro lege.

Sed et incommoda ex illa communione sub duplici specie perac-
ta oriebantur, quae Ecclesiam ad eam interdicendam coegit: nem-
pe periculum erat, ne pretiosus sanguis effunderetur; vix siquidem,
prae communicantium copia, saltem solemnioribus festis, prae plu-
rimorum senum, debillum, rusticorum concursu, Diaconi, quan-
tancumque diligentiam adhibuissent, effusionem impedire poterant.

Eo tamen pacto interdixere, vt potestatem in Ecclesia agnouerint
ad calicis vsum denuo concedendum: sic enim loquuti sunt: »con-
»suetudo habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine
»Ecclesiae auctoritate pro libito mutare.« Neque potestatem illam
penes se existere Ecclesia existimauit tantum, verum et ea vsa est, indul-
gens laicis calicis vsum, etiam post memoratam definitionem: etenim ip-
samet Basiliensis Synodus illum vsum Morauis Bohemisque conces-
sit, ea lege, vt sub qualibet specie totum adesse Christum facerentur;
Germanis quoque indulsit Pius IV. ad prudentiam arbitriumque
Episcoporum.

Licet tamen penes Ecclesiam haec sit potestas, haud expedire
passim eiusmodi concessionem, plura enuncunt. Et primo quidem, ex
concessione Germanis facta, abusus ille sequutus est, vt multi hoc

Tom. III.

Ooo

praes-

(19) Serm. iv. in Quadrag.

(20) Sess. xxi. cap. 2.

(21) Sess. xiii.

prae textu Iacobi li anam haeresim suscitarent; vt ob concessionem similem Bohemis facta m a Martino V. pro Paschatis festo, medicus quidam Bohemus gloriosi coeperit, probatam tandem ab ipso Romano Pontifice illam haeresim: quapropter reuocatae illas concessionem statim fuere.

CAPVT X.

Haereticorum errores summam exhibet: argumentationes dissoluit.

Eucharistiae officium dae ordinariam potestatem penes laicos etiam residere, Waldenses primum, deinde Lutherani adfirmarunt: quam insuper et mulieribus ipsis tribuere Marcionitae et Pepuziani: neque id valere dumtaxat, quum Presbyteri absentes sunt, verum etiam ipsis praesentibus.

Necessitatem deinde Eucharistiae eam esse Nouatores aiunt, vt nisi quis illam recipiat, salutem consequi non possit. Immo Albertinus, Dallaeus, alique Calviniani Scriptorum, idem omnino ferme antiquis Patribus, Augustino praesertim, persuasum fuisse contendunt, nec aliunde fluxisse morem, qui diu in Ecclesia obrinuit, Eucharistiam infantibus ministrandi, quam ex communi et firmissima necessitatis huius persuasione. Fuit quoque hic error eiusdemque adseueratio quorundam Graccorum apud Arcudium. (1) Acerriam subinde litrem Nouatores inferunt de vtriusque Symboli Eucharistici perceptione, quam diuino iure omnibus necessariam esse decernunt, atque Romanam Ecclesiam impletatis ac tyrannidis damnant, quod laicis calicis vsum interdixit. Inuexisse errorem hunc Petrum Dresdium Pragae in Bohemia Ludimagistrum Aeneas Syluius narrat. (2) Hausit ab eo errorem Ioannes Hus, eique adhaesere sui Husitae; qui tamen in duas diu isti Sectas, Callixtini qui vocabantur, calicis vsum ad salutem necessarium contendebant.

Ipsius calicis necessitatem Carlosradius Ecclesiae Witembergensi persuasit anno 1521. Quod aegre ferens Lutherus, varia variis temporibus sentire Scriptis prodidit: vt hominem stultissimum agnoscere possimus. Nam communionem vtriusque speciei inter res indifferentes primo adnumeravit, inter ritusque reposuit ad diuinum cultum,

(1) Lib. iij. Concord. ca p. 40. (2) In Hist. Bohem. cap. 35.

tum et populorum salutem parum, vt loquitur, conferentes. (3) Non multo post suam ab Ecclesia defectionem scripsit, calicis concessionem non esse penes priuatum quemque Episcopum, sed penes solam Ecclesiam, et quidem in generali Concilio congregatam: quod tamen suum adserunt diu non fuit, quin in aliud mutaret.

Lutherum Calvinus sequutus, adseruit: (4) » ex officina Diaboli prodidisse Constitutionem, quae dimidiam Coenae partem Dei populo vel furata est, vel eripuit: Symbolum nempe sanguinis, quod laicis interdictum, clericis cessit in peculium. « Consensere haereticis nonnulli ex Graecis recentioribus, de quibus Arcudius, (5) ritum communicandi sub vtraque specie retinentes.

Opponunt itaque aduersus primam et secundam propositionem: omnes Fideles esse in noua lege Sacerdotes adfirmat in priore Epistola Petrus, et Ioannes in cap. 1. Apocalypseos: ergo non ad solos Sacerdotes, quos sic vulgo nominant, pertinet, cer.

Deinde Tertullianus haec profert: (6) » nonne et laici Sacerdotes sumus? Scriptum est, regnum quoque nos et Sacerdotes Deo et Patri suo fecit: Differentiam inter ordinem et plebem constituit Ecclesiae auctoritas, et honor per ordinis concessum sanctificatus. » Adeo vbi ecclesiastici ordinis non est concessus, et offerens, et tinguis, et Sacerdos es tibi solus: ergo.

Praeterea: saltem Diaconos habere ius ordinatum consecrandi euincitur ex Concilio Ancyrano, et ex Actis S. Laurentii: iubetur quippe ab ea Synodo, (7) Diaconos, qui Idolis sacrificarunt, in posterum » ab omni sacerdotali ministerio cessare, panem vel calicem offerendi, vel praedicandi: atque apud Ambrosium (8) ita Xystum ad Martyrium proficiscentem adloquutus est Laurentius: » experire certe, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisit Dominici sanguinis consecrationem: » non dispensationem, vt legitur in Breuiatio Romano: ergo.

Rursus: Diaconos calicem offerre Cyprianus adfirmat: (9) neque alio sensu verbum offerendi accipit, inquit Grotius, quam vt idem est, ac benedicere, gratias agere, consecrare: ergo.

Ad haec: sunt quoque praecleara nonnulla exempla, quae probant

- | | |
|---------------------------------|------------------------------------|
| (3) In Epist. aduers. Reformat. | (6) In lib. de Exhort. Castitatis. |
| (4) Lib. iv. Instit. cap. 17. | (7) Can. ii. |
| (5) Vbi supra cap. 50. | (8) Lib. 1. Officior. cap. 41. |
| | (9) In lib. de Lapsis. |

bant competere laicis eandem facultatem: Frumentius enim laicus ad Indos vel Aethiopes ex Alexandria profectus, eos qui illum comederant, hortatus est, *eo more, quo sub Romano Imperio fieri solebat, et conuenire, et sacra celebrare*; vt Theodoretus narrat. (10) Quid simile Sophronius testatur, (11) de Monacho quodam laico, quem *verbis sanctae oblationis panes consecrasset* dicit. Milites insuper Bertrandi Guislini, regnante in Gallis Carolo V, sese mutuo communicasse narrant illius aut proximi temporis Scriptores: igitur laicis competit etiam, cet.

Accedit: laicos, precatione adhibita, Synaxim a temporibus Apostolorum fecisse inire se; Erasmus indicat: (12) panem quoque in agro a Pastoribus consecratum, conuersum fuisse in carnem, scribunt Albinus Flaccus, et Honorius Augustodunensis. (13)

Postremo: in veteri Martyrologio ad diem pridie Kalendas Iulias legitur: »Romae Sanctae Petronillae Virginis. Haec fuit filia »beatissimi Apostoli Petri, quae post multa miracula sanitarum, quum »eam Flaccus Comes suo veller sociare coniugio, tridui inducias postulans, et cum Sancta Felicilla lactanea sua continuis Ieiuniis et »orationibus vacans, tertio celebratis Dominicae oblationis Mysteriis, »mox vt Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectulo emis- »sit spiritum: « ergo et foeminae Eucharistiam consecrare valent.

Aduersus tertiam propositionem obiciunt primo: Ioannis cap. vi. legimus hanc celebrem Christi sententiam: »nisi manducaueritis car- »nem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vi- »tam in vobis: « atqui huius sententiae particula exclusiua nisi non minus vniversalis est, quam ista, qua Baptismatis absoluta neces- sitas concluditur: »nisi quis renatus fuerit, ex aqua et Spiritu Sanc- »to, non potest introire in regnum caelorum: « ergo.

Secundo: Augustinus adserit, (14) Pelagianos contendentes non posse infantes baptizatos adipisci vitam aeternam, disputare contra sententiam Domini dicentis: »nisi manducaueritis carnem Filii ho- »minis, non habebitis vitam in vobis, et contra Apostolicae Sedis »auctoritatem, vbi de hac ipsa re quum ageretur, hoc testimonium »adhibuit est euangelicum, ne paruuli non baptizati vitam posse ha- »bere credantur: « ergo.

Ter-

(10) Lib. 11. Hist. Ecel. cap. 23.

(13) In Gemma Animae.

(11) In Prato Spirit. cap. 25.

(14) Epist. cv1.

(12) In Ep. ad Cuthbertum Fostal.

Tertio: Gelasius Papa colligit ex verbis euangelicis teneri Eucharistiae necessitate ipsos paruulos; causatus alioquin eos vita aeterna frustrandos: scribit enim: (15) »ipse Dominus Iesus Christus »coelesti voce pronuntiat: qui non manducauerit carnem, cet. Vbi »itaque neminem videmus exceptum, nec opus est aliquem dicere »paruulum sine hoc Sacramento salutari ad aeternam vitam posse »perduci: « ergo.

Quarto: tota Ecclesia duodecim prioribus seculis, et hac etiam aetate Orientalis, non modo adultis, sed etiam paruulis, Eucharistiam statim post Baptismum contulit: at praxim eam non ob aliud amplexa est, quam quod ei persuasum fuerit neminem absque Eucharistiae receptione salutem consequi posse: ergo.

Postremo: haec quatram propositionem infringere videntur. Primum: haec Christi verba Ioan. vi: nisi manducaueritis carnem Filii hominis, cet. iniungunt sub aeternae damnationis periculo carnis et sanguinis sumtionem, et quidem per duas actiones distinctas, esum scilicet et potum: si enim habuisset in animo Christus, vt per vnam dumtaxat actionem sumerentur: frustra hisce verbis nisi manducaueritis carnem Filii hominis, haec alia addidissent et biberitis eius sanguinem: atqui duplex illa actio, esus nempe et potus, exerceri non potest quum vnica species porrigitur: duplex ergo iure diuino fidelibus dispensari debet.

Secundum: haec alia Christi verba Matth. xxvi. bibite ex hoc omnes, complectuntur omnes omnino fideles, siue laici sint, siue clerici: ergo iure diuino omnibus omnino fidelibus praecipitur calicis vsus.

Tertium: Christus hisce verbis hoc facite, cet. Apostolis eorumque ad finem vsque seculorum successoribus praecipit, vt id deinceps agerent quod ipse peregerat, quum Eucharistiam instituit: at ipse tunc non vnam tantum speciem, sed duplicem distribuit: iniunxit igitur Apostolis eorumque in sacerdotali ministerio successoribus vt vtramque speciem fidei populo dispensarent.

Quartum: Christus cuique Fideli praecipit vt Eucharistiam sumeret, tamquam suae passionis Sacramentum; vt legimus Lucae xxii. et 1. ad Corinth. ii: atqui Eucharistia sub vna tantum specie non est Dominicae passionis Sacramentum seu signum, quum in ea nihil sit quod ambretur: ergo.

Quin-

(15) In Epist. ad Episc. per Picenum, cet.

Quantum : qui Eucharistia sub vtraque specie reficitur , malus recipit augmentum gratiae , quam is qui vnica tantum specie donatur : nam primo nemo dixerit , calicis summionem Sacerdoti sacrificanti nulli omnino esse fructui : Deinde , plures e Schola Theologi contendunt plus gratiae percipi ex duplici specie , quam ex vna tantum : ergo.

Sed responderetur ad singula . Ad primum quidem primi ordinis dicimus : omnes in noua Lege Sacerdotes dici lata significatione , quatenus scilicet preces Deo offerunt , et spiritali gratia inunguntur ; vt alibi exposuimus .

Secundum hac via soluitur : loquutum fuisse Tertullianum de Sacerdotio late sumto , de quo et loquitur in libro ad Scapulam , (16) et in Apologetico . (17) Quidni vero si et de Oblatione Tertullianum accipiendum velint , quam persecutionis tempore fideles a Sacerdote consecratam in cryptas latebrasque deferrent , ibique maior natu minoribus distribueret , vel vnusquisque suis manibus acciperet ? Facile id quidem capitur . Sed agnoscit ibidem Tertullianus speciale Sacerdotium , quod constituit *Ecclesiae auctoritatem* , etc .

Tertium nullius est momenti : nam Ancyrano Canone statuitur , » Diaconos qui Idolis sacrificarunt , cessare ab omni sacro ministerio , « quod est panem et calicem deferre : scilicet prohibetur eis est celebranti inseruire , et munera consecranda ad altare portare : vel etiam sanguinem ministrare : vtrumque siquidem *offerre* illud sonat ; vt et vtrumque a Diaconis exequutum esse constat : et postremum quidem exereuit Martyr Christi ac Xysti Diaconus Laurentius : neque illa verba *Dominici sanguinis dispensationem* , primi inuenerunt editores Romani : habentur enim in antiquissimis Mss .

Quarti solutio ex nuper dictis habetur . Cyprianum nempe adserere : Diaconos calicem offerre praesentibus coepisse , prout *offerre* idem est ac sanguinem ministrare ; quidquid Grotius inconsiderate nimis dixerit : offerendi siquidem et consecrandi potestatem Diaconis inesse Nicaena Synodus negat aperte .

Ad exempla quinto loco adducta dicendum : nihil aliud Theodoretum adlatis verbis intellexisse , quam Conuentus Christianorum ad preces Deo offerendas : nam Rufinus , ex quo hanc historiam Theodoretus exscripsit , ait : (18) » Frumentium negotiatoribus cum pietate educatis , qui eo nauigabant , persuasisse , vt conuenticula » per

(16) Cap. II. (17) Cap. XXX. (18) Lib. I. cap. 9.

» per loca singula facerent , ad quae ritu Romano orationis causa » confluerent . « Nam licet Act. xiii. atque apud Sacros Scriptores Lurgia proprie significet Sacerdotum ministerium et sacrificium , attamen vsurpatur quandoque ea vox ad illa significanda , quae habent cum sacrificio quamdam analogiam . In historia deinde a Sophronio narrata , si eam admittimus , contigisse maximum inauditumque miraculum constat ; adeo vt laici deinceps non auderent consecrationis verba proferre : vade legitur in eodem capite Prati spiritualis : » tunc statuit Monachorum senior , vt nullus addisceret sanctae oblationis verba , nisi qui ordinatus ad hoc esset , neque passim ea » quisquam diceret , quocumque tempore , absque loco consecrato . « De militibus Bertrandi nihil aliud referunt ipsa scripta Grotii , quam eos Sacerdotibus destitutos loco Eucharistiae panem communem accepisse ; ipsi panis Sacramenti nomen adtribuentis .

Ad sextum eandem adhibemus solutionem : nempe laicos Apostolorum temporibus communem panem loco Eucharistiae summissis ; quod vnum , neutiquam veram consecrationem illos fecisse Erasmus putat . Id ipsum de pane a Pastoribus in agro consecrato iudicamus : fuisse eum panem communem , non eucharisticum ; licet enim facta in eo commutatio in carnem admittatur ad Rusticorum verba ; non tamen attribuitur illa verborum virtuti , sed omnipotentiae Dei puenientis ipsorum audaciam .

Ad septimum dicendum : haud haberi in Martyrologio , quod ab ipsa Petronilla celebrata fuerint dominicae oblationis Mysteria . Habentur sane haec : » factum est autem , vt triduum dierum acceptum » spatium Virgo sanctis ieiuniis et orationibus occuparet , habens secum sanctam Virginem Felicillam collectaneam suam in Dei timore perfectam . Tertio itaque die veniens ad eam Sanctus Nicomedes Presbyter celebravit mysteria Christi ; Virgo autem sanctissima mox vt Christi Sacramentum accepit , emissit spiritum . «

Ad primum deinde secundi ordinis respondemus : Eucharistiae esum omnibus omnino , etiam paruulis , necessarium esse , non quidem actu et in re , sed in voto implicito quod in Baptismatis susceptione continetur , vt S. Thomas declarat . (19)

Secundum , et tertium eadem solutione enervantur : nempe Augustinum et Gelasium Christi verba de Eucharistia interpretatos fuisse , nec actu quidem recepta , sed in voto implicito , quod in

(19) III. Part. quaest. LXXIII. art. 3.

in iis omnibus reperitur, qui per Baptismum mystico Christi corpore coniunguntur.

Quartum argumentum si valeret, probaret quoque Confirmationem necessariam necessitate *medii* esse ad salutem aeternam consequendam: etenim eam maiores nostri olim a Baptismate non sequebantur in Occidente; nec nunc temporis in Oriente separant. Respondemus tamen: de disciplina de qua argumentum, haec profert Synodus Tridentina: » *ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita cerre eos nulla salutis necessitate id fecisse sine controversia credendum est.* « Probabilis autem illa causa non alia fuit, quam quod exploratum eis esset, paruulos Eucharistiae vi augmento gratiae sanctificantis donari.

Primum deinde tertii ordinis argumentum, nec Caluinistis, nec Huiusmodi, nec Lutheranis fauet. Non primis quidem; quippe qui ipsum Ioannis locum non accipiunt de Eucharistia, ut saepe obseruauimus; quod nempe sic intellectus locus ille, plusquam ipsi velint, *Orali* manducationi corporis Christi faueat. Nec fauet insuper posterioribus, quum corporalem illi praesentiam Christi in Eucharistia admittant; quum falsum omnimode sit praecipit eo loco, ut carnis et sanguinis Christi sumtio per duas actiones distinctas fiat: nam Christus ipse vni actioni, esui nempe, praecipuum effectum adscribit, ob quem Eucharistiam instituit dicens, *qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum.* Hinc quamuis post iniunctam verbis illis manducationem, *nisi manducaueritis, etc.*, haec alia addiderit, *et biberitis eius sanguinem*, quibus potus praescribi videtur; haud euincitur contrarium: nam particula *et* idem ac *vel* ibi valet; adeo ut is sit sententiae sensus; fidelis qui nec corpus meum ederit, nec sanguinem biberit, aeternam vitam non consequetur.

Secundum hanc solutionem habet. Axioma esse apud aduersarios maxime tritum, abstentuos, seu qui vinum haurire non possunt, nequaquam vniuersali illa sententia comprehendi; et tamen ab effectu Sacramenti non excludi. Itaque fateantur aduersarii oportet, terminum illum vniuersalem *omnes* restringi debere: atque ad eos quidem, ad quos restringendum esse docet Traditio; scilicet ad Sacerdotes solos.

Tertio hoc pacto occurrimus: nec ipsis quidem ministris praecipisse Christum, ut totum agerent, quod actum est. Etenim Eucha-

ris-

ristiam coenatis distribuit; nec iniunxit tamen ut post Coenam tantum dispensaretur: acceptum de mensa calicem sibi ipsis distribuisse Apostoli videntur, secundum illa Christi verba Lucae xxii: *et accepto calice gratias egit, et dixit: accipite, et diuidite inter vos:* nec tamen laici eum sibi ipsis possunt porrigere. Itaque adserendum est, ex Ecclesiae vsu debere disci quatenam ex iis quae in vltima Coena peracta sunt, Christus praeeperit, quatenam vero ministrorum prudentiae permiserit: docemur autem perpetuo Ecclesiae vsu calicem non semper laicis fuisse portectum; proindeque concludendum ministris non teneri iure diuino, ut laicis calicem dispensent.

Ad quartum dicimus: vnaquolibet in indiuiduo specie Christi passionem adumbrari; quum vnaquaeque peculiari consecratur benedictione: nam verba quibus seorsim consecrantur, sunt gladii spiritualis ad instar, quo Christi corpus et sanguis a se ipsis mystice separantur.

Quintum hac via soluere placet: non augeri gratiam ex calicis sumptione, quae iam per panis consecrati comestione producta supponitur; quod nempe, et esus, et potus vniam tantum refectionem spirituales, et significant, et constituent. Vini quippe species, quam in sacrificio Sacerdos sumit, se habet respectu gratiae producendae, sicut eiusdem vini guttula sumta post aliam.

CAPVT XI.

De Eucharistia et Sacrificio est agitur.

Eucharistia est veri nominis Sacrificium.

Quod quidem vere propriatorium est, ac pro viuus et defunctis sancte in Missa offertur.

Sacrilege itaque Nouatores Missarum priuatarum vsum damnant; in quarum etiam ceremoniis nihil est non maxime sanctum et pium.

Demonstratur prima propositio ex Scripturis: Christus siquidem in vltima Coena sic Apostolos suos adloquutus est Lucae xxii: *hoc facite in meam commemorationem:* at ipse verum et proprie dicitur
1 om. IIII. Ppp rum

tum obtulit Sacrificium, vt alibi demonstratum est: ergo iussit vt idem Sacrificium offerrent; proindeque veri nominis Sacrificium offerunt Eucharistiam consecrantes. Deinde: Malachiae cap. i. sic Deus loquens inducitur: »non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim »Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et »in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda: quia »magnum est nomen meum in gentibus; dicit Dominus exercituum: « quae verba vnanimis Patrum consensus perpetuo de Eucharistia interpretatus est.

Praeterea: Paulus in i. ad Corinth. cap. x. ait: »videte Israel »secundum carnem; nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? »Sed quae immolant gentes, doemonibus immolant, et non Deo: non »lo autem fieri vos socios doemoniorum: non potestis calicem Domini bibere, et calicem doemoniorum; non potestis mensae Domini participes esse, et mensae doemoniorum: « at nisi Eucharistiam Paulus verum Sacrificium censuisset, inepta fuisset eius argumentatio vt ab idolorum cultu Corinthios abstraheret: ergo.

Demonstratur eadem propositio ex Conciliorum auctoritate. Concilium Ephesinum i. inquit: (1) »sanctum ac viuificum, incrementumque in Ecclesiis peragimus Sacrificium, corpus quod proponitur, similiter et pretiosum sanguinem, non communis, nobisque similis hominis cutuspam esse credentes, « cer. Leguntur his consona in Synodo Oecumenica Chalcedonensi, et in Toletana xii.

At apertius prae reliquis omnibus loquitur Tridentina Synodus, aiens: (2) »haec (scilicet Eucharistia) illa oblatio munda est, quam »Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum erat »in gentibus, in omni loco offerendam esse praedixit, et quam non »obscure Paulus innuit Corinthiis scribens, non posse eos qui participatione mensae doemoniorum polluti sunt, mensae Domini participes esse, per mensam altare vtrouique intelligens. « Et rursus: »Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans (Christus) corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, et sub eorundem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituiebat, vt sumerent tradidit; et eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus vt offerrent praecepit per haec verba: *hoc facite*, « cer.

(1) In Declarat. xi. Anathemat. 2. (2) Sess. xxii. cap. 1.

Deq;

Demonstratur quoque propositio ex Patrum Traditione. Etenim Cyprianus non solum ait Christum fuisse Sacerdotem, et obtulisse hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem; sed etiam dicit: (3) »si Iesus Christus »Dominus et Deus noster, ipse est Summus Sacerdos Dei Patris, et »sacrificium Patri seipsum primus obtulit, et hoc fieri in sui commemorationem praecepit, vti que ille Sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, et Sacrificium verum »et plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, « cer. Augustinus haec habet: (4) in Altari corpus Domini offertur, sanguisque Christi pro peccatoribus effunditur. « Basilio praeterea, Chrysostomo, ac aliis, qui Liturgias scripsere, persuassum omnimode fuit Eucharistiam esse verum Sacrificium; quippe qui in iis Liturgiis oblationis, immolationis, sacrificii, Sacerdotum, Altarium, sacrorum vasorum milles meminerint. Idem quoque ratum fuit toti Ecclesiae Graecae, quae a mille annis et amplius ad earum Liturgiarum normam diuinarum celebrationem exigit. Idem pariter crediderunt Latini, qui quum sacra obirent saeculis viii. ix. et x. Ordine Romano vtebantur.

Demonstratur insuper ex praescriptione. Inconfesso enim est viii. saeculo totam Ecclesiam Occidentalem credidisse, Eucharistiam esse verum Sacrificium: tunc siquidem eodem Canone vtebantur, quo iam temporis vtitur: ergo prius eundem articulum profitebatur; quum assignari non possint Auctores, qui nouum, vt aduersarii aiunt, Dogma in Ecclesia inuenerint.

Secundam propositionem haec probant: Lucae verba xxvi: »hic »est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur, « ob Graecae syntaxim orationis ad poculum Eucharisticum esse referenda, norunt omnes, qui graece norunt: proindeque Eucharistiam esse Sacrificium demonstrare.

Deinde: sic Tridentinum Concilium definisse legimus: (5) »si quis dixerit Missae Sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti, neque pro viuis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit. «

Praeterea Patrum Traditio ita testatur. Etenim Cyrillus Hierosolym. l. i. c. 23. dicit: »Eucharistia est sacrificium, quod offerunt Deo Patri et Filio, et Spiritui Sancto, in remissionem peccatorum. «

(3) Ep. lxxiii. ad Concil. (4) Serm. ii. de Sanctis. (5) Sess. xxii. Can. 3.

Ppp 2

ly-

lymitanus (6) vocat hoc Sacrificium, *hostiam propitiations*. Augustinus inquit: (7) »pro valde bonis actiones gratiarum sunt; pro non »valde malis (loquitur de defunctis) propitiations sunt.« Leguntur similia in aliis Patribus.

Verum quod ad defunctos attinet, praeclarum extat testimonium in lib. II. Machab. cap. 4. nempe: »facta collatione (Iudas) duodecim »milla dragmas argenti missit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium,« etc. Quo testimonio commendari Sacrificium pro mortuis oblatum, scribit Augustinus. (8) Cuius auctoritatem quanti Nouatores ipsi et hac super te faciant, fauste feliciterque nos experti sumus in colloquiis cum Nouatore quodam per mensem ferme habitis: quem modo catholicum, et agnoscunt, et mirantur, qui vatis eum implicarum erroribus dolebant.

Adparet insuper praxis haec pro mortuis offerendi sacrificia ex Liturgiis Basiliana et Chrysostomiana; ex *dypichis*, quae olim Sacrificii tempore legebantur; atque ex illustribus exemplis Episcoporum ac Sacerdotum precantium ac offerentium in Constantini funere; Ambrosii sacrificantis pro anima fratris sui Satyri, aliorumque.

Tertiae demum propositionis prima pars abunde probatur ex Concilio Tridentini doctrina, ubi ait: (9) »Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, non propterea Sancta »Synodus vt priuatas et illicitas damnat, sed probat atque commendat; siquidem ille quoque Missae vere communes censi debent, »partim quod in eis populus spiritualiter communicet, partim quod »publico Ecclesiae ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.«

Quoniam vero hanc Tridentini doctrinam sacrilege ille ridet, alia argumentatione firmanda illa est, ac propositio demonstranda. Hac nempe: si illicitae priuatae Missae forent, id esset, quia illis, vel Christi praeceptum violaretur; vel intrusa consuetudo Veterum instituitis, ac traditionibus esset; vel profanaretur ministerium ecclesiasticum: hae enim sunt haereticorum praecipuae calumniae aduersus Tridentini, seu Ecclesiae doctrinam: atqui nulla harum rerum euincit illegitimas esse Missas priuatas.

Principio siquidem nullum in Scripturis inuenitur praeceptum, vt Sacerdotes publice tantum offerant. Deinde: vt fuit liberum fidelibus

(6) Catech. v.

(7) In Enchir. cap. xc.

(8) In lib. de Cura pro mortuis gerenda, cap. 1. (9) Sess. XXI. cap. 6.

bus ad communionem accedere, vel ab ea abstinere; ita liberum Sacerdotibus fuit semper publice, aut priuatim offerre; vt constat ex factis Marcelli Papae rem diuinam in domo Lucinae peragentis; aliorumque. Quae quidem facta etiam ostendunt in praclauidatis Sacrificiis neminem, Sacerdotibus exceptis, communicasse.

Demum: quotiescumque offerunt Deo verum perfectumque Sacrificium, quo ipsi debitus redditur cultus, quo celebratur Sanctorum memoria, quo pax, venia, requies, omniaque bona fidelibus vitis atque defunctis impetrantur, non profanatur certe, sed summo potius honore adficitur ministerium sacerdotale: quae omnia in Missae Sacrificio adinueniri ex dictis habetur.

Secunda propositionis pars traditur quoque a Patribus Tridentinis his verbis: (10) »ceremonias adhibuit pia mater Ecclesia; vt »mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque »id genus multa, ex Apostolica disciplina et Traditione; quo et maiestas tanti Sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec »visibilia religionis et pietatis signa, ad rerum altissimarum quae in »hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.«

Qui ergo sacras Missae ceremonias, ritusque quibus ad Inuisibilia cognoscenda et amanda veluti manuducimur, insectantur, si pietatem omnem et religionem abnegarunt: quaecumque enim, in huius Mysterii celebratione fiunt, vel Christi passionem in mentem reuocant, vel corporis mystici dispositionem allegorice denotant, vel deuotionem et reuerentiam, qua hoc Sacramento vtendum est, tropologicè significant, vt docet S. Thomas. (11)

CAPVT XII.

Nouatorum erroribus detectis, eorum argumentis fit satis.

Nullum e Christianis, qui Manichaeismo aut Berngariano errore non laboratit, ante XII. seculum negasse Eucharistiam esse verum nouae legis Sacrificium, indubitata nobis res est. Waldenses autem damnasse Ecclesiam Romanam, quod credat, Eucharistiam esse verum nouae legis Sacrificium, omnes ferme Recentiores haeretici contendunt: sed id fingunt illi gratis, vt inter Christianos seculi XII. erroris sui patronos inueniant; vti demonstrat Iuennus.

(10) Sess. XXII. cap. 5. (11) III. Part. q. LXXXIII. art. 5.

lymitanus (6) vocat hoc Sacrificium, *hostiam propitiations*. Augustinus inquit: (7) »pro valde bonis actiones gratiarum sunt; pro non »valde malis (loquitur de defunctis) propitiations sunt.« Leguntur similia in aliis Patribus.

Verum quod ad defunctos attinet, praeclarum extat testimonium in lib. II. Machab. cap. 4. nempe: »facta collatione (Iudas) duodecim »milla dragmas argenti missit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium,« etc. Quo testimonio commendari Sacrificium pro mortuis oblatum, scribit Augustinus. (8) Cuius auctoritatem quanti Nouatores ipsi et hac super te faciant, fauste feliciterque nos experti sumus in colloquiis cum Nouatore quodam per mensem ferme habitis: quem modo catholicum, et agnoscunt, et mirantur, qui vatis eum implicarum erroribus dolebant.

Adparet insuper praxis haec pro mortuis offerendi sacrificia ex Liturgiis Basiliana et Chrysostomiana; ex *dyplichis*, quae olim Sacrificii tempore legebantur; atque ex illustribus exemplis Episcoporum ac Sacerdotum precantium ac offerentium in Constantini funere; Ambrosii sacrificantis pro anima fratris sui Satyri, aliorumque.

Tertiae demum propositionis prima pars abunde probatur ex Concilio Tridentini doctrina, ubi ait: (9) »Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, non propterea Sancta »Synodus vt priuatas et illicitas damnat, sed probat atque commendat; siquidem ille quoque Missae vere communes censi debent, »partim quod in eis populus spiritualiter communicet, partim quod »publico Ecclesiae ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.«

Quoniam vero hanc Tridentini doctrinam sacrilege ille ridet, alia argumentatione firmanda illa est, ac propositio demonstranda. Hac nempe: si illicitae priuatae Missae forent, id esset, quia illis, vel Christi praeceptum violaretur; vel intrusa consuetudo Veterum instituitis, ac traditionibus esset; vel profanaretur ministerium ecclesiasticum: hae enim sunt haereticorum praecipuae calumniae aduersus Tridentini, seu Ecclesiae doctrinam: atqui nulla harum rerum euincit illegitimas esse Missas priuatas.

Principio siquidem nullum in Scripturis inuenitur praeceptum, vt Sacerdotes publice tantum offerant. Deinde: vt fuit liberum fidelibus

(6) Catech. v.

(7) In Enchir. cap. xc.

(8) In lib. de Cura pro mortuis gerenda, cap. 1. (9) Sess. XXI. cap. 6.

bus ad communionem accedere, vel ab ea abstinere; ita liberum Sacerdotibus fuit semper publice, aut priuatim offerre; vt constat ex factis Marcelli Papae rem diuinam in domo Lucinae peragentis; aliorumque. Quae quidem facta etiam ostendunt in praclauidatis Sacrificiis neminem, Sacerdotibus exceptis, communicasse.

Demum: quotiescumque offerunt Deo verum perfectumque Sacrificium, quo ipsi debitus redditur cultus, quo celebratur Sanctorum memoria, quo pax, venia, requies, omniaque bona fidelibus vitis atque defunctis impetrantur, non profanatur certe, sed summo potius honore adficitur ministerium sacerdotale: quae omnia in Missae Sacrificio adinueniri ex dictis habetur.

Secunda propositionis pars traditur quoque a Patribus Tridentinis his verbis: (10) »ceremonias adhibuit pia mater Ecclesia; vt »mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque »id genus multa, ex Apostolica disciplina et Traditione; quo et maiestas tanti Sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec »visibilia religionis et pietatis signa, ad rerum altissimarum quae in »hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.«

Qui ergo sacras Missae ceremonias, ritusque quibus ad Inuisibilia cognoscenda et amanda veluti manuducimur, insectantur, si pietatem omnem et religionem abnegarunt: quaecumque enim, in huius Mysterii celebratione fiunt, vel Christi passionem in mentem reuocant, vel corporis mystici dispositionem allegorice denotant, vel deuotionem et reuerentiam, qua hoc Sacramento vtendum est, tropologicè significant, vt docet S. Thomas. (11)

CAPVT XII.

Nouatorum erroribus detectis, eorum argumentis fit satis.

Nullum e Christianis, qui Manichaeismo aut Berngariano errore non laboratit, ante XII. seculum negasse Eucharistiam esse verum nouae legis Sacrificium, indubitata nobis res est. Waldenses autem damnasse Ecclesiam Romanam, quod credat, Eucharistiam esse verum nouae legis Sacrificium, omnes ferme Recentiores haeretici contendunt: sed id fingunt illi gratis, vt inter Christianos seculi XII. erroris sui patronos inueniant; vti demonstrat Iuuenus.

(10) Sess. XXII. cap. 5. (11) III. Part. q. LXXXIII. art. 5.

nus. (1) Dubitatum insuper a quibusdam est, an Ioannes Hus Missae Sacrificii hostis fuerit; verum extra controuersiam modo positum est, eum in eiusmodi Dogmate ab Ecclesiae Fide non disensisse.

Hoc itaque fixum omnibus, Lutherum Eucharistico Sacrificio infensissimum indixisse bellum. In formula siquidem Missae quam anno 1525. pro Ecclesia Wirtembergensi edidit, oblationem Missae vocat *Abominationem*. Quem errorem sequutus est Zuinglius, Missam penitus apud Helueticos abrogans, tamquam quae peracto in Cruce Sacrificio maxime esse iniuriosa. Idem apud Geneuenses egit Caluinus, diligentissime cauens ne in Sacramentorum formula Oblationis nomen adpellaretur, neque vim aliquam *propitiationis* in Missa esse dicens. Quod deinceps Caluinistae omnes, ac Lutherani curarunt priuatas propterea Missas in quibus Populus non communicat, abusus et nefariae superstitionis damnantes in Augustana Confessione anni 1530. et in reformata anni 1540.

Quae vero in suorum errorum auxilium producant argumenta, haec potissimum sunt. Aduersus primam et secundam propositiones arguunt primo: per Sacrificium in pane et uino, quod in Communione Romana offertur, summa irrogatur iniuria Sacrificio, quod Christus in Cruce obrulit; perinde enim est ac si cruentam Christi Sacrificium non satis ad humani generis redemptionem fuisset: at Dogma huiusmodi tamquam maxime impium damnat Paulus ad Hebr. 10. scribens: *in qua voluntate (aeterni Patris) sanctificati sumus per oblationem corporis. Iesu semel. Et omnis quidem Sacerdos praesto est quotidie ministrans, et eandem saepe offerens hostias, quae numquam possunt auferre peccata. Hic autem vnus pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei. Vna enim oblatione consumit: maui in sempiternum sanctificatos. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato:* ergo.

Secundo: Christus non temporali, sed aeterno fruatur Sacerdotio ex Paulo ad Hebr. vii. scribente: *et alii quidem plures facti sunt Sacerdotes; ideo quod morte prohiberentur permanere, hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet Sacerdotium:* ergo nulli Sacerdotes sunt, qui Christo in Sacerdotio successerint; proindeque nec qui verum Sacrificium in noua lege offerre valeant.

Tertio: definitur Sacrificium: *oblatio rei sensibilis cum illius*

(1) Dissert. v. de Euchar. quaest. 1. cap. 1.

immutatione facta Deo, et legitima institutione in signum supremi illius in creata omnia domini: arqui isthaec non conueniunt Eucharistiae: ergo.

Quarto: Iustinus (2) recitato Malachiae vaticinio, inquit: Eucharistiam, de qua illud intelligit, esse memoriam passionis Domini, et gratiarum actionem. Tertullianus (3) adserit: *simplicem orationem esse Sacrificium spirituale, de quo vaticinatus Malachias est.* Docet id ipsum Chrysostomus: (4) ergo.

Quinto: externi Sacrificii oblatio nequaquam cohaeret cum hac Christi sententia Ioannis 14: *venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate:* eo enim loci Christus ab euangelica lege remouet quidquid externum est et sensibile: ergo.

Sexto: innitur hoc Dogma Coenae institutioni: at in Coena Dominum cum Apostolis sedisse, panem fregisse, discumbentibus distribuisse legimus, obtulisse vero Sacrificium non legimus: ergo.

Septimo: Eucharistia Sacramentum est: non igitur Sacrificium esse valet: repugnat siquidem, quod res eadem Sacramenti et Sacrificii rationem habeat, seu quod nobis exhibeatur, et Deo offeratur.

Octauo: hostia quae in Sacrificium offertur, occidi debet: at Christus in Eucharistia non occiditur: ergo.

Aduersus propositionem tertiam haec producant. Primum: Christus Eucharistiam instituens, ait: *hoc facite in meam commemorationem:* at ipse quando consecrauit, distribuit: ergo et Sacerdotes dum consecrant, debent Eucharistiam distribuere; proinde non debent priuatim celebrare.

Secundum: Paulus in 1. ad Corinth. 11. eos qui priuatim Missam celebrant, non participantibus aliis, inquit: *nam non Dominicam Coenam, sed suam manducare:* igitur priuata Missa non est Coena Dominica.

Tertium: a Veteribus Eucharistia idcirca Synaxis seu Communionis dicta est, quod secundum Christi institutionem non solum Presbyter, sed et reliqui fratres participare esse debeant Sacramenti: ergo.

Quartum: priuatas Missas priori Ecclesiae ignotas fuisse, quae

(2) In Dialogo cum Triphono. (3) Lib. 1v. contr. Marc. (4) Hom. 11. contra Iudaeos.

in Dominicae Coenae celebratione semper Sacramenti dispensationem in usu habuit, illud probat, quod in vetustissimis quibusque Litu-rgiis testatissimum sit: ergo.

Quintum: Ecclesiastici Canones, videlicet x. Inter Apostolicos, II. Concilii Antiocheni, alius etiam Anaclero Papae falso tributus, et a Gelasio relatus, (5) praescribunt: omnes Missae adstantes Communionem percipere, et ab Ecclesiae limine arcent, qui non praeuerint.

Sextum: Chrysostomus (6) frustra fieri dicit, quotidianum Sacrificium, si nemo sit qui communicet: Et Salesius vnam in die Missam, eamque secundum Romanae Ecclesiae institutionem commendat.

Septimum: Missam humanum institutum esse, non Christi mandatum, ordo, ceremoniarumque constitutae pro eius celebratione arguunt: nam Sacrificii ordinem primi ediderunt Iacobus et Marcus: quorum deinde Liturgia, si non apocrypha, dubia saltem est: deinde ceremonias ab Apostolis institutas fuisse, haud euinci valet: ergo.

Octauum: quum Christus in Coenaculo quodam communi, Apostoli vero in priuatis fidelium domibus Eucharistiam consecerint, iecur opus erit Templis, Altaribus, vasis sacris, horumque omnium consecratione? Quare vasis aureis, argenteis, vel ex alio conflatis metallo vtendum, et non potius lapideis, quum ad Christi sepulchrum in petra excisum repraesentandum instituta dicantur? Quis non insuper horreat ea verborum portenta in Canone expressa, nempe *hanc oblationem benedicam, ratam, rationabilem*, cet. aliaque similia? Quis demum ferat ceremonias reliquas, quarum aliae ludaisimum, vt manuum ablutionem, aliae Ethnicisimum redolent, vt pleno die cereos accendendi mos; aliae superstitioem, vt tot ille cruce-signationes, aliae ludricum theatri adparatum, quum histrionem in scena ludentem Pontificius Presbyter referat, tam varie gesticulans, nunc manibus et brachijs extensis, nunc iunctis, nunc complicatis digitis, nunc corpore curuato, saepe se ad Populum salutandum vertens, cet.? Profecto non erant haec Apostolorum tempore. Ita Lutherus, ac post illum Caluianus et Lutherani omnes argumentantur.

Sed ad impudentissima haec omnia soluenda veniamus. Ad primum ergo primi ordinis dicimus: sententia ex Paulo adlata tantum pro-

(5) Cap. *Peracta*, de Consecrat. Dist. 2. (6) Hom. III. in Epist. ad Eph.

bati, Crucis Sacrificium quantum ad pretii magnitudinem spectat ac eruentiam per quam oblarum est, actionem, satis esse ad omnium hominum redemptionem; adeo vt non sit opus ad gratias promerendas Christum aliud offerre pretium, aut secundo in Cruce mori. Sed non euincitur ea Paulli sententia oblatum semel in Cruce Sacrificium satis esse ad adplicationem actualem redemptionis a Christo nobis promeritae.

Quam responsonem ex scopo quem sibi Paullus propositerat, haurimus: nam probat eo loci Apostolus legales omnes victimas infirmas fuisse: nouumque idcirco induci Sacerdotium oportuisse, cuius vnica hostia semel oblata omnium delicta auferret, cuiusmodi Christi Sacerdotium fuit. Ceterum. vt ibidem subdit Paullus, non posse nos fructus vnicae illius hostiae semel oblatae participes esse, nisi illi Fidei plenitudine, spe firma, charitatis, et bonorum omnium prouocatione adhaeserimus, ita nullum possumus fructum ex ea percipere, nisi Christi sanguinem instrumentis ab eo constitutis, et quasi canalibus quibusdam ad nos deripemus. Quae inter non infimum locum obtinet ineruentum Missae Sacrificium.

Secundum argumentum falsum supponere videmus; nempe eos qui Eucharistiam consecrant, Christi Sacerdotio succedere. Non habet certe Christus Sacerdotii sui aeterni successores; habet vero Ministros secundum illud Paulli I. ad Corinth. IV: *sic nos existimet homo vt Ministros Christi, et Dispensatores Mysteriorum Dei*. Ministros quidem, qui illius vices in terris agant, quorum manibus et ore se ipsum hostiam viuentem, summus et praecipuus Sacerdos offerat.

Tertii solutio est: conuenire Eucharistiae ea omnia, quae ad Sacrificii rationem spectant: nam et corpus sanguisque Christi per panis vinique species sensibus subiacent, et in Eucharistia hostiae transmutatio reperitur; non quidem per mortem veram et realem, sed per mysticam; et denique in ea est legitimum Sacrificii Institutio ex verbis Christi *hoc facite*, cet.

Ad quartum dicendum: Iustum ibi finem, ob quem Eucharistia offertur, recensere; scilicet in memoria Dominicae Passionis, et in gratiarum actionem de innumeris Christi in nos beneficiis: non autem Sacrificii rationem considerare. Tertullianum deinde, vbi Sacrificium nominat, non exponere Malachiae testimonium per orationem, sed tantum vbi nominat *incensum*; quae quidem vox in Graeco et in Hebraco textu a Sacrificio distinguitur. Postremo: Eucha-

ristiam a Patribus spirituale Sacrificium dici, quod hostiam contineat; quae sub panis et vini speciebus realiter quidem, sed spiritali modo existit.

Quintum argumentum plus probat, quam aduersarii velint: eo enim si valeat, euincitur Sacramentorum vsum, quum res quaedam sensibilis et externa sit, debere a christiana Religione exulare. Itaque dicendum: Christum laudatis verbis, nec omnem externum ritum, nec omne Sacrificium exterius ab Euangelio exclusisse, sed antiquas tantum ceremonias, et legalia sacrificia, de quibus a muliere Samaritana fuerat interrogatus.

Ad sextum respondemus: falsum esse, quod Christus in vltima Coena sacrificium non obrulerit: falsum quoque id in Evangelica historia non legi: legitur siquidem in verbis institutionis: *hoc est poculum, quod funditur*, quae praesentis temporis verba sunt, et ad calicem pretioso sanguine plenum referuntur: vnde fuit in Coena immolatio, et mystica sanguinis effusio. Quid tamen, si haec non legerentur? Argumentum inde negans duci tantum posset, ac proinde nullius ponderis.

Septimi illatio nulla prorsus est: siquidem haud repugnat, quod eadem res sit sub diuersa ratione et Sacramento, et Sacrificium: Sacramentum quidem prout institutum est tamquam signum efficax nostrae sanctificationis: Sacrificium vero, quatenus mystico ritu a nobis offertur omnium Domino. Etenim ipsis haereticis aduentibus, idem Christi corpus vere a nobis comeditur in Eucharistia, et vere pro nobis fuit in Cruce immolatum.

Ad octauum dicendum: quod licet in Sacrificiis cruentis victimarum sanguis effunderetur; plura tamen fuere incruenta Sacrificia, in quibus nulla fuit sanguinis effusio; ac talis fuit oblatio Melchisedech, cuius ordinem atque similitudinem nostra oblatio imitatur. Sed et respondere possumus: fundi quoque sanguinem in Eucharistiae Sacrificio *mystice*, dum calix separatim consecratur.

Ad primum deinde secundi ordinis reponimus: impleri a Sacerdotibus Christi mandatum, etiam dum Missas priuatas celebrant, quantum spectat ad Sacrificium et hostiae consecrationem, oblationem, et consumptionem. Itaque in illo Christi praecepto alia sunt quae pertinent ad substantiam rei, alia vero quae ad loci vel temporis circumstantias: priora sunt, quod Deo agantur gratiae, quod benedicantur et consecrentur oblata, cet.: posteriora, quod adsit Populus

lus communionemque petat, eique vna, vel vtraque species portigatur; quae omnia Rectorum Ecclesiae iudicio relicta sunt.

In secundo argumento; quantum haeretici a germano sensu Paulli aberrant! Agit nempe eo loco Apostolus de communi fidelium conuiuio, quod tunc a pauperibus et ditibus solemniter in Ecclesia celebrari solebat, quum ad Coenae nouissimae a Christo cum discipulis factae, et Eucharistiae institutioni praemissae, rememorationem, tum ad fouendam mutuam charitatem; quare *Agape*, seu charitatis epulum dicebatur, et ab Apostolo Dominica Coena vocatur, quod ad commemorandam Christi Coenam institutum esset.

Ad tertium eisdem verbis Concilii Tridentini respondemus: «opertaret quidem Sacrosancta Synodus, vt in singulis Missis fideles adstantes, non spiritali solum affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos Sacrificii huius fructus vberior perueniret.» At, si ea hominum est cordia, et rerum diuinarum nausea, vt sanctissimum hoc Ecclesiae desiderium perpauci implere velint, plures immo vix in anno semel Ecclesiastico praecepto, et censurarum metu ad coelestem mensam adduci possint, cessandumne idcirco a quotidiani Sacrificii oblatione? An non erit ideo Eucharistia Sacrificium Deo gratissimum?

Quartum sic solutum erit: miramur vel maxime aduocari a Nouatoribus in suae causae praesidium veteres Liturgias, quibus nihil est locupletius atque efficacius ad confirmanda quae ipsi peruerse negant dogmata; scilicet sub panis vini symbolis adesse Christum; Missam veri nominis Sacrificium esse, non solum Laetiae et gratiarum actionis, sed et propitiationis atque impetrationis. Etsi enim in iis, siue orationes, quae in canone recitantur, siue Collectae plurali numero, et nomine multitudinis a Sacerdote ad Deum dirigantur; argumento tamen non est, nunquam olim celebratas fuisse Missas absque Populi communiōne: nam quum Missae omnes communes sint ac publicae, pronuntiantur et Liturgiae multitudinis nomine.

Ad quintum dicendum: nihil necesse esse memoratos Canones ad Graecae linguae vigorem exactos ex probatissimis Dionysii Exiligi, aliorumque editionibus recitare; atque Canonum verbis prolatis Nouatores Imperitiae aut malitiae reuincere, vt facile quidem possemus. Maius vno verbo cum Ioanne Gerardo Vossio reponere: sententiam Canonum non esse, vt quisque, quoties adest, communicet, sed ne nondum praerata communiōne discedat.

Sextum sic solvimus: Chryostomus verbis illis eorum negligentiam reprehendit, qui perrato communicabant; atque hyperbole quadam vitur talia profereas, ex Bellarmini iudicio. Profecto quum et ipse quotidianum offerret Sacrificium, quamvis nullus communionem perciperet, nisi bis aut semel in anno, optime nouerat huiusmodi Sacrificii oblationem non esse illicitam aut illegitimam: et quidem suam sententiam apertissime aliis in locis tradidit. Epistolam autem Saesio tributam reuera ab ipso non fuisse conscriptam, sunt qui iudicent; at si genuina illa est, accipiendam dicimus de alio die, quam de feria v. maioris Hebdomadae; vel etiam de Missa Conuentuali. Postremo et hoc sapienter dictum a Cardinali Bona addimus: (7) verba scilicet illa *secundum formam Romanae Ecclesiae* ad ritum Missae, non ad consuetudinem, quae eo tempore obtinebat, esse referenda.

Ad septimum respondemus: quemcumque auctorem variae Liturgiae habeant, antiquissimas sane eas esse; vnde antiquissimum Sacrificii in Ecclesia usum euincimus. Et quidem, licet Apostolorum successores diuino ministerio preces addiderint, et ritus ac ceremonias immutarint, haud sequitur non fuisse ab Ecclesiae incunabilis immaculatum Agnum Christum in altari immolatum, neque sacrum Mysterium et Sacrificium peractum in Mensa Domini; quum oppositum doceant Acta Apostolica, Paulinae Epistolae, omniumque Patrum consensus.

Octauum, vt diluatur, singula quo ordine proposita sunt, enodabimus: quod Christus in communi Coenaculo, Apostoli in priuatis domibus, Sancti Pontifices, Martyres, et Confessores, saeuientibus in Ecclesiam persecutionibus, in cryptis subterraneis, in carceribus, in naui, in agro, in solitudine, Sacrificium hoc celebrarint, argumento est, diuino praecepto nulli certo loco adligatam esse Inuenti Sacrificii celebrationem, sed sola Ecclesiae Sanctione. Hanc ne vero aduealunt Nouatores, quam ex Apostolica Traditione et disciplina manasse compertum est? Nonne Altaris celebratione Sacrificio additi meminit diserere Paulus 1. ad Corinth. 10? Nonne et his, quae cap. 11. idem Paulus habet *conuenientibus vobis in Ecclesiam*, cer. non fidelium coetum, sed sacram orationis domum designauit? Nonne plures Romae ab Apostolorum Principibus Deo dicatas fuisse Ecclesias vetustissimis documentis probatur?

Ysum

(7) Lib. II. rerum Liturgic. cap. 4.

Vsum praeterea vasorum aureorum argenteorumque ex primitia Ecclesiae disciplina descendere nouimus ex sinceris S. Laurentii Martyris Actis, aliisque locupletissimis documentis, quae post Cardinalem Bona, sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. in suo de Sacrificio Missae Commentario producit. Et Calicem quidem a Christo Domino in nouissima Coena adhibitum, argenteum fuisse, et Hierosolymis sua adhuc aetate seruatum, seculo scilicet octauo, scribit Venerabilis Beda, confirmatque in Annalibus Baronius. Fuerit tamen ille vt plures opinantur, ex pretioso lapide; quid tum? Quum ad disciplinam hoc spectet, Ecclesiae potestati subest, et reformabile esse Ecclesiae historia tradit: enim sanctissimos Episcopos et Sacerdotes Calicibus quandoque vsos legimus vitreis, aut ligneis, aut stanneis.

Quae insuper aduersus Missae Canonem furens Lutherus effudit, et ex eo Picterus potissimum scripsit, iamdudum fuerant a Sancto Thoma plenissime diluta in Summa Theologica, vbi totum Liturgiae Sacrae ordinem luculenter exponit, et haereticorum calumnias dispellit; omniaque addita ad digne Sacramentum hoc celebrandum et ad sumentium praeparationem, describit, vindicatque. Sed piget, puderque cetera deliria persequi, quandoquidem Angelica S. Thomae doctrina in occursum venit. Consulatur itaque S. Thomas. (8)

CAPVT XIII.

Quod de Extremae Vnctionis Sacramento agit, eiusque institutionem vindicat.

Extrema Vnctio verum propriumque nouae Legis Sacramentum est a Christo Domino institutum.

Ac probabilius quidem illud immediare instituit Christus priusquam Coelum conscenderet.

Partitur prima propositio in duas partes, quarum primam Scriptura docet. Legimus siquidem in catholica Iacobi Epistola cap. v: *infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent*

(8) III. Part. quaest. LXXXIII. art. 4.

»super eum; et oratio Fidei saluabit infirmum, et adleuabit eum
 »Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.« Quibus verbis exprimitur sane quidquid ad verum Sacramentum constituendum requiritur: scilicet exprimitur res sacra ac sensibus subiecta, cuiusmodi olei Vnctio ac Presbyterorum oratio sunt; habetur deinde, aperta saltem consequutione inferenda, Dominica institutio: non enim Apostolus in Epistola ad omnes Ecclesias vbique dispersas conscripta praecepisset, vt Vnctionis huius ritus obseruaretur, nisi illum ab auctore Sacramentorum Christo accepisset. Demumque et in illis verbis intelligi declarat Tridentinum: (1) Vnctionis res et effectus, nempe, »et oratio Fidei saluabit infirmum,« cet.: est igitur Extrema Vnctio verum propriumque Sacramentum.

Id ipsum docet perperua Traditio. Scribit etenim Origenes: (2) »est adhuc septima, licet dura et laboriosa, per Poenitentiam remissio peccatorum, quum lauat peccator in lacrymis stratum suum, et eriget eum lacrymae panes die ac nocte. . . . in quo impletur et illud, quod et Apostolus dicit: si quis autem infirmatur, vocet Presbyteros Ecclesiae, et imponant ei manus, vngentes eum oleo in nomine Domini; et si in peccatis fuerit, remittentur ei.« Chrysostomus haec habet: (3) »neque enim solum quum nos regenerant, sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent.« (loquitur de Sacerdotibus) Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? Accersat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, et obsecratio Fidei saluum reddet laborantem, et eriget eum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur ei.« Leguntur similia in aliis Patribus. Demum Innocentius Papa I. haec habet: (4) »non est dubium de fidelibus, quod in Beati Iacobi Epistola scriptum est, accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo Chrismatis perungi possunt,« cet.

Traditionem confirmant Concilia. Haec enim (vt Canones Nicacensis mittimus) legitur in altera Cabilonensi Synodo: (5) »secundum Beati Iacobi Apostoli documentum, cui etiam documenta Patrum consentiunt, infirmi oleo quod ab Episcopo benedicitur, a Presbyteris ungi debent. Sic enim ait: infirmatur quis in vobis? cet. Non est itaque parvipendenda haec medicina, quae animae corporis.

(1) Sess. xiv. cap. 2.
 (2) Hom. II. in Leuit.
 (3) Lib. III. de Sacerd.

(4) In Epist. ad Decent. cap. 8.
 (5) Can. XLVIII.

risque medetur languoribus. Habent similia Concilium Aquigranense, Moguntinum, Regiaticense, Namnetense, Capitularia Caroli Magni, Capitula Heraldi Turonensis, Hincmari etiam Remensis, et Canones Isaaci Lingonensis.

Ex Generalibus autem Conciliis haec ducuntur: Constantiense decreuit, vt de haeresi suspecti, et ad Ecclesiam redeuntes, interrogarentur, num crederent, »quod Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis vel Extremae Vnctionis, peccet mortaliter.« Et Florentinum, seu potius Eugenius IV. inter Sacramenta *Extremam Vnctionem* recenset, eiusque formam, materiam, et effectus declarat. Postremo: Synodus Tridentina haec protulit: (6) »instituta est autem sacra haec Vnctio infirmorum tamquam vere et proprie Sacramentum noui Testamenti.« Et: (7) »si quis dixerit Extremam Vnctionem non esse vere et proprie Sacramentum a Christo Domino institutum, et a Beato Iacobo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum; anathema sit.«

Accedit duplex congruentiae ratio. Primam suppeditat S. Thomas scribens: (8) »effectus intentus in administratione Sacramentorum est curatio morbi peccati. . . . et ideo quum ad hunc effectum pertingat Extrema Vnctio, vt ex verbis Iacobi pater, nec ordinetur ad aliud Sacramentum quasi ei adnexum; constat quod Extrema Vnctio non est sacramentale, sed Sacramentum.« Alteram proponit Catechismus Romanus; (9) et est huiusmodi: decuit summam Dei bonitatem, vt homini pro quocumque huius vitae statu prouideret de remediis, quibus vitae spiritualis exordium, progressum, et terminum, qui est vita aeterna, consequeretur: ergo sicut vt primo ad vitam spiritualem nasceretur instituit Baptisma; vt roboraretur in Fide Confirmationem; vt in ea nutriretur Eucharistiam; vt a morbo sanaretur Poenitentiam; ita vt ab hac vita mortali ad aeternam et immortalem feliciter transiret, et contra pericula quae hominem in extremo constitutum puncto circumstant, communi, decuit vt ei per Extremam Vnctionem auxilia pararet.

Secunda propositionis pars has habet probationes: demonstratum fuit, vbi de Sacramentis generatim loquuti sumus, Christum Dominum esse Sacramentorum omnium nouae Legis institutorem: et quo-

(6) Sess. xiv. cap. 1.
 (7) Canone 1.

(8) In Supp. III. Part. q. 29. art. 1.
 (9) De Extrem. Vnct. n. 1.

quoque demonstratum nuper est, Extremam Vnctionem esse nouae Legis Sacramentum: igitur illius etiam institutor et auctor est Christus Dominus. Deinde conuenit Extremae Vnctioni uirtus productiua gratiae: sed eam non habet ab Ecclesia, quum solus Deus efficeat ut sensibile elementum producat effectum omnino spirituales: ergo illam habet a Christo Domino ut auctore. Postremo ita definitum fuisse a Tridentina Synodo supra tradidimus.

Alteram propositionem probabiliorem opposita haec commostrant argumenta. Primum: Concilium Tridentinum de Extrema Vnctione agens, nil aliud Iacobo tribuit, quam illius promulgationem, ut ex laudatis uerbis constat: censuisse ergo Sacra Synodus uideatur, quod Christus ipse, non Iacobus, Extremam Vnctionem instituerit *immediate*.

Secundum: nomine Institutoris ille uenit, qui primus *auctor* est: certissimum est factam Ecclesiae potestatem inmutandi quidquid pertinet ad ritus et ceremonias, sed non quod ad essentiam, uel numerum Sacramentorum spectat. Atque hac ratione utuntur Theologi complures, ut probent, saltem post Concilium Tridentinum non posse salua Fide negari, quod Christus *immediate* Sacramenta omnia instituerit. Quod tamen alii Theologi repugnant, quibus subscripsimus adiectantes *Probabilis*: non enim ad Fidem expectate tenemus.

Ex his autem sequitur pars altera propositionis: quum enim Iacobus non fuerit huius Sacramenti institutor, sed promulgator; necessum est, ut institutum a Domino dicatur adhuc in terris conuersante, ac priusquam in Coelum conscenderet. Quomodo uero praecise tempore? Nil certi. Probabilis sane simul ac instituta poenitentia fuerat: ex Tridentino siquidem, atque ex Partibus nonnullis Extrema Vnctio quoddam Sacramenti Poenitentiae complementum est, ac post Poenitentiam numeranda.

SCHOLIION.

Praetormissimus agentes de ueritate Sacramenti Extremae Vnctionis locum Marci, scilicet uersum 13. capitis 6, ubi dicitur: «et ungebant oleo multos aegros, et sanabant,» quoniam Viri doctissimi Bellarminus, Estius, Silulius, aliique negant, pertractari ibi de Vnctione infirmorum sacramentali: unde decretorium ex uerbis illis argumentum non ualet duci. Nobis tamen aridet uerissimiliorque adparet aliorum sententia, qui et ibi mentionem sacramentalis infirmorum Vnctionis fieri tenent. Quae etiam uidetur esse S. Thomae

mae mens, ubi scribit: (10) «tamen etiam de olei Vnctione fit mentio in Euangelio Marci vi. ubi dicitur, quod Apostoli oleo ungebant infirmos.»

CAPVT XIV.

Haereticorum errata primo profert: Theologorum posthac contradicentium opiniones. Argumenta dispellit.

Haud recensebimus hic inter haereticos qui huic Sacramento bellum indixere, Waldenses, Wiclefitas, et Husitas: non enim desunt Viri docti, qui constantissime adfirmant, ab his omnibus septem omnino recepta fuisse Sacramenta; eosque proinde huiusmodi erroris non posse reuinci. Legendus prae aliis Iuuenius (1) data opera id pertractans. Primus itaque eorum, qui certissime negatur et Extremam Vnctionem Sacramentum ueri nominis esse, et Christum auctorem habuisse, Lutherus habetur. (2) Similia tenere Caluinus, (3) Chamierius, Dallaeus apud Samboultum, (4) atque ut uerbo dicam, omnes posteriores haeretici. Qui omnes Vnctionem hanc ad uirtutem miraculorum referentes, perperam post curationum donum eam continuatam fuisse dicunt, ac nunquam ueri Sacramenti honore ac dignitate fuisse potitam, quocumque tandem iure olim obtinuerit.

Catholicorum nonnulli Extremae huius Vnctionis institutionem Apostolis adscripsere; quin tamen haereticis propterea consenserint: nam et uerum nouae legis Sacramentum eam agnouere, et ab Apostolis institutum non propria, sed commissi sibi a Domino potestate dixere. Haec sane fuit mens et sententia Hugonis Victorini, Lombardi, Alexandri Alensis, Bonauenturae Doctoris Seraphici. Alii insuper *immediate* a Christo hoc Sacramentum institutum docent; non tantum qui post Synodum Tridentinam uixere, sed et multi qui hanc praecesserunt: nec inter eos tamen conuenit, quo praecise tempore peracta eiusmodi institutio fuerit: an scilicet cum Christus Marci vi. Apostolis potestatem fecit, eos quos uncturi erant, sanandi: an post Resurrectionem, instituto iam Poenitentiae Sacramento. Iraque expendenda sunt atque soluenda haereticorum aduersus nostra

Tom. IIII.

Rrr

Dog.

- | | |
|---|-------------------------------|
| (10) In iv. Dist. 23. q. 1. art. 1. q. 3. | (2) In lib. de Capt. Babyl. |
| (1) Dissert. vi. de Extr. Vnct. q. 2. | (3) Lib. iv. Instit. cap. 19. |
| cap. 1. | (4) Disp. 1. art. 2. |

Dogmata cautilia: quandoquidem catholicorum Theologorum opinandi diuersa ratio ex dictis enodata est, et ex dicendis facillime diluatur.

Opponunt ergo haeretici primo: duo tantum Scripturae testimonia pro Extremae Vnctionis Sacramento statuendo a Theologis Pontificis adferuntur; nempe illud Iacobi cap. v. Epistolae suae: *infirmatur quis in vobis, etc.* et aliud Marci cap. vi: *ungebant oleo, etc.*: atqui vtrumque ab ipsis Pontificis tamquam alienum reicitur: quod scilicet extat apud Iacobum a Caietano; quod occurrit in Marco a Bellarmino, aliisque; ergo.

Secundo: certe nullius roboris est momentum petitum ex Libro perperam in Scripturarum Canonem intruso: at eiusmodi est Iacobae Epistola: ergo.

Tertio: quisquis illius Epistolae auctor sit, nihil ex ea Catholici conficere poterunt: in ea siquidem arrogat sibi instituendi Sacramenti potestatem, quae ad solum Christum pertinebat: igitur vel haec Vnctio Sacramentum non est: aut Epistolae auctor institutoris et auctoris potestatem vsurpat.

Quarto: infirmorum Vnctio, de qua Iacobus, instituta erat, non ad gratiam sanctificantem producendam, sed vnam tantum corporis sanitatem, vt ex ipsis Iacobi verbis rite perpensis euincitur: in his enim primo loco beneficium corporeum exprimitur, nempe corporis sanitas: et licet post corporis sanitatem effectum spiritualem recenscat, haud sequitur, agere illum de Vnctione sacramentali: enimvero solebat ita saepissime Christus sanare aegros, a morbo prius corporis eos sanans, tum a morbo animi, vt commonstrant loquutiones illae in Euangelis frequentes: *Fides tua te saluum fecit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, aliaque his adfines: ergo.

Quinto: nec Dionysius in Ecclesiastica Hierarchia, nec Clemens Romanus in libro Constitutionum Apostolicarum, Extremae Vnctionis meminere: licet priorum christianorum Mystera, mores, regimen explicent: non ergo in vsu fuit infirmorum Vnctio prioribus Ecclesiae seculis.

Sexto: nullis e Scripturis sex priorum seculorum mentionem fecere Vnctionis, qua delibuit fuerint fideles in extremis angustiis constituti: alium siquidem de ea silentium apud Nazianzenum, licet accurate describat (5) vltimos sororis suae Gorgoniae dies: de

(5) Orat. xv.

ea pariter silent Gregorius Nyssenus, Hieronymus, Augustinus, et si primus Macrinae sororis obitum, secundum Nepotiani, aliorumque, tertiusque Monicae Matris recenseant: ergo. Quin immo Epiphanius (6) et Augustinus, (7) infirmorum Vnctionem inter Heracleonitarum deliramenta connumerant.

Septimo: constans non fuit Traditio, quod Extrema Vnctio sit nouae-legis Sacramentum: nam docuere nonnulli, eum ritum non a Christo, sed ab Apostolis fuisse institutum: dubium quoque inter Scholasticos est circa illius materiam, partes inungendas ac effectum: at quodlibet Sacramentum ipsimet Christo suam debere institutionem, certam etiam materiam, effectusque habere definitum est: ergo. Accedit: et erga tempus quo hoc Sacramentum institutum est, non conuenire ipsos Catholicos.

Sed responderet ad singula. Ad primum quidem dicendum, non esse eandem de vtroque testimonio rationem, quod enim apud Marcum cap. 6. de Vnctione extrema fiat mentio, non est adeo perspicuum ac receptum, vt nequeat salua Fide negari; quum nullum ibi vestigium remissionis peccatorum, et sacramentalis gratiae adpareat euidenter, quod in Iacobi loco expressum est. Hinc potuit Bellarminus de Marci loco sic sentire, ponere et alii: ast non ita de Iacobi verbis fas eo opinari, quae omnes, vno Caietano excepto, de Sacramento acceperunt. Quid ergo? Caietanum nos hac super re adcusare audemus? Non nisi ab Ambrosio Catharino edocti, qui haec in Caietanum, hominem scilicet sui sodaliti, protulit: (8) haec autem vt certe inepte (quid enim est quod ait, Vnctione Extremae Vnctionis? Quae est vnctio vnctionis?) Ita et falso dicta sunt.

Secundum sic facile soluitur: non habuit certe Iacobi Epistola statim ab initio nascentis Ecclesiae exploratissimum vbique auctoritatem: sed hanc vt Hieronymus inquit, (9) paulatim obtinuit: vt et quibusdam aliis Canonicis Libris contigit: nemo tamen nisi insanus omnino ac perditus potest modo de illius auctoritate dubitare, praesertim ex Concilii Tridentini Decreto.

In tertio soluendo transmittimus priorem propositionem, et alteram vt falsissimam negamus: non enim ex Iacobi verbis colligitur illum instituisse Sacramentum istud, sed tantum promulgasse, vt loquitur Tridentinum: ita siquidem cetera, quae in eadem Epistola

Rit 2 la

(6) Haer. xxxvi.

(7) Haer. xvi.

(8) In Adnot. in Comment. Caiet.

(9) De Script. Ecclesiast.

Iacobus commendat; scilicet oratio, elemosyna, cetera, non hominis inuenta, sed Domini documenta sunt.

Quarti responsio est: falsissimum esse, quod Iacobus loquatur de Vnctione, quae ex miraculorum dono corporis sanitatem restitueret: nam si haec illius mens fuisset, non aegrotis, sed aliis quibusque miseris hominibus, claudis nempe, caecis, ceteris, iussisset adplicari oleum: siquidem miraculosa curatio ad omnes extenditur defectus. Nec praecipisset ad miraculum operandum Presbyteros aduocari gratia enim curationum, nec solis Presbyteris, nec omnibus confertur; quae insuper gratia non ordinatur ad remissionem peccatorum, quemadmodum Vnctio a Iacobo commendata. Legatur Estius. (10).

Ad quintum respondemus: complures PP. Sacramenti huius mentionem fecisse, vt praecedenti capite innuebamus. Quin et meminisse PP. in argumento laudatos gloriamur, vel saltem nihil ex eorum dictis contra stabilitum Dogma concludi. Dionysius enim, seu quisquis auctor ille sit, non de singulis Sacramentis, sed de officis hierarchicis loquitur. Auctor autem Constitutionum Apostolicarum Olei mentionem facit. (11).

Sextum nil probat: silentium enim Patrum quorundam haud arguit nullum Extremae Vnctionis usum illis saeculis fuisse, quam ex aliorum testimonio constet collatam tunc temporis Extremam Vnctionem infirmis fuisse. Demonstratum quippe est, Origenem, Chrysostomum, aliosque Patres, sic esse testatos. Ad Epiphanium et Augustinum quod spectat, loquuntur illi sane de praestigiosa, nescio qua, Heraclonitarum inunctione sub Marci cuiusdam praestigiatoris cantinela celebrata; magica quidem ac barbara: neuiquam vero de infirmorum Vnctione iuxta Iacobi documentum Ecclesiaeque praxim exequuta, quam alibi commendant.

Ad septimum reponimus: conuenire catholicos omnes Theologos in his omnibus; scilicet, Vnctionem Extremam esse verum propriumque nouae legis Sacramentum; materiam ex qua constat esse Oleum; formam vero diuinae virtutis inuocationem: illius Ministros esse Sacerdotes: eamque *ex opere operato* peccata delere. An autem mediate tantum instituta fuerit a Christo, an consecratio Olei sit de Sacramenti necessitate, an sanitas corpora per eam confertur *ex opere operato*, quaestiones sunt, quas salua Fide catholica, Ecclesia Theologis permisit.

CA-

(10) In iv. Dist. 23. §. 6. (11) Lib. viii. cap. 29.

CAPVT XV.

Essentiales Sacramenti Extremae Vnctionis partes designat.

Oleum ex oliuis expressum et ab Episcopo consecratum huius Sacramenti materia est.

Potest tamen Ecclesia Presbyteris indulgere vt Oleum consecrent.

Est praeterea Olei adplicatio, siue Vnctio; quam, vna licet tantum sit, ad Sacramenti substantiam sufficere opinamur.

Peragi tandem eiusmodi Olei inunctio debet aliqua verborum formula, ac congruentius quidem deprecatur.

Prior propositio tria continet; scilicet materiam Extremae Vnctionis; quam vocant remotam, esse Oleum, non alium aliquem liquorem, ac Oleum quidem ex oliuis expressum; demumque ab Episcopo consecratum. Et primum quidem probatur ex Scriptura, quae conceptis terminis meminit Olei, dum de Extrema Vnctione agit: dicit siquidem *ungentes eum oleo*, ceter. Ex Traditione quoque, vt patet ex Origene, Innocentio I., Gregorio Magno, ceterisque Patribus in superioribus capitibus pro adserenda huius Sacramenti veritate, laudatis.

Praeterea suaderet ex Concilium definitionibus; nam in Florentino legitur: (1) « cuius materia est Oleum oliuae per Episcopum benedictum: » atque in Tridentino: (2) « quibus verbis, id est Iacobi, ex Apostolica Traditione per manus accepta, intellexit Ecclesia materiam esse Oleum ab Episcopo benedictum. »

Accedit congruentiae ratio ex Olei effectibus petita: « aptissime, » inquit Carechismus Romanus, (3) haec materia illud significat, « quod vi Sacramenti interius in anima efficitur: nam vt Oleum ad mitigandos corporis dolores magnopere proficit, ita Sacramenti vir-

»TUS

(1) In Instruct. Arm. (2) Sess. xiv. cap. 1. (3) Part. 2. cap. 6. n. 5.

ritus animae tristitiam ac dolorem minuit. Atque in Oleo significari quoque fomentum spei et cordis adiuuamentum S. Thomas animaduertit. (4)

Quod vero Oleum hoc infirmorum ex oliuarum bacis educi debeat, ex eo constat, quod eductum aliunde improprie dicitur oleum ac cum addito, nempe oleum *nucum*, cer. Constat praeterea ex eo, quod Eugenius IV. expressae Oleum oliuae commemorat: quod Ecclesia infirmos inungens, numquam aliud oleum adhibuerit. Constat denique ex eo, quod Oleum hocce oliuarum aptius sit praeter ceteris liquoribus, eo nomine nonnumquam adpellatis, ad exprimendos Extremae Vnctionis effectus, ut ratiocinatur S. Thomas. (5)

Debere insuper Oleum infirmorum inunctioni destinatum ab Episcopo consecrari ex eo probatur, quod sic ferant Ecclesiasticae Leges, quas nemo sine crimine extra absolutae necessitatis casum, temerare aut infringere potest. Haec enim habet Innocentius I. (6) quo (Oleo) ab Episcopo confecto non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Mentionem quoque eiusmodi consecrationis faciunt alterum Concilium Cabilonense, (7) Hincmarus Remensis, (8) ac tandem, ut nuper innuimus, Eugenius IV. ac Tridentini Patres.

Verum dum ita circa Extremae Vnctionis materiam loquimur, de licita illius administratione verba facimus: nullam siquidem consecrationem Olei, siue ab Episcopo, siue a Presbytero peractam, necessariam ut Sacramentum valeat, agnoscimus: non enim quidquam in Scriptura aut in Traditione pro huiusmodi adstruenda necessitate reperimus. Sed neque illam necessariam ex eo intelligimus, quod Vnctio infirmorum in nomine Domini fieri debeat, quodue Ecclesia Waldenses damnauerit eam consecrationem reiicientes, quod tandem Eugenius IV. ac Patres Tridentini doceant, consecratum Oleum esse Vnctionis Extremae materiam; quum e contrario de Baptismo agentes, aquam naturalem materiam illius esse dicant, omnia benedictione qua consecrari solet. Etenim per illa Iacobi verba, *in nomine Domini*, non significatur benedictio, sed quod Minister vice Christi fungatur, illiusque auctoritate agat. Waldenses deinde merito proscripti fuere, quod impium sit Ecclesiae ritus superstitionis in-

(4) Quaest. xxix. Supp. art. 4.

(5) Vbi supra.

(6) In Epist. ad Decent.

(7) Canon xliii.

(8) In Capitulis.

insimulare aut contemnere, ut illi insimulabant ac contemnebant. Eugenius demum IV. et Tridentini Patres, ideo benedictionis Olei, non vero aquae meminerunt, quod litem Scholasticorum dirimere noluerint. Sat fuit. Eugenio Armenos docere Latinorum ritus: hunc sibi Tridentina Synodus scopum praefixit; damnare nempe Haereticorum dogmata, non autem placita, quae salua fide Scholastici defendunt.

Secunda propositio ex dictis probatur: Olei enim benedictio haud necessaria est ut Sacramentum Extremae Vnctionis valeat: eiusmodi insuper consecratio non est necessaria iure diuino: ergo quod Ecclesia voluit ut ab Episcopis fieret, potest dispensare ut a Presbyteris celebretur. Et quidem Ecclesiae praxis id factum commonstrat, maxime pro Ecclesia Orientali: in hac enim nusquam prohibitum fuisse, ne Presbyteri simplices Oleum infirmorum consecrent; immo a mille et amplius annis eo frui priuilegio, testantur Graecorum Eucharologium, (9) et Arcudius. (10) At pro Occidentali Ecclesia nulum extare exemplum, quo probetur Sacerdotes aliquando Oleum consecrasse vltro fatemur: quin et fatemur contrarium vetare usurpatam a seculis prioribus consuetudinem, in qua nec ipsi etiam Episcopi in suis Dioecesibus dispensare valent; sed valer tamen vnus Romanus Pontifex.

Propositio tertia duas quoque partes complectitur. Ac prior quidem sic breuiter demonstratur: imperauit Iacobus Vnctionem dicens, *ungentes eum Oleo*; consistit deinde Extrema Vnctio in solo vsu, quum Sacramentum transiens sit: est igitur Olei applicatio seu Vnctio illius proxima, ut loquuntur, materia.

Posteriorem vero partem haec probant. Primum: Iacobus non praescripsit pro Sacramenti valore Vnctiones plures, sed vnam tantum, nam inquit, *ungentes eum Oleo*: ergo.

Secundum: se habet hoc Sacramentum respectu Vnctionis sicut Baptisma respectu ablutionis; igitur quemadmodum Minister valide baptizat, facitque satis praeepto Christi, licet Catechumenum semel tantum abluat, ita valet Extrema Vnctio, fitque satis Christi mandato, licet Minister vnica infirmo Vnctionem exhibuerit.

Tertium: non esse Vnctiones multiplices ad Sacramenti substantiam necessarias euincit disciplina, quae et olim obtinuit et modo obtinet apud Graecos: il enim non inungunt singula sensuum organa,

(9) In Officio Sancti Olei. (10) Lib. iv. de Extr. Vnct. cap. 2.

constans licet non fuerit haec illorum praxis. Eiuincit etiam Ecclesiae Latinae varia consuetudo: non enim ad vsque seculum vi. Vnctionem quinque sensuum seruasse Gregorius Magnus scribit. (11) Cui deinde Vnctioni aliarum etiam partium, nimirum colli, pectoris, scapularum, antiquus Codex Abbatis Roraldi adiunxit, et Eugenius Papa IV. renes quoque inungi imperauit.

Et quarta demum propositio in duas distributa est partes, quarum prima ad Fidem spectat, quum Concilia Florentinum, et Tridentinum formam quamdam designent, nempe: » per istam sanctam vncionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus » quidquid deliquisti per visum, auditum, olfactum, gustum, et odoratum, « cet. Deinde: in Canonica ipsa Iacobi Epistola, illis verbis et oratio fidei saluabit infirmum inuoluit eadem ipsa forma, vt docet Synodus Tridentina. Insuper Patres vniuersi, quorum plerosque praecedentibus laudauimus capitibus, non Vnctionem tantummodo aegrotantium, verum et orationem inuigentium Presbyterorum commendant.

Praeterea Graecorum Euchologia, et Latinorum Pontificales libri quamplurimi, situm perantiquum vngendi aegrotos semper cum certa precum verborumque pronuntiatione describunt. Postremo: id ipsum comprobat Ecclesiae vniuersalis vsus: quae vbiq; locorum Sacramentum istud rebus verbisque ministrat.

Quod autem haec formula verborum congruentius per modum deprecationum proferatur, vt secundo loco firmatumus, sic suadet primo ex Iacobi verbis infirmatur quis in vobis, cet.: in illis enim, et Vnctio, et Oratio exprimitur; quorum vnum materiae, alterum formae rationem habet: vnde Tridentinum Concilium inquit: (12) » quibus verbis, vt ex Apostolica Traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet, materiam, formam, proprium Ministerium, « cet. Secundo ex eo suadetur, quod eandem deprecationum formam probant eadem Synodus Tridentina, Eugenius IV. Catechismus Romanus; (13) quod eandem exhibeant peruetustus liber Pontificalis Laudinensis Ecclesiae, Sacerdotalis Romanum, hodierna Ritualia, Graecorumque Euchologia omnia.

Tertio insuper ex congruentiae rationibus; nam aegroti Vnctionem Extremam suscipientes, sensibus destituti sunt, ac interdum morbi acerbitate correpti, nequeunt exercere actus illos virtutum, qui

(11) In Sacram. (12) Sess. xiv. cap. 1. (13) Part. 2. cap. 6.

qui ad vberiore Sacramentorum fructum percipiendum fieri et repeti solent; deinde aegrotantium plurimi, ex hac mortali vita ad aeternam transmisit sunt proptereaque Deo, ad cuius tribunal sibi debent, precibus commendantur. Tradit has aliasque rationes Sanctus Thomas. (14)

CAPVT XVI.

Erroribus atque opinionibus memoratis, argumenta soluit.

Tametsi Lutherus Extremam Vnctionem esse nouae verum propriumque Sacramentum negarit, adseruit tamen esse Sacramentum late sumtum, seu signum inefficax alicuius rei sacrae. Atque ad eiusmodi Sacramentum late sumtum, vel in illa lata significatione acceptum, Oleum neutiquam requiri docuit. (1) Caluinus autem ab Oleo, quo Iacobus infirmos inungendos dicit, Episcopi consecrationem reicit, eamque suis diceretis laescit. (2) Caluino praeuenerant Waldenses, quamlibet consecrationem, sive ab Episcopis, sive a Presbyteris fieret, reicientes, vt Philodorus testatur. Et erga verborum formulam homines haeretici errarunt, quippe qui inter ceteras iudificationes ineptiasque quibus hoc Sacramentum oppugnarunt, vna haec sit, quod de adhibita verborum forma nullum in Historia euangelica vestigium habeatur.

Catholici interea omnes consentiunt, Oleum, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, esse huius Sacramenti materiam: itidem consentiunt Catholici, Episcopalem Olei benedictionem ac consecrationem necessariam ex Ecclesiae institutione et praeepto esse: discrepantque erga Sacramenti necessitatem, vt et circa dispensationem in eiusmodi benedictione a Presbyteris faciendam. Et quid vero de verborum forma? Dissident et in re ista plurimum Theologi catholici.

Nunc quod instat agimus, congeriemusque argumentorum stabilitas theses oppugnantium producamus et soluiamus. Primum argumentum est: quum Extremae Vnctionis Sacramentum immediate ad incorruptionem ordinetur, haud videtur conueniens illius materiam esse Oleum ex oliuis expressum, sed potius balsamum: ergo.

Secundum: oliuae Oleum non certe inuenitur in omnibus Proinciis: non ergo valet commune remedium esse, vnde nec infirmorum vncionis materies.

Tom. IIII.

Sss

rum

(14) Q. xxix. Supp. art. 4. (1) In lib. de Capt. Bab. (2) Lib. iv. Inst. cap. 29.

constans licet non fuerit haec illorum praxis. Euiocit etiam Ecclesiae Latinae varia consuetudo: non enim ad vsque seculum vi. Vnctionem quinque sensuum seruasse Gregorius Magnus scribit. (11) Cui deinde Vnctioni aliarum etiam partium, nimirum colli, pectoris, scapularum, antiquus Codex Abbatis Roraldi adiunxit, et Eugenius Papa IV. renes quoque inungi imperauit.

Et quarta demum propositio in duas distributa est partes, quarum prima ad Fidem spectat, quum Concilia Florentinum, et Tridentinum formam quamdam designent, nempe: » per istam sanctam vncionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus » quidquid deliquisti per visum, auditum, olfactum, gustum, et odoratum, « cet. Deinde: in Canonica ipsa Iacobi Epistola, illis verbis et oratio fidei saluabit infirmum inuoluit eadem ipsa forma, vt docet Synodus Tridentina. Insuper Patres vniuersi, quorum plerosque praecedentibus laudauimus capitibus, non Vnctionem tantummodo aegrotantium, verum et orationem inuigentium Presbyterorum commendant.

Praeterea Graecorum Euchologia, et Latinorum Pontificales libri quamplurimi, situm perantiquum vngendi aegrotos semper cum certa precum verborumque pronuntiatione describunt. Postremo: id ipsum comprobat Ecclesiae vniuersalis vsus: quae vbiq; locorum Sacramentum istud rebus verbisque ministrat.

Quod autem haec formula verborum congruentius per modum deprecationum proferatur, vt secundo loco firmatumus, sic suadet primo ex Iacobi verbis infirmatur quis in vobis, cet.: in illis enim, et Vnctio, et Oratio exprimitur; quorum vnum materiae, alterum formae rationem habet: vnde Tridentinum Concilium inquit: (12) » quibus verbis, vt ex Apostolica Traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet, materiam, formam, proprium Ministerium, « cet. Secundo ex eo suadetur, quod eandem deprecationum formam probant eadem Synodus Tridentina, Eugenius IV. Catechismus Romanus; (13) quod eandem exhibeant peruetustus liber Pontificalis Laudinensis Ecclesiae, Sacerdotalis Romanum, hodierna Ritualia, Graecorumque Euchologia omnia.

Tertio insuper ex congruentiae rationibus; nam aegroti Vnctionem Extremam suscipientes, sensibus destituti sunt, ac interdum morbi acerbitate correpti, nequeunt exercere actus illos virtutum, qui

(11) In Sacram. (12) Sess. xiv. cap. 1. (13) Part. 2. cap. 6.

qui ad vberiore Sacramentorum fructum percipiendum fieri et repeti solent; deinde aegrotantium plurimi, ex hac mortali vita ad aeternam transmisit sunt proptereaque Deo, ad cuius tribunal sisti debent, precibus commendantur. Tradit has aliasque rationes Sanctus Thomas. (14)

CAPVT XVI.

Erroribus atque opinionibus memoratis, argumenta soluit.

Tametsi Lutherus Extremam Vnctionem esse nouae verum propriumque Sacramentum negarit, adseruit tamen esse Sacramentum late sumtum, seu signum inefficax alicuius rei sacrae. Atque ad eiusmodi Sacramentum late sumtum, vel in illa lata significatione acceptum, Oleum neutiquam requiri docuit. (1) Caluinus autem ab Oleo, quo Iacobus infirmos inungendos dicit, Episcopi consecrationem reiecit, eamque suis diceretis laescit. (2) Caluino praeuenerant Waldenses, quamlibet consecrationem, sive ab Episcopis, sive a Presbyteris fieret, reiecientes, vt Philodorus testatur. Et erga verborum formulam homines haeretici errarunt, quippe qui inter ceteras Iudificationes ineptiasque quibus hoc Sacramentum oppugnarunt, vna haec sit, quod de adhibita verborum forma nullum in Historia euangelica vestigium habeatur.

Catholici interea omnes consentiunt, Oleum, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, esse huius Sacramenti materiam: itidem consentiunt Catholici, Episcopalem Olei benedictionem ac consecrationem necessariam ex Ecclesiae institutione et praeepto esse: discrepantque erga Sacramenti necessitatem, vt et circa dispensationem in eiusmodi benedictione a Presbyteris faciendam. Et quid vero de verborum forma? Dissident et in re ista plurimum Theologi catholici.

Nunc quod instat agimus, congeriemusque argumentorum stabilitas theses oppugnantium producamus et soluiamus. Primum argumentum est: quum Extremae Vnctionis Sacramentum immediate ad incorruptionem ordinetur, haud videtur conueniens illius materiam esse Oleum ex oliuae expressum, sed potius balsamum: ergo.

Secundum: oliuae Oleum non certe inuenitur in omnibus Proinciis: non ergo valet commune remedium esse, vnde nec infirmorum vncionis materies.

Tom. IIII.

Sss

rum

(14) Q. xxix. Supp. art. 4. (1) In lib. de Capt. Bab. (2) Lib. iv. Inst. cap. 29.

Tertium : spiritualis medicatio , cuiusmodi hoc Sacramentum est , aptius per vini adpositionem significatur , vt patet Lucae x : ergo.

Quartum : Extremae Vnctionis Sacramentum vnā habet sanctificationem in vsu per verborum formam : superfluit igitur alia sanctificatio , quae ad ipsius materiam fiat per consecrationem.

Quintum : Sacramenta efficaciam et significationem habent in ipsa materia : atq̄ significatio effectus huius Sacramenti competit Oleo ex naturā ipsius proprietate , efficacia autem ex diuina institutione : non est ergo necessaria aliqua materiae sanctificatio , quantum ad necessitatem Sacramenti adinet.

Sextum : in Baptismo , quod est Sacramentum Extremae Vnctione perfectius , non praecigitur materiae sanctificatio , quantum ad necessitatem Sacramenti adinet : neque ergo in Extrema Vnctione.

Septimum : Ecclesiam posse Presbyteris , qui Episcopi non fuerint , indulgere , vt infirmorum Oleum consecrent , perperam ex Graecorum praxi adstruitur : etenim error hic fuit , et quidem maximus ; ergo.

Octauum : S. Thomas censuit irritum esse Extremae Vnctionis Sacramentum , vbi vel vnus e sensibus vnctio abfuerit ; ait siquidem : (3) « illa vnctio obseruatur , quae fit ad quinque sensus , quasi de necessitate Sacramenti : » ergo.

Nonum : fert perpetua Ecclesiae consuetudo , vt inungantur quibusque sensuum organa : ergo.

Decimum : non congruentius tantum , sed necessario etiam peragi debet Extrema Vnctio verbis deprecatoriis : eiusmodi enim formam Iacobus praescripsit , Concilia probant , et S. Thomas docet scribens : (4) « forma huius Sacramenti est oratio deprecatoria , vt patet per verba Iacobi , et ex vsu Romanae Ecclesiae : » cet. : ergo.

Sed responderetur ad singula . Ad primum quidem dicendum : incorruptionem gloriae non esse rem contentam in hoc Sacramento ; nec oportere quod tali rei significatio materiae respondeat : vnde non oportet balsamum poni in huius Sacramenti materia.

Secundum sic soluitur : oliuae Oleum , licet non vtrique crescat , de facili tamen ad quemlibet locum posse transferri.

Tertii responsio est : vitium sanare mordendo , sed Oleum leniendo ; ideoque curatio per vinum magis pertinet ad Poenitentiam quam ad Extremae Vnctionis Sacramentum.

Ad

- (3) In Supp. quaest. xxxii. art. 6. (4) Ibid. quaest. xxix. art. 8.

Ad quartum responderetur : primam sanctificationem esse materiae secundum se ; secundam vero magis pertinere ad ipsius vsum , secundum quod est actu conferens effectum suum ; propterea neutram superfluere.

Quintum sic diluitur : ea quidem efficacia , quae est ex ipsa Sacramenti institutione , adplicatur huic materiae per sanctificationem.

Sextum solutum esto triplicem hanc adducendo rationem . Prima est : quia omnis Sacramentorum efficacia a Christo descendit : vnde Sacramenta illa quibus ipse vsus est , ex ipso suo vsu efficaciam habent , sicut carnis suae contactu vim regeneratiuam aquis contulit ; quumque Extrema Vnctione vsus non fuerit , necessaria proinde sanctificatio materiae est . Secunda causa sumitur ex gratiae plenitudine quae per hoc Sacramentum confertur , nedum vt culpam tollat , sed etiam culpae reliquias , atque corporis sanitatem . Tertia demum causa ex eo oritur , quod huius Sacramenti corporalis effectus , scilicet corporis sanatio , non causatur a naturali materiae proprietate , adeoque exigit sanctificari ad hanc efficaciam obtinendam .

Septimum multimode etiam enervatur , ac principio quidem , quum semper Graecae Ecclesiae persuasum fuerit , proprie dictum Sacramentum ex Oleo a Presbyteris consecrato confici , nemo peritus dixerit , errasse eam in re tanti momenti . Sed hanc insuper Graecorum praxim hoc in capite Clemens Papa VIII. confirmauit in Instructione directa ad Episcopos Latinos . (5) Quam praererea Graecorum praxim , Sambouio teste , Congregatio de Propaganda Fide probauit ; eius nimirum iussu et impensis edita Romae est Synopsis Vernacula Neophiti Rhodini , in qua haec leguntur : « materia Sacramenti Extremae Vnctionis est Oleum oliuae expressum , a Pontifice , vel a Sacerdote benedictum . »

In octauae solutionem dicimus : verba illa Doctoris Angelici sat superque innuere , noluisse eum quaestionem definire : ait nempe , quasi de necessitate Sacramenti , vt demonstret , nullatenus Vnctiones praescriptas et in vsum acceptas omittendas esse . Salua igitur ipsi debita reuerentia , sententiam qua adseritur sufficere ad Sacramenti substantiam quod vnica Vnctione conferatur , amplexati vt probabiliorē m fuimus .

Ad nouum dicendum : ferre Ecclesiae consuetudinem in libris

Sss 2

Ri

- (5) Sub titulo : Circa oleum S. Infirmorum.

Ritualibus expressam, et a Conciliis praescriptam, ut inungantur quinque sensuum organa tamquam ritum Ecclesiasticum, quo effectus Extremae Vnctionis explicentur; non quod ad Sacramenti essentiam adineat: alioquin quum ipsa ferat Ecclesiae consuetudo ut renes inungantur, necnon et pedes, vtraque haec inunctio de Sacramenti essentia foret.

Decimum hoc pacto enodamus: Iacobi verba non euincere necessitatem, sed maiorem voce congruentiam, ex eo intelligimus quod stante necessitate eiusmodi, haud fas Latinae Ecclesiae fuisset indicatiua forma vti quemadmodum vsam fuisse ostendunt plurima eaque firmissima momenta: siquidem forma, quae Ambrosiana dicitur, quaque seculo IV. Ecclesia Mediolanensis vtebatur, his indicatiuis verbis exprimebatur: *vnguo te oleo sanctificato, in nomine Patris*, cet. Ad Concilia quod spectat, rectissime illa formae deprecatiuae meminere eandemque in suis etiam Decretis retulere, quod viderint obtinuisse solam illam iam pridem in vtraque Ecclesia; atque nollent disputantium Scholasticorum altercationibus sese immiscere.

Sancti Thomae mentem non eodem sensu eius Discipuli exponunt. Eorum plurimi hunc Doctoris Angelici sensum esse volunt, ut deprecatoria formula omnino sit de Sacramenti substantia; quod vndenam ipsi hauriant non videmus: neque enim in loco obiecto quid simile legitur; sed tantum quod talis sit Sacramenti forma: atque rationes, quas ibi superaddit, maiorem profecto deprecatiuae formae congruentiam probant, necessitatem vero non probant. Hinc penitus tanti Magistri mentem Discipuli illi adsequuntur, qui hoc vniue ab eo edociti firman, formam Extremae Vnctionis proferendam verbis deprecatoriis esse, vtpote congruentioribus ad Sacramenti effectus exprimendos, validam tamen futuram infirmorum Vnctionem forma absoluta, seu indicatiua peractam.

CAPVT XVII.

De Ministro atque Subiecto Vnctionis Extremae.

Ministri Sacramenti Extremae Vnctionis non sunt Seniores aetate, sed Episcopi et Sacerdotes.

Neque plures necessarij sunt ad Sacramentum ministrandum; quaecumque olim fuerit Ecclesiae disciplina.

Ministrandum vero hoc Sacramentum infirmis tantummodo, iisque adultis, est.

Docent primam propositionem Scripturae: vbi enim apud Iacobum legitur: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiae*, cet. Presbyterorum nomine, non Seniores aetate, sed Sacerdotes, Episcopos maxime, intelligi, haec commonstrant: primum quidem, quod vbicumque Scripturae de Ecclesiasticis Mysterijs agunt, nomen Presbyterorum pro Sacerdotio initiatis accipitur; vti Actorum XIV; ad Timotheum I. cap. 5; ad Tit. I. cap. XIV; I. Petri cap. 5. Deinde: quod Iacobus non Presbyteros tantum dicat, sed Presbyteros Ecclesiae, aperte significans loquitur de Sacerdotibus qui Ecclesiam regunt, non de Senioribus qui communitati praesunt: idque Grotius Aethiolicus fatetur (1) aperte significari Versione Syriaca. Rursus, quod Iacobus ipse aduocandos Presbyteros dicat, ut super infirmum orent, ut illum vngant in nomine Domini, ut per eorum ministerium tribuatur animi leuamentum peccatorumque remissio: ad quae omnia impertinens sane est aetas senilis.

Docet eandem veritatem Traditio: nam Patres, quoties de Iacobi verbis sermonem habuerunt, ea non de Senioribus, sed de Episcopis et Sacerdotibus interpretati sunt. Chrysostomus enim (2) scribit: Presbyteros, de quibus Iacobus, esse non laicos homines, sed Sacerdotes, quibus tum in Baptismate, tum in infirmorum Vnctione competit facultas dimittendi peccata: neque enim, ait, solum quum nos regenerant, sed postea etiam condonandorum nobis peccatorum

(1) Comment. in Epist. Iacobi. (2) Lib. III. de Sacerd.

»facultatem obtinent; infirmatur, inquit, inter vos aliquis? Inducatur
»Presbyteros.« Gregorius Magnus: (3) Ministros, a quibus Extre-
ma Vnctio peragitur, modo vocat Presbyteros, modo Sacerdotes,
dicens: »tunc offertur Pontifici Oleum, et benedicit eum tam ipse,
»quam omnes Presbyteri ad inungendum infirmum.« Et postea:
»multi enim Sacerdotes infirmos perungunt,« cet.

Docent praeterea veritatem istam Concilia: Aquisgranense si-
quidem, quod anno 836 habitum est, sic loquitur: »si autem in-
»firmate depressus fuerit, ne confessione atque Oratione Sacerdo-
»tali, necnon Vnctione sacraei olei, per eius (Sacerdotis) negli-
»gentiam careat,« cet. (4) Tridentinum vero Concilium definiuit:
(5) »si quis dixerit, Presbyteros Ecclesiae, quos Beatus Iacobus ad-
»ducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacer-
»dotes ab Episcopo ordinatos, sed aetate Seniores in qualis com-
»munitate; ob idque proprium Extremae Vnctionis ministrum non
»esse Sacerdotem, anathema sit.«

Accedunt et theologiae rationes: scilicet quod nullius Sacra-
menti administratio competat laico, solo excepto Baptismo, cuius
collatio in casu necessitatis permittitur laicis ex diuina dispensatio-
ne, ut nulli regenerationis spiritualis facultas desit, ut loquitur
S. Thomas: (6) quod interdum aetate iuuenes Ecclesiae praeficiuntur,
ut Timotheus a Paulo fuit constitutus: quod tandem Extre-
mae Vnctionis Sacramentum, ut ait Synodus Tridentina, est Poenit-
entiae consummativum; proinde ad Sacerdotes, qui Sacramenti Poenit-
entiae ministri sunt, Extremam Vnctionem conferre proptie spectat.

Propositionem secundam haec demonstrant: haud inferitur ex Ia-
cobi Epistola plures Presbyteros ad hoc Sacramentum conferendum
necessario requiri: licet enim numero multitudinis ille vtratur dicens:
inducatur Presbyteros Ecclesiae; inusitatum tamen non est in sacris
Litteris pluralem numerum pro singulari ponere. Sic apud Matthaeum
cap. xxvii. legitur: »latrones qui crucifixi erant cum eo, impropie-
»tabant ei,« quum constet ex Lucae cap. xxiii. Domino conuictum
est unum de his, qui pendebant latronibus, tantum. Consulendus
est Augustinus. (7)

Deinde: Iacobus totam erga infirmos actionem Presbyteris tri-
buit,

(3) In Sacrament.

(6) Quaest. xxxi. Supp. art. 1.

(4) Can. v.

(7) Lib. iiii. de Consensu Euan-
gelicorum.

(5) Sess. xiv. Can. 4.

cap. 16.

buit, non orationem modo, sed et ipsam Vnctionem; scilicet dicit:
et orent super eum, ungentes eum oleo. cet.: atqui haeretici neces-
sariam non putant Vnctionem a multis Presbyteris factam: ideo igitur
multos conuocandos volunt ad orationem?

Insuper: fidem faciunt complura monumenta ab vno Ministro
hocce Sacramentum fuisse ministratum. Etenim Innocentius Papa I.
(8) ait: ratum esse si ab Episcopo detur, neque ad id adiungi alium
collegam debere: Prudentius Tricasinus solus inunxit Beatam Mau-
ram, cuius vitam descripsit: vnus Presbyteri meminit Aetfricius in
Canonibus ad Walfinum Episcopum: testantur idem, non solum ho-
dierna Romanae Ecclesiae consuetudo, et Rituale Pauli V. iussu edi-
tum, sed et vetustissima Pontificalia, atque ea etiam, quae ex ve-
tustioribus procusa faere: testantur et Alexander III. et Benedictus
XIV. quorum primus inquit: (9) »Sacerdos vno praesente Clerico,
»et etiam solus potest infirmum ungeri:« alter vero scribit: (10)
»nec refert vtrum eadem Extrema Vnctio per vnum vel per plu-
»res Presbyteros fiat, vbi huiusmodi viget consuetudo; dummodo
»credant, et adserant, illud Sacramentum, seruata debita materia et
»forma, ab vno Presbytero valide et licite confici.«

Postremo: etiam si congruat vt plures Sacerdotes adsint, hac
tamen ratione valere datum ab vnico Sacerdote Sacramentum, do-
cet S. Thomas: (11) quod si vnus solus Presbyter adsit, intelligitur
hoc Sacramentum perficere in virtute totius Ecclesiae, cuius mi-
nister existit, et cuius personam gerit.

Diuersam tamen hac in re fuisse, atque etiamnum esse Eccle-
siae disciplinam consulto hic superaddimus, vtroque fatemur. Apud
Graecos siquidem septem Sacerdotes ex Ecclesiae mandato aduoca-
bantur olim, et nunc etiam aduocantur, ad Sacramentum hoc infir-
mis ministrandum, vt testis est Simeon Thesalonicensis, (12) et ip-
se Graecus. Apud Latinos quondam ex Ecclesiae praeepto, plures
simul Presbyteros Vnctionem Extremam Presbyteris contulisse, aper-
te innuit Gregorius Magnus. (13)

Propositionem tertiam demonstrat primo Iacobi testimonium: *in-
firmatur quis in vobis?* cet. Postquam enim versu xiii. de aegritu-
dine et animi languore ille egerat, remediumque adulerat, dicens:
tris-

(8) In Epist. ad Decent.

(11) Lib. iv. cont. Gent. cap. 73.

(9) In cap. Quasiuis, de verb. sign.

(12) In lib. de Sacram.

(10) In Const. Eius Pastoralis, §. 5.

(13) In Sacrament.

tristatur quis in vobis? oret: Aequo animo est? Psallat: proximo versu xiv. ad aliam speciem afflictionis descendit, quae est aduersa corporis valetudo, demonstrans, quo spirituali remedio opus infirmi habeant: igitur infirmis, cetera.

Secundo: demonstratur nostra adsertio ex Ecclesiae definitionibus atque aliis etiam ecclesiasticis monumentis: sic nempe loquitur Concilium Florentinum, seu Eugenius IV: (14) «hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte iunctur, dati non debet.» Ac Tridentinum (15) docet: Christum Dominum Extremæ Vnctionis Sacramento «finem vitae tamquam praesidio quodam firmissimo munuisse.» Idem docent Concilia Aquisgranense, Lemouicense, Innocentius Papa I., Capitularia Caroli V., Rituale Lingonense, item et Tricense atque Viennense; Romanum tandem a Paulo V. probatum.

Haud improbanda propterea est Graecorum praxis, qui non infirmos tantum, sed et sanos inungunt. Iacobus siquidem praescribens inungi infirmos, sanos neutiquam exclusit: quemadmodum Christus Dominus Eucharistiae communionem adultis praescribens, verbis illis *hoc facite*, cetera. nequaquam paruulos exclusit, ut constat ex Ecclesiae praxi, quae eis per duodecim priora secula Eucharistiam porrexit. Sed nec Ecclesia Catholica expresse vnquam Graecorum praxim proscripsit: quae enim, quum Romani Pontifices et Concilia, tum Ecclesiae Patres dixere, consuetudinem Romanae Ecclesiae morumque Latinorum declarant: definitionem pro solis infirmis inungendis non important.

CAPVT XVIII.

Firmata nuper Dogmata, et haeresum relatione, et argumentorum solutione, de nouo constabuntur.

Sectarii, qui Vnctionem Extremam ex numero Sacramentorum nouae legis expunxerunt, plurima praepriis in Ecclesiae Fidem de eiusdem Sacramenti Ministro effugerunt. Lutherus enim vertit ipsi crimini, quod ad illius collationem multi Presbyteri, ut Iacobus innuit, non vocentur: (1) Caluinus praeterea negat Sacerdotes intelligi Presbyterorum nomine, quo Iacobus vtitur, addit que, non vnum Pres-

(14) In Inst. Arm. (15) Sess. xiv. (1) In lib. de Capt. Babyl.

Presbyterum, sed multos ex Iacobi praescripto Vnctioni necessarios esse. Ita in suis Institutionibus. (2) Hi Sectarii ut Ecclesiam hoc in capite vexarent, viam antiquis haereticis prorsus oppositam iniere: olim enim Waldenses Catholicos erroris arguebant, quod plures Sacerdotes vocarent, ut scribit Reinerius. (3) Nonnullis, v. ineunte Ecclesiae seculo, visum est, Sacerdotes Presbyterorum nomine, quo Iacobus vtitur, intellectos, esse solos Extremæ Vnctionis Ministros, ipsis etiam Episcopis semotis.

Circa huius autem Sacramenti subiectum quum nihil in Catholicis reperit Lutherus quod argueret, maluit imponere, ut conuicti possent. Nempe eos arguit, quasi adserant Extremam Vnctionem confetti non debere nisi discessuris: insimular deinde quam sequuntur praxim, nimirum administrandi iis etiam infirmis, qui breui discessuri iudicantur. (4) Lutherum imitatus Caluinus (5) insolentissime dixit, Catholicos, non infirmos, sed semimortua cadauera sua pinguedine inficere, cetera. Hanc allasque calumnias ante Lutherum et Caluinum catholicis Latinis impegerat Simeon The- salonicensis. (6)

Quibus vero argutis nefaria haec adserta communire curarint, expendamus. Arguat itaque primo: haec habet Innocentius I. ad Decentium rescribens: «quo (Oleo) ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus vti Catholicis licet, in sua aut suorum necessitate inungendo.» persuasum igitur Innocentio fuerat, per Presbyteros intellexisse Iacobum, non Sacerdotes tantum, sed etiam viros laicos.

Secundo: scribit Venerabilis Beda: (7) «infirmos moneri debere, ut Seniorum adiutorio curari se meminerint, neque ad iuniores minusque doctos causam suae imbecillitatis referant.» ergo iudicauit Presbyterorum nomine intelligi aetate Seniores; proindeque laicos Seniores esse Extremæ Vnctionis administratos.

Tertio: saltem Diaconis aliquando concessum esse ut morte urgente infirmos inungerent, multa euincunt: nam ipsis permissum nonnumquam est in necessitatis casu infirmorum excipere confessionem, iisque Viaticum dare, ut constat ex Cypriano adserente (8)

Tom. III.

Tit

- (2) Lib. iv. cap. 19.
(3) In lib. de Wald.
(4) Vbi supra.
(5) Vbi supra.

- (6) In lib. de Sacram.
(7) Ad v. caput Iacobi.
(8) Epistola xii.

posse urgente exitu *exomologesim* apud Diaconum fieri; ex Eliberitano Concilio, (9) aliisque: igitur et poterit Sacra Vnctione illos delinire.

Quarto: hoc Sacramentum, vt Iacobus adstruit, efficaciam suam ex oratione habet: atqui Oratio laici est quandoque ita Deo accepta sicut Sacerdotis: ergo.

Quinto: Iacobum plures Sacerdotes requirere ipsa eius verba comonstrant, nempe *inducat Presbyteros Ecclesiae*, cet.: ergo.

Sexto: vt quis spiritualiter resuscitetur per poenitentiam, non oportet, quod suscitatio illa spiritualis per corporalem significetur adeo vt sit corporaliter mortuus: similiter, vt quis spiritualiter per Baptismum abluatur, non est necesse, vt ablutio illa significetur per corporalem immunditiam, ita vt baptizandus sit corporaliter immundus: ergo nec oportet spiritualem curationem significari per corporalem, ita vt recipiens sit corporaliter infirmus.

Septimo: Graeci etiam poenitentibus qui valent corpore aliisque nulla graui infirmitate detentis hanc Sacram Vnctionem ministrant: ergo.

Octauo: puerulis hoc Sacramentum dandum esse illud probat quod in antiquis Auctoribus nulla prorsus exceptio reperitur, sed affirmatur aegrotis omnibus dandum esse: deinde, quia Nicolaus Cusanus inquit, (10) olim in Ecclesia non tantum adultis, sed etiam infantibus fuisse collatum: demum quod id rationi videtur valde consentaneum esse: nam si Eucharistia infantibus reuera dabatur quanto credibilis est datam fuisse illis Extremam Vnctionem?

Quae omnia soluere non est difficile. Primum enim sic soluimus cum Estio; Vnctionem scilicet, de qua Innocentius, non esse sacramentalem, sed actionem infirmi, qui pie adfectus in Oleum Episcopali benedictione consecratum, eo seipsum dilinit, sperans fore vt per illud sanctitatem sit recuperaturus. Quam responsonem confirmat idem Estius, quum ex usu hodierno fidelium, qui aqua ad conferendum Baptismum consecrata aliisque eiusmodi rebus passim vtuntur, vt doloribus leuentur, et morbis quibus cruciantur, liberentur.

Ad secundum dicendum: duplicem Iacobaeae sententiae sensum Bedam adferre, moralem scilicet et literalem. Morali conueniens erat, vt Presbyterorum nomine intelligerentur *aetate* Seniores: literali verò, vt idem nomen pro *dignitate* Senioribus vsurparetur, vti

(9) Canone xxxii. (10) In Epist. iiii. ad Bohemos.

reuera ab ipso vsurpatum fuit, quum laudet Innocentii Papae I. Rescriptum ad Decentium Episcopum, in ea nempe verba *infirmatur*, cet., haec habet: »hoc et Apostolos fecisse et nunc Ecclesiae consuetudo tenet, vt infirmi Oleo consecrato vngantur a Presbyteris, »et oratione comitante sanentur.«

Tertii solutio iam pridem exhibita est: ostensum quippe fuit auctoritate diuinae Scripturae, definitione Concilii Tridentini, atque Traditione et vsu perpetuo Ecclesiae, solos Presbyteros esse huius Sacramenti Ministros: vnde et ostensum quoque fuit, Diaconos, neque illius Ministros esse, neque illis hoc ministerium ab Ecclesia aliquando permissum. Nec obsunt producta in contrarium testimonia: in nullo siquidem eorum minima extat vocula, quae Vnctionem Extremam commemoret: sed omnia de Communionem et Viatico agunt: et quaedam de susceptione poenitentium.

Quartum sic soluitur: quum ea oratio a Sacerdote non fiat in propria persona, quo pacto quandoque non exaudibilis esset, vt pote a peccatore proficiscens, sed fiat in persona totius Ecclesiae, in qua representatione orare valet quasi persona publica, non autem laicus qui persona priuata est: hinc non laicus, sed Sacerdos hoc Sacramentum conferre debet.

Quinto occurrunt Bellarminus et Arcudius, acerrime Graecorum praxim insectantes, quod Sacris Litteris, et Sacrorum Scriptorum testimonio aduersetur. Juniores quidam Theologi hanc responsonem adhibent: Vnctionem illam Graecorum non esse sacramentalem, sed ceremoniam tantum. Haud placent Iustino, cuius nos sensa amplectimur, duae istae responsones, quas propterea multis oppugnat. (11) Hinc ex ipsius doctrina respondemus: Graecorum praxim sanos etiam inuigentium, vt pote nullibi expresse ab Ecclesia Catholica proscripam, non nisi impiissime improbari posse, vt ex superius dictis constat abunde: ceterum relegandam eam a Latina Ecclesia quamlongissime, quoniam contraria in illa praxis obtinuit vigetque: In vtraque tamen verum conferri Sacramentum, praeter alia plurima demonstrat *Fermentati* apud Graecos, et *Azymi* apud Latinos consecratio.

Ad septimum dicendum: neutiquam infantibus aptari posse formam effectusque huiusce Sacramenti. Nequid vero quod nullam eorum exceptionem antiquiores fecerint Scriptores? Fecit Iacobus ipse

se, fecerunt quoque Concilla, communisque Ecclesiae praxis. Praeterea: ducta ex comparatione Eucharistiae ratio fracta nimium videtur: nam pueruli possunt augmentum gratiae recipere, non autem actualium remissionem peccatorum.

CAPVT XIX.

In quo de Sacra Ordinatione et Ecclesiastica Hierarchia loqui adgredimur; ac primum earundem existentiam ac partes essentielles generatim constituimus.

Sacra Ordinatio verum est nouae legis Sacramentum a Christo Domino institutum.

Quae quidem nusquam celebrata in Ecclesia Catholica est absque materia et forma.

Docent primam propositionem Scripturae: ubi enim Sacrae Ordinationis mentionem faciunt, ceremoniam sensibilem diuinitus institutam, cui gratiae promissio adiuncta est, recensent; tria scilicet ad veram Sacramenti rationem spectantia. Equidem Actorum vi. Diaconi per manuum impositionem ordinantur consecranturque; legitur nempe: »hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, et orantes »imposuerunt eis manus.« I. ad Timotheum 4, ubi de Presbyteratu et Episcopatu agitur, recensetur quoque ritus impositionis manuum, ut et gratiae promissio verbis illis: »noli negligere gratiam quae in »te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyterii.« Et cap. 1. Epist. 2. ad eundem Timotheum: »admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.«

Quod autem ad diuinam institutionem atque mandatum adinet, quis negare poterit, quum exploratum sit Apostolis verbis illis a Christo *hoc facite*, cet. praeceptum fuisse vt Ministros ordinarent? Licet enim expresse ex Scripturis non constet iussos eos fuisse impositionem manuum adhibere; facile id tamen ex eo colligitur, quod alias per eum ritum conferre gratiam non ausi fuissent tentare: neque enim vllus homo potest sensibili signo gratiae productionem adligare, sed solus Chr istus quum Deus sit: ex Scripturis igitur constat

Or-

Ordinationem Sacram Sacramentum nouae legis esse a Christo Domino institutum.

Docet hanc ipsam veritatem constans Patrum Traditio. Ambrosius haec habet: (1) »homo imponit manum, Deus laigitur gratiam, Sacerdos imponit supplicem dexteram, Deus benedicit potenti dextera.« Augustinus contra Epistolam Parmeniani scribens (2) inquit, de Baptismo et Ordinatione loquens: »vtrumque Sacramentum est, et quadam consecratione vtrumque homini datur, illud quum baptizatur, istud quum ordinatur, ideoque in Catholica Ecclesia vtrumque iterari non licet.«

Docet praeterea omnium Christi nominis societatum consensus nam Graecos aliasque omnes gentes, quae vbique terrarum Christo nomen dant, idem prorsus ac Romanam Ecclesiam de Sacramento isto hactenus sensisse atque sentire, certa adeo et explorata res est, vt Solem meridie lucere negauerit, qui id in dubitationem adducere vulerit. Etenim post Isaacum Habertum, Ioannem Morinum, Iacobum Goarium, Leonem Allatum, et Petrum Arcudium, veritatem hanc ad liquidum plane deduxit Eusebius Renaudotius atque irrefragabilibus momentis ostendit, Orientales omnes in constanti hac semper persuasionem fuisse, Ordinationis ceremonias adlunctasque ei preces sacrae esse signa gratiam quam significant, efficientia, atque gratiae huius sacramentalis promissionem inniti Christi Domini verbis, Apostolorum doctrinae, ac priorum fidelium disciplinae; proindeque dubitare neminem posse, quin Ordo verum sit Sacramentum. Docet insuper his innixa momentis Sacra Synodus Tridentina, definiens: »si quis dixerit Ordinem, vel Sacram Ordinationem non esse vere et proprie Sacramentum a Christo Domino institutum, vel esse signum quoddam humanum excogitatum a Viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi Ministros verbi Dei et Sacramentorum; anathema sit.«

Suffragatur his omnibus S. Thomae ratio (3) quam sub hac forma proponimus: Ecclesiae ad vsque seculi finem aedificandae necessitas postulabat, vt Christus spirituales Sacramenta dispensandi potestatem sic Discipulis communicaret, vt per eos ad alios deueniret: ergo id reuera praestitisse Christum et in hunc finem Ordinis Sacramentum instituisse credendum est.

Se-

(1) In lib. de Dign. Sacerd. cap. 5.

(3) Lib. iv. contra Gent. cap. 74.

(2) Lib. 11. cap. 13.

Secundam propositionem sic generalim modo probamus. Ab Apostolorum temporibus ad nostra vsque tempora Episcopi, Presbyteri, et Diaconi consecrati fuisse per manuum impositionem et orationem, vt patet ex Scriptura, Patribus, Pontificalibus, Sacramentariis, quibus et Latini, et Graeci, antiquitus vsi sunt et nunc vtuntur: Ordines autem ceteri dati saltem apud Latinos sunt, per vasorum aut instrumentorum porrectionem, vt videre est in *iv. Concilio Carthaginensi*, Gregorii Magni Sacramentario, aliisque veteribus monumentis: quorum loca inferius dabimus: ergo nusquam Sacra Ordinatio celebrata est absque materia et forma, seu absque rebus et verbis, quibus tamquam signis exterioribus, aut gratia, aut officium per Ordinationem collata exprimerentur.

COROLLARIVM.

Circumferuntur variae Sacrae Ordinationis a Scholasticis traditae definitiones, quae verbis licet diuersae, apertissime Ecclesiae mentem aperiant, atque ex his quae dicebamus, sua sponte fluunt. Communis sane haec est: «Ordo est signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritalis potestas traditur Ordinato.» Tradidit eam Magister Sententiarum, (4) probaruntque S. Thomas, (5) ac primi Scholae Theologi. Elegantius tamen, ac plenius definitionem ipsam tradiderunt Tridentini Patres, (6) ex quorum doctrina hanc Syluius elicit: (7) «Ordo est Sacramentum nouae legis a Salvatore nostro institutum, quo traditur potestas consecrandi, offereudi, ac ministrandi corpus et sanguinem eius, necnon Sacerdotio ex officio descriuendi.» Alias definitiones missas facimus.

CAPVT XX.

Nouatorum error notatur atque ipsorum aduersus primam veritatem impetus franguntur. Alia etiam argumenta soluantur.

Totus Nouatorum grex aliud quodlibet praeter Baptismum et Coenam nouae legis Sacramentum explodit; nec quisquam eorum est, qui illud mordicus non retineat, quod Pseudo-Euangelicae Reformationis Antistes Lutherus scripsit: (1) «in rigore loquendo duo tantum

(4) Dist. xxiv. lib. 4.

(7) In S. Thomae art. laudatum.

(5) Quaest. xxxiv. Supp. art. 2.

(8) In lib. de Capt. Babyl.

(6) Sess. xxiii. cap. 1. et 2.

«esse in Ecclesia Sacramenta, Baptismum et Panem; Ecclesiam Christi Sacramentum Ordinis, quod ab Ecclesia Papae inuentum est, ignorare.» Quid enim si Melancton (2) Ordinem ecclesiasticum visus esse recepit? Verbis ad fallendum meditato compositis lusus vaferimus visneque aliud tradere voluit, quam quod a Magistro suo didicerat.

Quid etiam si Caluinus dixerit: (3) «quantum ad verum Presbyterii munus adinet, quod ore Christi nobis est commendatum, libenter Sacramenti loco habeo?» cer. Magistri sui Caluini sententiam sic Forbesius exponit: «Ioannes Caluinus, inquit, Ordinem de ministerio verbi et vero Presbyterii gradu intellectum, Sacramentum esse contendit, licet non apud omnes fideles commune, sed ad certam functionem speciale: neque nos contentiois funem ducimus, sed concedimus, impositionem manuum, per quam aliquis ad sacrum ministerium ex diuina institutione ordinatur, dici posse quodam sensu Sacramentum certo cuidam hominum coetui particulare; etsi in animum inducere nondum potuimus, vt huic veram et proprie dictam Sacramenti euangelici rationem, quae in Baptismo et Eucharistia inuenitur, conuenire existimemus.»

Haec vero argumenta in sui erroris praesidium adducere conueniunt. Primum: Scriptura docemur nullum inter baptizatos debere statui discrimen, aiente Paulo: «quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: non est Iudaeus, neque Graecus; non est seruus, neque liber; non est masculus, neque foemina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.» Docemur quoque, Sacerdotium cuique fideli competere, quam Petrus in Epist. 1. cap. 2. fideles quosque vocet, «Genus electum, regale Sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis.» et Ioannes etiam Apocalypses 1. scribit: «qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos regnum, et Sacerdotes Deo et Patri suo.»

Secundum: impositio manuum, cuius meminuit Paulus ad Timotheum scribens, non erat ritus ad Sacramenti dignitatem adsurgens, nec sanctificantis gratiae symbolum; sed ceremonia quaedam, qua gratia gratis data sacris Ministris conferebatur: adfirmat nempe ipse Apostolus datam Timotheo gratiam illam per prophetiam, quae certe ad illa gratiarum genera spectat referiturque; dixerat siquidem supra: *alii operatio virtutum, alii prophetia*, cet.: ergo.

Tertium: ex manuum impositione Timotheo facta nequaquam

(2) In Apolog. Conf. August.

(3) Lib. iv. Instit. cap. 99.

potest inferri Ordinationis Sacramentum: etenim Clerici ab Episcopis ordinantur; Timotheus vero a Presbyteris ordinatus fuit: ait enim Paulus, *per impositionem manuum Presbyterii*: Deinde, manuum impositio est vaga et indeterminata materia, adhibita in benedictionibus Patriarchatum, in aegrotantium sanatione, in doemonum expulsionem, ac in ceremoniis quamplurimis: ergo.

Quartum: si Ordo esset Sacramentum proprie dictum, qui eo insigniti sunt, iure diuino a laicis differrent: At sic non differunt: scribit siquidem Tertullianus: (4) »nonne et laici Sacerdotes sumus? Scriptum est quoque: et nos Sacerdotes Deo et Patri suo fecit. Differentiam inter ordinem et plebem Ecclesiae constituit auctoritas:« ergo.

Aduersus secundam propositionem haec obijci solent. Primum: Christus Dominus in vltima Coena Apostolos consecrauit noui Testamenti Sacerdotes; sed tunc non est vsus exteriori aliquo signo: neque enim aut Scriptura aut Traditio adserunt, adhibitur tunc fuisse signum aliquod sensibile, per quod Apostoli potestatem offerendi receperint: ergo Sacerdotium christianum, seu Sacra Ordinatio non constat ex aliquo ritu sensibili.

Secundum: Gregorius Nyssenus narrat, (5) Gregorium Thaumaturgum tridui itinere dissitum consecratum fuisse Neocaesariensem Episcopum a Phaedimo Amasaensium Antistite. Scribit insuper Metaphrastes Daniele Stylitam, (6) Virum sanctissimum, licet absentem, inauguratum fuisse Sacerdotem a Gennadio Patriarcha Constantinopolitano; ita sane, vt Archidiacono preces recitante, et populo acclamante, Deus ipsi absentem per Gennadium manus imposuerit: ergo Patres nonnumquam, nullis adhibitis exterioribus signis, Ordinationes celebrarunt.

Tertium: adserunt nonnulli Iuris Canonici periti, Romanum Pontificem his dumtaxat verbis: *esto Sacerdos: esto Episcopus*, seu absque alio sensibili signo, posse quempiam Episcopum aut Presbyterum consecrare: ergo.

Sed horum omnium facilis est solutio. Ad primum itaque respondendum: Apostolum hoc vnum velle, Christum scilicet, respectu vocationis, iustificationis, et praedestinationis, nullam habere rationem aut gentis, aut sexus, aut aetatis: vnde arguit, baptizatos omnes

(4) In lib. de Exhort. ad Castit. cap. 7. (5) In eius Vita.

(6) In eius Vita.

nes aequales esse, quum in obtinenda a Deo bonorum operum mercede, tum in gratiarum consequitione. Petrum autem et Ioannem loqui de interno seu mystico Sacerdotio, non autem de externo proprie dicto, de quo quaestio instituta est.

Secundum insulsum protus ineptumque est: ac primo quidem nihil eo conficitur, etsi concedamus vna cum gratia et caractere Ordinis donum quoque prophetandi Timotheo fuisse collatum: immo libenter faremur collatum illi quidquid ad Ecclesiae institutionem, aut necessarium erat, aut opportunum. Verum per Prophetiam factum dicitur, quod Spiritu Sancti iussu et inspiratione fit.

Ad tertium dicendum: *Presbyterii* nomine, non Presbyteros, sed Episcopos intelligi: ait siquidem Chrysostomus eadem exponens verba: (7) »non de Presbyteris hoc ait, sed de Episcopis; non enim Presbyteri Episcopum ordinauerant.« Atque Paulus Ipse in altera Epistola cap. 1. inquit: »per impositionem manuum mearum.« Accedit, Presbyterium esse Coetum, Synodum, atque multitudinem Sacerdotum, vt constat ex Scripturis et Patribus; proinde Timotheum dici per impositionem manuum *Presbyterii* ordinatum, quoniam plures ipsi manus imposuerunt, inter quos primus Consecrator Apostolus. Quod additum in argumento fuit, nullam difficultatem ingerit: nam materia ad vnum Sacramentum constituendum determinatur per formam; neque implicat eiusdem materiae multiplicem vsum esse, vt constat de aqua, pane, et oleo.

Quarto sic occurrimus: Tertullianus sat superque mentem suam aperit, quum verbis illis *differentiam inter ordinem et plebem Ecclesiae constituit auctoritas*, haec alia illico subicit *et honor per ordinis consensum sanctificatus a Deo*: vnde nihil aliud voluit, quam clericorum et laicorum Ordines diuina institutione iam separatos, Ecclesiam distinxisse pariter suis legibus.

Argumentum autem primum contra secundam propositionem productum, hoc pacto solvitur: Sacerdotium, quo Apostoli inaugurati sunt in vltima Coena, non fuit Sacramentum proprie dictum; potestatem siquidem consecrandi Christi corpus donati sunt per solam Christi voluntatem, et absque Sacramento; non absimili ratione quaedam iidem Apostoli Confirmatione fuerant donati. Itaque quemadmodum, vt post S. Thomam passim docent Theologi, die sacra Pentecostes Apostoli receperunt effectum Confirmationis, quamuis ipsum

Tom. llll.

Vvv

met

(7) Homil. xlii.

met Sacramentum non receperint; ita potestate consecrandi donati sunt in vltima Coena, quamuis ipsum Sacerdotii Ordinem ex ritu sensibili essentialiter constantem minime receperint.

Ad secundum dicimus: facta quae obiciuntur, extraordinaria esse ac praeter communem legem, in qua Deus dispensare potest scilicet, penes ipsum est Ordinis potestatem conferre, ipso ordine quoad substantiam minime collato. Sed insuper dicimus, intelligi debere de praecipuis, quibus eum Episcopus Amasacensis ad Episcopatum suscipiendum inflexit: restatur enim idem Nyssenus Gregorium Thaumaturgum non subiisse Episcopatus officium, nisi omnibus post haec quae fieri solent, legitimis seu solemnibus in eo peractis. Ad Danielis vero consecrationem, quod adinet, aut errasse in facto Metaphrastem, aut non de consecratione Danielis, sed de electione facta, quam a plebe Constantinopolitana, tum a Gennadio Patriarcha loqui.

Quarti solutio est: Iuris Canonici prudentes haud loqui de Episcopatu vel Sacerdotio secundum substantiam sumtis, sed tantum secundum iurisdictionem; quam quidem non alio adhibito signo quam verbo, a Summo Pontifice posse conferri, nemo est qui inficitur.

CAPVT XXI.

De Sacrarum Ordinationum numero atque distinctione.

In Catholica Ecclesia praeter Sacerdotium alii Ordines sunt, et maiores, et minores, per quos veluti per gradus in Sacerdotium tenditur.

Sacerdotium quidem ac Diaconatus Ordines sacri et hierarchici ac veri nominis Sacramenta.

De reliquis vero adhuc sub indice his est: antiquissimae licet institutionis certo sint.

Ac prima demum Tonsura ritus non est vanitatis et superstitiosis, sed pietatis atque religionis plenus.

Priorem adsertionem hoc modo demonstramus: Ab ipso Ecclesiae initio in vsu fuisse Ordines septem, nempe Presbyteratum, Diaconatum,

natum, Subdiaconatum, Acolytatum, Exorcistatum, Lectoratum, et Ostiariatum, Traditio docet. In Epistola *Siquidem* Cornelli Papae, quam Eusebius refert, (1) describuntur clerici Ecclesiae Romanae, qui erant in Vrbe principio Schismatis Nouatiani, et praeter Romanum Pontificem fuisse dicitur Presbyteros quadraginta quatuor, septem autem Diaconos, totidemque Subdiaconos, Acolytos duos, et quadraginta Exorcistas et Lectores cum Ostiariis quinquaginta duos. Tertullianus insuper Lectores memorat; (2) Ostiarios Gregorius Nazianzenus; (3) Acolytos Augustinus; (4) Exorcistas Hieronymus: (5) memorant et alii Patres Romanae Pontifices.

Docet idipsum Conciliorum auctoritas: Concilium enim Carthaginense iv. celebratum anno 398, singillatim septem memoratos Ordines recenser laudatque: (6) eorumdem mentionem facit Concilium Toleranum i. celebratum anno 400, (7) Synodus quoque Tarraconensis anni 516, Aquisgranensis an. 816. Florentinum in Decreto Vnionis: tandemque Tridentinum definiens: (8) »si quis dixerit, praeter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, et maiores, et minores, per quos velur per gradus quosdam in Sacerdotium tenditur; anathema sit.« Eisdem supra memorauerat. (9)

Adsertionem secundam quoad utramque eius partem demonstrant argumenta capituli decimionni. Praeter ea tamen sic diuisim illam demonstramus. Presbyterorum inaugurationem exprimunt Scripturae ea phrasi, qua Concilia Patresque docent designari sacramentalem initiationem: legimus nempe Actor. xiv: »et quum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, et orassent cum ieiunationibus,« cer. Deinde: Florentinum Concilium, postquam dicit Ordinem esse sextum in Ecclesia Sacramentum, immediate de Presbyteratu pertractat, nulla ipsius etiam Episcopatus facta mentione; ac Tridentina Synodus docet, (10) Sacrificium et Sacerdotium diuina ordinatione coniuncta esse; ita vt qui Sanctum Eucharistiae sacrificium agnoscit, externum quoque et visibile Sacerdotium debeat fateri: et postea docet definiens, Sacerdotium inter Ordines principem locum

Vvv 2

re-

(1) Lib. vi. Eccl. Hist. cap. 40.

(2) In lib. de Praescript. cap. 41.

(3) Orat. xviii. de laud. S. Cyprian.

(4) Serm. xlvi.

(5) In Epist. ad Tit.

(6) A Can. iii. vsque ad x.

(7) Can. i. ii. iv. et v.

(8) Sess. xxiii. cap. 2.

(9) Ibid. Can. 2.

(10) Ibid. cap. 1.

tenere, et ad illud, tamquam ad perfectionem finem, Ordinationes inferiores tendere.

Præterea: in Sacerdotum ordinatione adest materia, siue ea sit instrumentorum potrectio, siue manuum impositio, siue vtrumque adest pariter verborum forma, scilicet oratio per quam Episcopus inuocat Spiritum Sanctum in eos quibus manus imponit; nec deest diuina institutio, quæ habetur Marth. xxvi. et Ioan. xx. demumque reperitur productio gratiæ sanctificantis, prout in eius forma adseritur: ergo.

Diaconatum insuper esse Ordinem Sacrum verumque Sacramentum sit euincimus: dum quis enim in Diaconum ordinatur, succedit in officio septem Diaconis, quos Apostoli constituerunt; initiatur quoque manuum impositione et oratione, verbisque Episcoporum, ac potestatem recipit atque gratiam, qua illi septem donati sunt: ergo in Diaconorum ordinatione est institutio ritusque ab ætate Apostolorum in Ecclesia usurpatus, adsuntque forma, materia, et effectus: quæcumque proinde ad verum Ordinem propriamque Sacramentum requisita.

Verum ad Concilium potissimum Tridentinum confugimus, quod illius auctoritate res toto vno icu conficiatur; videlicet et Presbyteratum et Diaconatum Ordines sacros et hierarchicos esse, et vera quoque Sacramenta. Definit enim esse in Ecclesia Catholica Hierarchiam diuinitus institutam, quæ ex Episcopis, Presbyteris, et Ministris constat; atque: (11) »si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, et Ministris; anathema sit.«

Tertiam adseritionem consulto firmauimus vt a questione admodum difficili et implexa, quæque a nemine certo figi potest, absterueremus. Adeo enim hac de re inter se dissident Theologi, vt operam certe lusurus sit, qui voluerit questionem hanc ad liquidum ducere et definire. Præter Scriptores siquidem, vel Caluino antiquiores, vel coæuos, vix numerari possunt Recentiores, ilque clarissimi, qui in eorum vestigiis insistentes, conquisitis vndique antiquitatis ecclesiasticæ monumentis, in deliciendis e Sacramenti gradu his Ordinibus strenuam operam posterunt.

Sanctus vero Thomas est in Sententiis scribens Ordinibus singulis veri Sacramenti rationem videatur adserere, in oppositam tamen

(11) Sess. xxiii. Can. 6.

men visus est abire sententiam, quam in Opusculo aduersus impugnantes Religionem, tum Lect. ii. in caput 3. Epist. 1. ad Timotheum; adeo vt germanæ eius mentis iudicium inde colligi non posse, præclari aliquot eius Discipuli sentiant, vt testatur Nicolaus Augustinus Chignoli, Ordinis Prædicatorum. (12) Sed neque controuersiam hanc finisse Synodos Florentinam et Tridentinam censendum est: vnum id vtraque constituit aduersus Nouatores, Ordinem nempe Sacramentum esse; atque per varios gradus rite atque sancte ad Sacerdotii apicem perueniri: an vero singuli hi gradus infra Diaconatum positi Sacramenta sint; Scholarum disputationibus permissum est.

Itaque, virtusque factionis Scholasticæ momentis perpensis, auctoritate etiam, numero, sapientia Scriptorum sese oppugnantium; maluitus non prudentissimum Benedicti XIV. Pontificis Maximi consilium arripere, atque ipsius verbis vientes dicere: (13) »dubii et nos hæremus, nec vllam in hac difficillima controuersia sententiam ferimus.«

Quarta demum propositio sic probatur: non nisi implissime vanitatis ac superstitionis ceremonia illa adcurari valet, quam puriori Ecclesiæ æuo constat apud clericos obtinuisse; eiusmodi est clericalis Tonsura: ergo. Et quidem, verustissima Diuionensis Ecclesiæ Acta produunt, S. Benignum Presbyterum, S. Polycarpi discipulum, Coronæ clericalis indicio deprehensum, et a Terentio Comite, seculo n. labente, morte mulctatum. Ammianus insuper Marcellinus, Scriptior quidem Ethnicus, refert, (14) Theodorum quemdam Presbyterum a Iuliano Apostata extremo supplicio fuisse addictum, quod puerulos tonsens, illos clericatu initiaret. Et Prudentius seculi iv. Scripor, idemque Poëta egregius, de Cypriani atrocione habet: »deflua caesaries compescitur ad breuem capillum.« Atque vt cetera munimenta mittamus; testimonium ritus huius sanctitati ac verustati perhibent Concilia Carthaginense iv. (15) et Tolentanum ii. (16)

Deinde: extreme impudens atque impius sit oportet, qui ritum quem ex Traditione Apostolica mansisse certum est, superstitionis ac vanitatis damnat: atqui sic res se habet: ergo. Habemus sane plurima Traditionis istiusmodi momenta: sed præclarum illud est, quod

(12) Tract. de Ord. Sacram. art.

lib. 5. 2. n. 7.

(13) Lib. vii. de Syn. Dioc. c. 24.

(14) Lib. xii.

(15) Can. xlii.

(16) Can. 1.

quod ex perpetua omnium Christiani nominis gentium in hoc retinendo ritu consensione petitur : quod enim apud omnes nunquam inuenitur, non est erratum, sed traditum. Immemorabilem vero Latinae Ecclesiae praxim comprobant Rituales Sacrarum Ordinationum libri a Morino et Martenio collecti, quorum alii decem seculorum aetatem longe superant.

Eundem ritum sacris precibus concitatum continent vetusta quaeque Graecorum Euchologia, Syrorum Moranitarum, Syrorum Nestorianorum, Iacobitarum, et Melchitarum, Armenorum, et Aegyptiorum Ordines, seu descriptiones rituum ab eisdem Morino et Martenio ex probatissimis Codicibus excerptae editaeque.

CAPVT XXII.

Argumenta contra pugnantiã diluit.

Post exagritos generatim Ecclesiae Ordines loco superius designato, in singulos eorum acerbissimo stylo Caluinus inuehitur, provocat scribens : quaecumque de his Catholici balbutimus, conficta esse ex inscitis insulsisque mendaciis, doctrinamque de Ordinibus ecclesiasticis novitium inuentum esse, de quo nusquam alibi, quam apud ineptos Papistas rabulas, Sorbonistas, et Canonistas legitur, ut insane ille loquitur. Tonsuram vero clericalem, non ludibrio solum habet quasi ridiculam, sed veluti superstitiosam atque sacrilegam exagitat.

Quibus autem ineptis adversos nos arguat videamus. Opponit itaque primo : septem Ordines Papistae dicunt propter septiformem Spiritus Sancti gratiam ; qui numerus perversa Scripturae interpretatione consecratus est, quod visi sibi sint apud Isaiam legisse septem Spiritus Sancti virtutes, quod falsum oppido est. Alii ademptores, non septem, sed novem faciunt Ordines ad similitudinem, ut dicunt, Triumphantis Ecclesiae ; atque inter eos etiam pugna est, quum alii Clericalem Tonsuram primum omnium Ordinum collocent, ultimum Episcopatum ; alio exclusa Tonsura, Archiepiscopatum, alii Psalmistarum Ordinibus adnumerent : ergo vel ipsa opinio diversitas evincit falsam esse priorem propositionem.

Secundo : iniquissime in singulis illis Ordinibus Christum sibi collegam Papistae faciunt, quo suas opiniones magis commendent. Pri-

mo,

mo, inquit, Ostiarii munere functus est, quando vendentes et eementes flagello ex funiculis facto eiecit e Templo ; quae sine risu auctori non possunt.

Secundo : spectabilis vel maxime est argutia, qua in Acolythi nomine philosophantur, ceteroferarium appellantes ; verbo magico certe, inaudito gentibus ac linguis omnibus, quum Acolythus Graecis pedissequum simpliciter significet.

Tercio : creant Romanenses eximia pompa suos Lectores, cetera ad ea ministeria exsequenda, quibus vel pueros laicos praeficiunt : Equis enim cereos, ut plurimum accendit, quis vrcelis vinum et aquam infundit, nisi puer, aut ex laicis sordidulus aliquis, qui ex ea re quaestum facit ? Quis in eorum templis unquam vidit, vel Acolythum, vel Ostiarium suis partibus surgentum ? Exorcistas vero in quem tandem finem consecrant ? Fingitur data potestas imponendi manus super energumenos ; sed tali se potestate praeditos esse daemones persuadere non possunt : fateantur ergo nullum hodie esse in Ecclesia usum suorum Ordinum.

Quarto : plurima effudit Caluinus contra Presbyterorum Ordinationis ceremonias (postquam Presbyteratus rem siue substantiam oppugnat argumentis ex Epistola Pauli ad Hebraeos ineptissime ductis :) ait nempe : « Dominus quum Apostolos amandarat ad Evangelii praedicationem, insufflauit in eos, quos Symbolo Spiritus Sancti virtutem, qua illos donabat, repraesentavit. Hanc exsufflationem retulerunt boni illi Viti, et quasi Spiritum Sanctum e suo gutture egerant, super suos, quos formant, sacrificulos demurmurant, accipite Spiritum Sanctum ; sed quam id verum sit experientia docet, quae clamat, ex equis fieri assinos, ex fatulis Phraeneticos, quicumque in Sacerdotes consecrantur. »

Quinto : et contra ceremonias quas in Diaconorum Ordinatione Romana Ecclesia iam pridem usurpat, haec Caluinus euomit : « nunc, inquit, institutionem audiamus : Diacono qui ordinatur, solus Episcopus manum imponit ; orarium illi et stolam super laeum humerum imponit, ut intelligat, se accepisse iugum Domini leue, quo ad sinistram pertinentia diuino timori subiiciat. »

Sexto : ita etiam in Diaconorum nostrorum officia Caluinus debaccharur : « nihil aliud Diaconis suis intulungunt, quam ut ministrent ad Altare, Evangelium recitent aut canant, et nescio quas nugas agant. Nihil de eleemosynis, nihil de cura pauperum, nihil de tota

»il.

quod ex perpetua omnium Christiani nominis gentium in hoc retinendo ritu consensione petitur : quod enim apud omnes nunquam inuenitur, non est erratum, sed traditum. Immemorabilem vero Latinae Ecclesiae praxim comprobant Rituales Sacrarum Ordinationum libri a Morino et Martenio collecti, quorum alii decem seculorum aetatem longe superant.

Eundem ritum sacris precibus concitatum continent vetusta quaeque Graecorum Euchologia, Syrorum Moranitarum, Syrorum Nestorianorum, Iacobitarum, et Melehitaram, Armenorum, et Aegyptiorum Ordines, seu descriptiones rituum ab eisdem Morino et Martenio ex probatissimis Codicibus excerptae editaeque.

CAPVT XXII.

Argumenta contra pugnantiã diluit.

Post exagritos generatim Ecclesiae Ordines loco superius designato, in singulos eorum acerbissimo stylo Caluinus inuehitur, provocat scribens : quaecumque de his Catholici balbutimus, conficta esse ex inscitis insulsisque mendacijs, doctrinamque de Ordinibus ecclesiasticis novitium inuentum esse, de quo nusquam alibi, quam apud ineptos Papistas rabulas, Sorbonistas, et Canonistas legitur, ut insane ille loquitur. Tonsuram vero clericalem, non ludibrio solum habet quasi ridiculam, sed veluti superstitiosam atque sacrilegam exagitat.

Quibus autem ineptis adversos nos arguat videamus. Opponit itaque primo : septem Ordines Papistae dicunt propter septiformem Spiritus Sancti gratiam ; qui numerus perversa Scripturae interpretatione consecratus est, quod visi sibi sint apud Isaiam legisse septem Spiritus Sancti virtutes, quod falsum oppido est. Alii ademptores, non septem, sed novem faciunt Ordines ad similitudinem, ut dicunt, Triumphantis Ecclesiae ; atque inter eos etiam pugna est, quum alii Clericalem Tonsuram primum omnium Ordinum collocent, ultimum Episcopatum ; alio exclusa Tonsura, Archiepiscopatum, alii Psalmistarum Ordinibus adnumerent : ergo vel ipsa opinio diversitas evincit falsam esse priorem propositionem.

Secundo : iniquissime in singulis illis Ordinibus Christum sibi collegam Papistae faciunt, quo suas opiniones magis commendent. Pri-

mo,

mo, inquit, Ostiarii munere functus est, quando vendentes et ementes flagello ex funiculis facto eiecit e Templo ; quae sine risu audiri non possunt.

Secundo : spectabilis vel maxime est argutia, qua in Acolythi nomine philosophantur, ceteroferarium appellantes ; verbo magico certe, inaudito gentibus ac linguis omnibus, quum Acolythus Graecis pedissequum simpliciter significet.

Tertio : creant Romanenses eximia pompa suos Lectores, cetera ad ea ministeria exsequenda, quibus vel pueros laicos praeficiunt : Equis enim cereos, ut plurimum accendit, quis vrcelis vinum et aquam infundit, nisi puer, aut ex laicis sordidulus aliquis, qui ex ea re quaestum facit ? Quis in eorum templis unquam vidit, vel Acolythum, vel Ostiarium suis partibus surgentum ? Exorcistas vero in quem tandem finem consecrant ? Fingitur data potestas imponendi manus super energumenos ; sed tali se potestate praeditos esse daemones persuadere non possunt : fateantur ergo nullum hodie esse in Ecclesia usum suorum Ordinum.

Quarto : plurima effudit Caluinus contra Presbyterorum Ordinationis ceremonias (postquam Presbyteratus rem siue substantiam oppugnat argumentis ex Epistola Pauli ad Hebraeos ineptissime ductis :) ait nempe : « Dominus quum Apostolos amandarat ad Evangelii praedicationem, insufflauit in eos, quos Symbolo Spiritus Sancti virtutem, qua illos donabat, repraesentavit. Hanc exsufflationem retulerunt boni illi Viti, et quasi Spiritum Sanctum e suo gutture egerant, super suos, quos formant, sacrificulos demurmurant, accipite Spiritum Sanctum ; sed quam id verum sit experientia docet, quae clamat, ex equis fieri assinos, ex fatuis Phraeneticos, quicumque in Sacerdotes consecrantur. »

Quinto : et contra ceremonias quas in Diaconorum Ordinatione Romana Ecclesia iam pridem vsurpat, haec Caluinus euomit : « nunc, inquit, institutionem audiamus : Diacono qui ordinatur, solus Episcopus manum imponit ; orarium illi et stolam super laeum humerum imponit, ut intelligat, se accepisse iugum Domini leue, quo ad sinistram pertinentia diuino timori subiiciat. »

Sexto : ita etiam in Diaconorum nostrorum officia Caluinus debaccharur : « nihil aliud Diaconis suis intulungunt, quam ut ministrent ad Altare, Euangelium recitent aut canant, et nescio quas nugas agant. Nihil de eleemosynis, nihil de cura pauperum, nihil de tota

» il.

illa functione quam olim gerebant: vna in re, qui locum Diaconi in Missa tenent, inane antiquitatis simulacrum repraesentant, recipiunt enim oblationes ante consecrationem: ludunt ergo Ecclesiam cum isto mendaci Diaconatu, cet.

Septimo: haec insuper aduersus clericalem Tonsuram blasphematur: »Papistae, ait, dum dicunt Coronam clericalem habere a Nazareis originem et rationem, quid aliud adferunt, quam sua Mystera a Iudaicis ceremoniis nata esse, vel potius merum esse Iudaismum?»

Octauo: aduersus Apostolicam ritus huius originem et sanctitatem nonnulla adhuc pro Caluino opponi possunt. Primo siquidem, Egesippus Apostolicae aetatis Scriptor, inter plura alia hoc quoque S. Iacobo minori in laude ponit, quod numquam comam rotonderit, vt legere est apud Eusebium. (1) Secundo: optatus Millicianus 17. seculi Scriptor, Donatistas grauiter increpans, quod Sacerdotum capita raderent, eos ita perstringit: *docete, vbi nobis mandatum est capita radere Sacerdotum.* Tertio: Hieronymus haec habet: (2) »perspicue demonstratur, nec racis capitibus, sicut Sacerdotes cultoresque Isis atque Serapis nos esse debere, nec rursus comam dimittere, quod proprie luxuriosorum est, barbarorumque et militantium,« cet.

Quae tamen omnia quam facile Theologi nostri dispellere adsequuti sunt. Ad primum itaque cum ipsis reponimus: in solam Concilii Tridentini doctrinam, quae Catholicae Ecclesiae Fides est, animum oculosque quis intendens, norit quid certo tenere debeat, quid auersari: neque enim Scholasticorum et Iuris Canonici Interpretum recens commentum est, sed ab ipsis Ecclesiae primordiis in vsu fuisse noscuntur. Quidam hi Ordinis fuerint Tridentinum docet, et petita e secundi, tertii, quarti, et quinti seculorum Patribus et Conciliis testimonia demonstrant, Ordines istos ex Apostolica Traditione perfectos. An vero augendis sit horum numerus, verique nominis Ordines haberi debeant prima Tonsura, Psalterii officium, ac Episcopatus, praeter Dogmatis substantiam est, quum Ecclesia suum hac de re iudicium interponere noluerit, eamque Scholarum disputationi reliquerit, de qua et diximus nonnihil, et dicitur postea.

Veritatem haec a Tridentino definitam, et irrefragabilibus momentis confirmatam, debuerat Caluinus, si potens erat, impetere;

(1) Lib. II. Hist. Eccl. cap. 23. (2) In cap. XLIV. Ezechielis.

non frivolas ineptasque ratiunculas insectari, quibus permoti quidam antiqui Scholastici Ecclesiasticorum Ordinum distinctionem et nomencluram, vel trinae coelesti Hierarchiae, vel nouem Angelorum Ordinum, vel vndecim ab Apostolo recensitis gratiarum generibus, vel septem Spiritus Sancti donis aptarunt; quos solidissime S. Thomas confutauit. (3)

Ad secundum dicimus: diu ante Scholam natam persuasionem hanc de impletis a Christo eiusmodi Ordinum officiis Latinorum Graecorumque animos occupasse. Id nempe a seculis ferme decem in Ecclesia Latina creditum fuisse communiter ex vetustissimis Pontificalibus libris habetur, quos Edmundus Martene vulgavit. (4)

Neque insulsa est argutia, qua in Acolythi nomen philosophatur, Ceroferarium adpellantes, non magico certe et genibus inaudito, sed vetustissimo vocabulo, quod a Carthaginensi 14. Concilio usurpatum est. Damus tamen Caluino minus latinum illud nomen esse, nec graecae vocis, quae *pedissequum*, aut *sequentem* sonat, potestati respondere. Quid tamen inde? Insuperum ne illud iecurrit? Etsi graece significationi non respondeat, a gestandis tamen ceris Acolythi dicti ab Isidoro Hispalensi (5) aptissime sunt Ceroferarii, quum Cornificius ipse Rhetoricorum ad Herennium Auctor doceat, nominationem esse, quae nos admonet, vt cui rei nomen aut non sit, aut non satis idoneam, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa, qua possit intelligi res, quae non suo vocabulo sit adpellata.

Tertium quod scurrilem Caluini dicacitatem prodit, compressit Synodus Tridentina inquiring: (6) »pristini moris restituendi desiderio flagrans Sancta Synodus decernit, vt in posterum huiusmodi ministeria non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exerceantur,« cet. Ex quibus Tridentini verbis ac sequentibus per totum illud caput poterat intelligere Caluinus, non ordinari etiamnum clericos, vt nihil agant; nec enim vitio verti Ecclesiae debet, si clerici bene multi sua negligunt ministeria, idque Episcoporum nonnulli dissimulant. Ceterum mentitur inuerecunde Caluinus, dum ait, nullum in Templis nostris Acolythum atque Ostiarium esse, qui munere suo fungatur; neque ad eum mendacii reuincendum alio quam oculis opus est.

Tom. IIII.

Xxx

Quid

(3) Quaest. xxxvii. Supp. art. 2. (4) De antiq. Eccl. ritib. tom. II.

(5) Lib. VII. Orig. cap. 12. (6) Sess. xxiii. cap. 17.

Quod vero totam Ecclesiam nostram anathemate plenam esse pronuntiat, quod cereos et vrcceos a pueris et prophanis attritari permittat, cer., maledicentissimi hominis furiosa temeritas est: vt enim egregie adnotat S. Thomas, Acolythus sua Ordinatione potestatem suscipit, vt ex officio id possit agere, quod etiam ab aliis fieri potest, sed non ex officio; Idemque est de omnibus minorum Ordinum actibus. Intoleranda denique eiusdem audacia est, dum ait, Exorcistas nostros non posse daemionibus persuadere se potestate eos pellendi praeditos esse; quum certum omnino sit, Augustino aliisque Parribus adstantibus, Ecclesiae exorcismis potestatem doemonis comprimi, ne Sacramentorum susceptioni atque hominum saluti impedimentum adponat.

Quartum vt soluamus, Salomoni parebitus nos commententi, ne respondeas stulto iuxta stultitiam eius; ne efficiaris illi similis, surdaque aure Caluini contumelias praeritibus. Ne tamen ille sapiens sibi esse videatur, maxima eius errata sic detegimus ac confutamus. Errat itaque primo profertens, insufflasse in Apostolos Christum, eosque Spiritus S. virtute donasse, quum illos ad praedicationem Euangelii mitteret: constat nempe ex cap. xx. Ioannis illud euenisse ipsa Resurrectionis die; nec vllum ibi de praedicando Euangelio verbum legitur. Quum ergo potestas haec Apostolis tunc collata, non cum ipsis expirauerit, sed ad Presbyteros et Episcopos deriuata, vsque ad seculi consummationem perduratura in Ecclesia sit, vt Caluinus vtro concedit; quid culpandum est in ea Latinae Ecclesiae forma, qua in Sacerdotum Ordinatione vitur? Pro his tamen, aliisque Caluini blasphemis aduersus Presbyteratum detegendis reuincendisque consulendus Nicolaus Augustinus Chignoli. (7)

Quintum argumentum, quod Diaconatus ceremonias oppugnat, haud obieisset Caluinus, si eorum meminissent, quae de manuum impositione scripserat: (8) scilicet, »Apostolos non alia ceremonia vros esse quum aliquem ministerio admoebant, quam manuum impositione,« cet.

Proh incredibilem veritatis vim, quae etiam a iurata sui hoste, vel inuito testimonium extorquet! Caluino ergo fatente, manuum impositio diuini iuris est, et Apostolici vsus, sancta et peruilis ceremonia.

Sextum vt soluamus opus non est testimonia coaceruare Clementis

(7) Vbi supra.

(8) Lib. iv. cap. 3. sect. vltima.

tis Romani in Epist. 1. ad Corinth. quae sapientioribus Criticis genuina est, Canonum, et Constitutionum Apostolicarum, Iustini Martyris, Conciliorum Eliberitani, Arelatensis 1. Ancirani, Magni Nicaeni, et Carthaginensis 1v., quibus vera et praecipua Diaconorum munia describuntur, et Caluini aberratio coarguitur, non aliud agnoscentis veterum Diaconorum officium, quam oeconomicum et ciuile in eleemosynarum largitione et pauperum cura situm. Magistro impio aequae ac indocto discipulum opponimus doctrissimum et celeberrimum Ioannem Personium Castriensem in Anglia Caluinianum Episcopum. (9) Sic enim loquitur de septem priorum Diaconorum electione loquens: »actus quidem, ad quem instituti sunt, nihil aliud est, quam ministrare mensis; officium tamen non fuit mere ciuile aut oeconomicum, sed sacrum etiam siue ecclesiasticum; mensae enim discipulorum tunc temporis communes et sacrae etiam fuere, hoc est, in communi conuiuio Eucharistiam celebrabant. »Clarum autem est, septem hos viros ad sacrum officium electos »ac ordinatos fuisse,« cet.

Septimum quod contra clericalem Tonsuram a Caluino productum est, non vno verbo solui exposcit. Primo igitur fatemur clericali Tonsurae ritum ex Nazareorum veteris legis imitatione a nonnullis Scriptoribus deriuari, praesertim a S. Isidoro Hispalensi Episcopo: (10) cui subscribere Alcuinus, Hugo a S. Victore, Magister Sententiarum, et Scholasticorum bene multi: ast peccauit Caluinus opinionem hanc, quam minus solide, nec satis grauitur (pace tantorum virorum dixerim) excogitam esse vtro concedimus, omnibus communionis nostrae Doctoribus adscribens. Omnium primus Gregorius Turonensis (11) clericali Tonsurae ritum ad Petrum Apostolorum Principem referens, non Nazareorum imitationem, sed humilitatis studium instituendi huius ritus causam ei fuisse tradit. Quam Gregorii sententiam amplexati sunt, qui post eum scripsere; adeo vt sexto et sequentibus seculis persuasum sic fuerit, ritum hunc a Petri exemplo manasse.

Quid vero si Caluino daremus, ritum hunc a Nazareorum Tonsione in Ecclesiam noui foederis descendisse? An non et de Baptismo ac de Coena id adserere fas est, quum inde quis, nisi ineptissime, arguat, eiusmodi Mysteria non nisi a iudaicis ceremoniis nata esse,

Xxx 2

vel

(9) In lectionib. in Act. Apost. pag. 57. (10) In lib. u. de Offic. Eccl. cap. 4. (11) In lib. de glor. Martyrum cap. 8.

vel potius merum esse Iudaismum? Dicendum ergo ex S. Thoma Magistri aliorumque mentem interpretante, praecessisse reapse clericalis coronae figuram aliquam in Nazareorum Tonsura, quemadmodum varia illa Iudaeorum Baptismata, quae Paulus memorat, Baptismi euangelici, et legalis Coena Eucharisticae umbra typusque fuerit: unde sicut duo haec nouae legis Sacramenta, nec Caluinus ipse purum putumque Iudaismum adserere audebit, ita nec de Tonsura id dicere, nisi per summam infuriam, potuit.

Octauo argumento quod contra huius ritus sanctitatem vetustatemque pugnat, non haeretici tantum, sed et Recentiores quidam Catholici vruntur, vt suadeant, aut nonnisi inuente vi. aut exeunte ad summum vi. seculo figendum esse Tonsurae et coronae clericalis initium. Alucinari autem nostros Recentiores ceteroquin doctissimos, et ab ipsa Apostolorum aetate ducendum esse huius ritus originem et institutionem, plane pleneque demonstrant petita ex ii. iii. et iv. seculis exempla, et Carthaginensis, et Toleranti Concilii Canones, necnon Gregorii Turonensis, aliorumque Patrum et Scriptorum luculentissima testimonia.

Quam insuper caduco labilique fundamento suam hanc opinionem superstruxerint Recentiores, abhorretere nimirum a Fide censes, frementibus tunc persecutionum procellis, detonso capite clericos incesisse, quoniam patenti illo omnibus signo manifestum christianae professionis indicium praebuissent, multis demonstrari posset euidenissime; sed breuitatis studio sat fuerit exempla recollere S. Benigoi Diuionensis Episcopi, coronae indicio deprehensi; S. Cypriani Prudentio teste detonsi, aliorumque.

Quid porro si teste Hegesippo Iacobus Apostolus comam numquam totondit? Responderi primo potest, graecis Eusebii verbis id vnum exprimi, Iacobi caput numquam fuisse nouacula abrasum: quare id vnum inde fluir, Iacobum non fuisse rasum Occidentalium ritus: quin tamen inferri possit, illum Orientalium ritum non fuisse attonsum. Sed et responderi aptius potest: clericalis Tonsurae ritum, quum disciplinae caput sit tantum, perperam Apostolicam originem non habere ex eo argui, quod non omnes illum Apostoli vsurpasse legantur. Numquam ergo attonsus est Iacobus: esto: at attonsus Petrus fertur, et in coronae modum rasus, quod satis est constabellendae Apostolicae clericalis Tonsurae origini.

Ad Optati Mileuitani locum quod attinet, desiderandum foret
il.

Illud integrum producere caput quod designatum est: ex eo enim exploratissimum cuique fieret, quam inscite illo aduersarii vtantur. Sed prolixum nimis quum sit, perbreuem damus D. Du-Pin adnotationem, (12) in memorata verba adnauertentis; rasisse Donatistas Sacerdotum capita, quasi ad auferendam vnctionem Sacerdotalem, quam Scripturae testimoniis Optatus probari aufert non posse. Habeat vero clericalis Tonsura commune quid cum sacrilego illo Donatistarum facto?

Imperite tandem aduersus clericalem Tonsuram Hieronymi verba torquentur: eo enim loci Hieronymus ad Occidentalium Tonsuram attendens docet, iuxta vigentem in Oriente morem, vbi degebat, neque nouacula radendos clericos, neque ita ad pressum tendendos, vt caluis rasisque similes videantur, sed capillorum satis relinqui, ne capitis cutis adpareat, quo plane modo Fratres, quos laicos dicimus, in monasteriis tondentur.

CAPVT XXIII.

Episcopatus essentiam atque Episcoporum dignitatem considerat.

Episcopatus est nouae legis Sacramentum a Sacerdotio realiter distinctum.

Atque Episcopi diuino iure Presbyteris ordine, dignitate, et iurisdictione praestant.

Demonstratur prior propositio iisdem Scripturae locis quibus supra probatum est Ordinem esse Sacramentum: praecipue enim id euincere studuimus verbis Paulli in 1. ad Timoth. cap. 1. unde constat, ordinatum Timotheum fuisse cum impositione manuum Presbyterii, ac tali Ordinatione superna gratia exornatum: atqui Paulus loquitur de ordinatione Timothei in Episcopum, vt inquit Patres: ergo vel Episcopatus Ordo est, vel quod nefas est adfirmare, Ordo non est Sacramentum.

Deinde: Concilium Tridentinum haec habet: (1) »quum Scripturae testimonio, Apostolica Traditione, et Patrum vnanimi con-

»SEN

(12) In Optati locum. (1) Sess. xxiii. cap. 3.

»sensu perspicuum sit per Sacram Ordinationem, quae verbis et sig-
 »nis exterioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo debet
 »Ordinem esse vere et proprie vnum ex septem Sanctae Ecclesiae
 »Sacramentis: inquit enim Apostolus, admonco te vt resuscites gra-
 »tiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum, « cer.
 Et proximo capite docet: »Sacra Ordinatione Episcoporum, Sacer-
 »dotum, et ceterorum Ordinum, « constitui Ecclesiasticam Hiera-
 »chiam, quam diuina Ordinatione institutam definit Canone vi. eius-
 dem Sessionis: ergo.

Praeterea: persuasum Patribus semper fuit per Episcopalem con-
 »secrationem dari Spiritum Sanctum. Horum testimonia collegit Es-
 »tius: sed et collegit historica exempla, quorum vnum est sancti
 »Viri, cui nomen Moses, qui numquam induci potuit, vt a Lucio
 »Ariano Episcopo in Episcopum consecraretur, quod certus esset Spi-
 »ritum Sanctum ad illius inuocationem numquam descensurum. Nar-
 »ratur hoc factum a Theodoro. (2)

Postremo: Episcopalis characteris haud obscurum est argumen-
 »tum, quod valeant Ordinationes illorum Episcoporum, qui ab Eccle-
 »sia separantur aut schismate, aut haeresi, sicut Augustinus docet,
 »(3) et nos infra ex instituto demonstrabimus: habent ergo Episcopi
 »vi consecrationis suae potestatem aliquam indelebilem, quam ne-
 »que ob haeresis crimen amittunt: at haec potestas indelebilis nihil
 »est aliud, quam character aut characteris effectus: ergo. Accedit vulga-
 »ris ea ratio, quod Episcopatus semel rite collatus numquam noua
 »consecratione iteratur: igitur omnia ad Sacramenti Ordinis dignitatem
 »necessaria in Episcopatu adinueniuntur, nempe nomen, institutio,
 »materia, forma, gratia, character.

Hinc sequitur legitima consequentia quod sit Sacramentum a
 »Presbyteratu distinctum; quum peculiari ritu, distincta consecratio-
 »ne, diuersa ceremonia, propriisque materia et forma perficiatur,
 »conferatque vltimus potestatem ordinandi, Chrisma conficiendi, et
 »consignandi; quam vi Ordinis non habet Presbyter.

Posteriorem propositionem demonstrant Scripturae. Primo siqui-
 »dem ex Sacris Litteris eruitur, etiam in euangelica lege admitti de-
 »bere Ecclesiasticam Hierarchiam recto ordine constitutam, ad quam
 »non omnes promiscue fideles pertineant, sed qui in sortem Domini
 »ad-

(2) Lib. iv. Hist. cap. 5.

(3) Lib. ii. cont. Epist. Parm. cap.
13. aliisque in locis.

adsciti sunt, et a Deo vocantur *tantum Aaron*, vt verbis loquitur
 »Pauli ad Hebraeos cap. v.: atqui hae Hierarchia postulat, vt Epis-
 »copus Presbyteris et Clericis praesit, quemadmodum Aaron praecerat
 »filiis suis ac Leuitis: igitur in euangelica lege statui debet Episcopi
 »supra Presbyteros auctoritas.

Secundo: Apostolus in 1. ad Timoth. cap. 3. exigit inter Epis-
 »coporum conditiones, vt sit *Doctor*; atque ad Titum cap. 1. *vt po-
 »tens sit exortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere:*
 »at haec dicta ab Apostolo sunt de Episcopis vt a Presbyteris distan-
 »gantur; nam dicta sunt de his, qui per ciuitates singulas aliorum
 »praesides ac Magistri constitui debent; de his etiam Senioribus, vt
 »ipse Paulus cap. v. dicit, *qui laborant in verbo et doctrina*, quos ab
 »aliis Presbyteris seungit; illosque duplici honore dignos esse pronun-
 »tiat: ergo. Alia plurima argumenta Scripturae dignis instruant.

Traditio quoque eandem demonstrant adsertionem. Illud ergo in
 »primis decretorium est, quod ex Ignatio Martyre deprimatur: (4)
 »scilicet, cuncta omni studio, animorumque concordia agenda esse,
 »»praesidente ceteris Episcopo Dei locum tenente. « Et post pauca:
 »»necessum est quemadmodum facitis, vt sine Episcopo nihil agatis: «
 »at his in locis expressa certe ab Ignatio est Episcoporum praeminen-
 »tia, iurisdictio, auctoritas: ergo.

Origines praeterea, quem tantum fuisse Presbyterum omnes no-
 »runt, ait: (5) »plus a se exigi quam a Diaconis, ab his vero plus
 »»quam a laicis, plus rursus ab iis, quibus super Diaconos, et super
 »»Presbyteros commissum est regimen ac principatus Ecclesiasticus. «
 »Tertullianus grauissime scribit: (6) de Sacramento Baptismi loquens:
 »»dandi quidem ius habet Summus Sacerdos, dehinc Presbyteri et Dia-
 »»coni, non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiae hono-
 »»rem, quo saluo salua pax est. « Habent similia Cyprianus, (7) Augus-
 »»tinus, (8) Chrysostomus, (9) Hieronymus, (10) ceteri.

Et ecclesiasticis definitionibus veritas haec comprobatur: nam
 »Canone 1. ex his qui Apostolici vocantur, decernitur vt Presbyter
 »ab vno tantum Episcopo ordinetur, Episcopus autem a duobus vel
 »tribus aliis; quod ab initio Ecclesiae institutum producit Canon 11.

Con-

(4) In Epist. ad Magnetianos.

(8) De Haeres. num. 101.

(5) Hon. il. 11. in Hier.

(9) In Orat. contra Iudaeos.

(6) In lib. de Bapt. cap. 17.

(10) In Epist. ad Titum cap. 1.

(7) Epist. 21.

Concilii i. Arelatensis, iv. Concilii Nicaeni i. et xxi. Arausicani i. Rur-
sus: Canon xii. Apostolicus interdicit Presbyteris et Diaconis, ne
audeant in Paroeciam aliam migrare absque proprii Episcopi per-
missione. Postremo: Synodus Tridentina definit, (11) Hierarchiam
Ecclesiasticam diuina ordinatione institutam fuisse, et constare ex
Episcopis, Presbyteris, et Ministris; et etiam, (12) Episcopos Pres-
byteris superiores esse.

Accedit multiplex theologica ratio. Prima esto: admittendam esse
Ecclesiasticam Hierarchiam diuina ordinatione constitutam tra-
dunt Patres, definiunt Concilia, et suadet ipsa ratio: at forent in
ea permixta omnia et confusa, nisi vnus ceteris praeficeretur, nec
esset Ordo Antistitum, quibus Presbyteri, Diaconi, alique clerici
et laici subicerentur: ergo reapse Episcopo tanquam superiori sub-
iiciuntur.

Secunda ratio est: habet Episcopus supra Presbyterum ordinis
potestatem: ad illum enim spectat ad Sacros Ordines promouere, Sa-
cramentum Confirmationis conferre, aliaque munia exercere, quae
praestare Presbyteri nequeunt, saltem auctoritate ordinaria: at haec
habet Episcopus ex diuina institutione: ergo iure diuino, cet.

Mittimus argumenta alia, eaque inuictissima, ex successione Ep-
iscoporum, ex eorumdemque titulis honestissimis petita, quoniam
breuitate ea perscqui vetatur. Consulatur Bertius. (13)

SCHOLIION.

Haud praetermittendum erat haec in re inuictum illud argumen-
tum, quod versat Guillelmus Beueregius, Caluini discipulus: (14)
quodque suis verbis damus: scribit itaque: »vetustissima quae Ec-
clesiae monumenta fide sincera consule, et dic nobis, quo terra-
rum loco Ecclesia vnquam sine Episcopo Presbyteris imperante ac
»praesidente ante delirum hoc nostrum et praecedens seculum cons-
»tituta fuit? Quumque nihil certius ac apertius sit, quam proxima
»post Apostolos aetate Episcopos ecclesiasticam hanc exercuisse
»potestatem: cuiusnam obsecro, eam acceptam retulerunt? Quisnam
»eos Ecclesiae quibusque primus praeposuit? A quo Concilio supra
»Presbyteros constituti sunt? Hancine ipsi sibi auctoritatem arro-
»gantur arripuerunt? Quis sanae mentis tot Apostolicos Viros, ple-
»ros.

(11) Sess. xxiii. Can. 6.

(12) Can. 7.

(13) Lib. xxxvi. cap. ii.

(14) In iudicio Can. Eccles.

»nosque Martyris corona redimitos, tanti facinoris arguere et con-
»demnare audeat? Quis fidissimos illos, piissimosque Patres primam
»Ecclesiae disciplinam a Christo et Apostolis institutam immutare,
»seque contra ac edocti fuerant, supra fratres spos efferre ausos fuis-
»se opinetur? Omnem id sane fidem excedit: ipsi autem Presby-
»terianae paritatis propugnatores rei veritate subacti multoties con-
»fessi sunt, secundo ineunte seculo Episcopos ecclesiasticae supra
»Presbyteros auctoritatis fuisse compotes; eosdem tamen pie sancte-
»que Christum coluisse, nemo inficias eat. Quomodo vero haec si-
»bi constant, vt primitiui illi Antistites veram erga Christum pie-
»tatem colerent, et tamen sprete disciplinae formula a Christo po-
»sita, aliam prorsus instituerent, qua ipsi aliquam in Ecclesia po-
»testatem sibi arrogarent, quam Christus iis denegauerat? Necesses
»est ergo alterutrum confiteri: vel episcopalem auctoritatem hanc
»ab ipso Christo et Apostolis illis fuisse conceditam, vel eos see-
»lestissimos fuisse hypocritas, qui Christi fidem professi, leges ab
»eo conditas tam proiecta audacia violarunt, quod quum nefas sit
»de iis vel animo cogitare, eos profiteamur oportet, omnem quam
»supra Presbyteros tenuerunt, eminentiam ac auctoritatem ipsi
»Christi Apostolis acceptam retulisse. Leguntur haec Beueregij
»verba, alia etiam quae ad rem istam faciunt apud Nicolaum Au-
»gustinum Chignoli, Ordinis Praedicatorum. (15)

CAPVT XXIV.

*Aerianus error proditur, eiusque momenta enervantur. Soluuntur
etiam Scholasticorum argumenta, quibus prior propositio
opugnatur.*

Episcopalem dignitatem ab ipsa Apostolorum aetate Christianis om-
nibus summopere venerabilem primus atterere conatus est ad iv. se-
culi exitum Aerius haereticus, cuius hoc fuit Dogma inter cetera,
vt loquitur Epiphanius, (1) »supra hominis captum furiosum et im-
»mane: in primis enim, »quam, inquit, in re Presbytero Episco-
»pus antecellit? Nullum inter vtrumque discrimen est: est enim
»amborum vnus Ordo, par et idem honor et dignitas; manus im-
»Tom. IIII. Yyy »po-

(15) Tract. de Sacram. Ord. art. (1) Haer. lxxv.
in. §. 5.

imponit Episcopus, imponit et Presbyter, et cetera. Exitialem hunc Aerii errorem, quo vniuersa Ecclesiastica Hierarchia pessumdat, seculo xv. a Ioanne Wicleffo recoctum adoptauit vulgarique Caluinus, (2) contendens, Episcopos, Presbyteros, Pastores, et Ministros in Apostolorum scriptis vnum idemque esse; quem audissimè exceperunt retinentque rigidiores illius discipuli, Presbyteriani hac de causa dicti.

Momenta tamen, quibus error ille communitur, priusquam proferamus atque enervemus, Scholasticorum argumenta aduersus primam propositionem dissoluere oportet.

Arguunt itaque Scholastici primo: Episcopatus non refertur ad Eucharistiae confectionem aut distributionem: non ergo Ordo est, proindeque nec Sacramentum; quum ex officio ecclesiasticis illud tantum sit Ordo, qui ad Eucharistiam refertur.

Secundo: tempora Ordinationum sunt Sabbata quatuor Temporum, Sabbatum ante Dominicam Passionis, et Sabbatum Sanctum, ut ait Pontificale Romanum: (3) Episcopatus autem conferri potest singulis diebus Dominicis, et in Natalitijs Apostolorum; ergo.

Tertio: si propter ampliorem dignitatem Episcopatus sit a Presbyteratu distinctus, etiam Patriarchatus et Archiepiscopatus Ordines erunt et Sacramenta ab Episcopatu diuersa: ergo.

Quarto: in Episcopi consecratione nec specialis gratia sacramentalis, nec distinctus character confertur: non ergo est, cetera.

Quinto: Augustinus alique Patres adfirmant, Sacerdotium esse gradum praestantiorum, ad quem possit mortalium aliquis eleuari: non est ergo gradus aliquis illo sublimior.

Sexto: talis est Sacrorum Ordinum natura, ut vnus sine alio inferiori collatus characterem imprimat, nec sit iterandus, ut constat de Presbytero et Diacono per saltum ordinatis: (4) atqui aliud de Episcopatu dicendum est: quum constet neminem in Episcopum promoueri posse, non suscepto Presbyteratu: (5) ergo.

Septimo: si Episcopatus adseritur Ordo ac Sacramentum, iam Ordines septenarium numerum excedunt: at septem esse Concilia definiere, ac constans Ecclesiae vsus disciplinaque testantur: ergo.

Octo,

(2) Lib. rv. Instit. capp. 3. et 4.

(3) Titulo de Ord. confer.

(5) In cap. Ex litteris, eodem li.

(4) In cap. Tuas litteras, libr. v. bro, tit. 31.
Decret. tit. 29.

Octauo: S. Thomas aperte negat, Episcopatum Ordinem ac Sacramentum esse a Presbyteratu distinctum: (6) ergo.

Sed facilis est horum omnium solutio. Primo enim sub hac distinctione soluitur: non refertur ad Eucharistiae confectionem aut distributionem; nempe non confert potestatem Eucharistiam conficiendi; esto: non confert potestatem Sacra Ordinatione illos consecrandi, qui conficiant eandem Eucharistiam; nego. Equidem probamus eorum Theologorum calculum, qui dicunt, distingui Ordines per respectum ad Eucharistiam, si de illis loquantur Ordinibus, qui Eucharistiae perficiendae, aut consecrando, aut praeparando ad consecrationem deserunt, ut loquitur Syluius: referri tamen addimus ad eandem Eucharistiam etiam potestatem illam, quae Sacerdotes inaugurat ac consecrat.

Ad secundum dicendum: Canones non loqui de omnibus Ordinibus; quum saltem minores Ordines extra Sabbata quatuor Temporum conferantur; sed loqui tantum de Subdiaconatu, Diaconatu, et Sacerdotio. Erga Episcopatum autem statutum lege positum, et aequissima, tenemus, ut non nisi diebus Dominicis, et in Natalitijs Apostolorum conferretur, propterea quod Ordo omnium praestantissimus, et in quo inaugurati succedunt Apostolis, vel in praecipuo die, qui Dominicus est, vel in Apostolorum solemnissimis videbatur conferendus.

Tertium verbo solutum erit: falsissimam scilicet esse illius consequutionem dicimus; quoniam in varijs Episcoporum gradibus, distincta quidem iurisdictionis amplitudo, at non diuersa Ordinis potestas reperitur.

Et quartum quoque sic breuiter soluitur: negando nempe antecedens; nam gratia, quae impositione manuum confertur signoque sensibili, debet esse effectus alicuius Sacramenti, et potestas indelebilis signaculi et characteris; ideoque Episcopatus ea gratia et potestate insignitus, habet Ordinis et Sacramenti peculiarem et propriam rationem.

Ad quintum respondetur: accipienda esse Patrum testimonia de Sacerdotio, quatenus duos diuersos Ordines complectitur; alias nulla foret Episcopi supra Presbyteros dignitas ac praestantia; veraque esset adsertio Aerii aliorumque Haeticorum, qui Episcopos et Presbyteros pares fecere.

Yyy 2

Sex-

(6) In Supp. III. P. qu. xl. art. 5.

Sexto reponimus: ideo non posse aliquem in Episcopum ordinari, nisi Presbyteratu sic Initiatus, quoniam potestas Episcopi ad consecrandum, consignandum, et Ordines conferendos data, quum eximia sit et praestantissima, solis Sacerdotibus ex diuina institutione communicatur.

Ad septimum responderetur: Episcopatum et Presbyteratum sub vno Sacerdotii Ordine contineri, siue Sacerdotium in duos Ordines disceset; in vnum quidem, quo traditur potestas Eucharistiam offerendi, et in alium excellentiorem, quo vterius confertur auctoritas illos ordinandi et consecrandi, qui Eucharistiam conficiant et immolant.

Octauum falsum, prorsus est: non enim negat aperte S. Thomas Episcopatum Ordinem esse ac Sacramentum; sed id negat tantum, esse eiusmodi relate ad Eucharistiam: nam ad hanc non plus Episcopatus confert quam Presbyteratus. Et quidem Episcopatum verum Sacramentum esse aperte docet Paulli Epistolae exponens: nempe scribit: (7) » et haec impositio (manus scilicet Presbyteri, qua Timotheus ordinatus fuerat Episcopus) » significat collationem gratiae. « Et insuper: (8) » a quo scilicet ordinatus erat Episcopus: in qua manus impositione data est ei gratia Spiritus Sancti. «

His vero solatis Haereticorum argumenta producere et discutere oportet. Opponunt itaque primo aduersus secundam adsertionem: Apostolus in 1. ad Timoth. cap. 3, postquam de Episcopis verba facit, transit ad Diaconos, omissa Presbyterorum mentione: scribit siquidem: oportet Episcopum irreprehensibilem esse, cet. . . Diaconos similiter pudicos, non bilingues, cet.: censet igitur Apostolus Episcopos idem esse cum Presbyteris; proindeque eos illis non esse superiores.

Secundo: aperta, inquit, noui Testamenti loca demonstrant, in priori Ecclesiae institutione atque oeconomia eosdem omnino fuisse Episcopos ac Presbyteros: legimus enim in cap. xiv. Act. Apostolos constituisse per singulas ciuitates Presbyteros; et cap. xv. conuentus Apostolorum Seniorumque, seu, vt graece legimus, Presbyterorum. In priori deinde Paulli Epist. ad Timoth. cap. iv, vniuersus ministrorum sacramentorum coetus dicitur Presbyterium; et cap. v. Presbyteri adpellantur, qui praesunt: atqui Sacerdotes in ciuitatibus constituti, ab Apostolis in Concilium communeque admitti-

(7) In lect. iii. in 1. Ep. ad Tim. cap. 4. (8) Lect. iii. in 1. ad Tim. cap. 1.

ministrationem vocati receptique, vt et qui ceteris praeficiebantur, pauculadubio Episcopi erant.

Tertio: Clemens Romanus scribit: (9) Apostolos per regiones verbum Dei annuntiantes, constituisse viros probatae virtutis » in Episcopos, et Diaconos eorum, qui credituri erant: » ergo Presbyteri distincti ab Episcopis nulli erant. Hinc Papias in fragmentis, (10) Presbyterum adpellat S. Marcum Episcopum Alexandrinum; et Zoticus Praesul Comanensis, (11) Compresbyter ab Anonymo et per antiquo Auctore adpellatur.

Quarto: Chrysostomus in Epistolam ad Philippenses scribens, (12) exponensque verba illa Paulli, cum Episcopis et Diaconibus, inquit: Presbyteros ita adpellauit. Et priorem ad Timoth. Epist. interpretans, (13) quaerensque, cur Paullus nominatis Episcopis, omissa Presbyteratus Ordine, ad Diaconos transierit, ait: » quia scilicet inter Episcopum et Presbyterum interest fere nihil: quippe et Presbyteris Ecclesiae cura promissa est, et quae de Episcopis dixit, » etiam Presbyteris congrunt. «

Quinto: quodlibet sit Episcopos inter et Presbyteros discrimen, isrud non nisi temporis progressu inductum fuisse prudenti Ecclesiae oeconomia atque institutione, apertissime Hieronymus testatur: nam primo, ad Euangelium scribens, (14) ac Diaconum redarguens se Presbyteris aequantem, ait: » quum Apostolus perspicue doceat eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos; quibus paratur, mensarum » et viduarum minister, vt supra eos se timidus efferat, ad quorum » preces Christi corpus sanguisque conficitur? « Deinde: productis Apostoli testimoniis ex Epistolis Paulli ad Philip. cap. 1., ad Titum cap. 1., ad Timoth. 1. cap. 14., Petri 1. cap. vltimo, atque Act. Apost. cap. xx. inquit: » quod autem postea vnus electus est qui ceteris praeponebatur, in schismatis remedium factum est; ne vnusquisque ad se » trahens Christi Ecclesiam rumperet. « Alia insuper his similia scribit: igitur ex Hieronymi sententia Episcoporum praeceminentia, dignitas, atque iurisdicctio, non iuris diuini, sed ecclesiastici est.

Sexto: Presbyteri Eucharistiam conficiunt, et baptizant; quin et Ordines conferunt; Sacris insuper Conciliis interfuerunt saepe: vnus

(9) In Epist. ad Corinth.

(12) Hom. 7.

(10) Apud Euseb. lib. iii. Histor.

(13) Hom. xi.

Ecl. cap. 39.

(14) Epist. c.

(11) Ibid. lib. v. cap. 16.

ergo Episcoporum ac Presbyterorum honor est, vna dignitas.

Sed responderetur ad singula. Ad primum quidem ex Epiphania dicente, extitisse in aliquibus locis Episcopos cum Diaconis, sed sine Presbyteris; in aliis vero extitisse cum Diaconis Presbyteros sine Episcopis: vnde nihil mirandum, quod Apostolus vbi Episcoporum fecit mentionem, de Presbyteris omnino siluerit. Tradit hanc responsionem S. Doctor, vbi cum Aetio disputans, hoc ipsum argumentum proposuerat. Aliam responsionem ex Chrysostomo desumptam inferius dabimus, vbi de eius mente intercedet quaestio.

Ad secundum soluendum dicimus: Episcopi et Presbyteri nomina fuisse in Ecclesiae exordio communia; munera vero, gradum, ordinem, et auctoritatem diuersa: quam sane sententiam apertius a Patribus traditam ostendent, quae inferius dicentur. Itaque haec posita, in Scripturis Apostoli, Episcopi, Presbyteri, et Diaconi, nunc communi, nunc peculiari acceptione descripti inueniuntur: hinc sub hac forma respondendum argumento: noui Testamenti loca demonstrant manifesto, olim idem omnino fuisse Episcopos ac Presbyteros, quantum ad ampliorem verborum significationem, concedo: quantum ad officium, gradum, ordinem, et dignitatem, nego.

Ad tertium soluendum sat superque foret dicere, interpolatam illam Clementis Epistolam esse ac dubiae insuper fidei, pluribus saltem in locis. Sed tamen addimus, ex dictis supra et hoc etiam argumentum eltdi; siue reponamus vocabula Episcopi et Presbyteri fuisse aliquando communia; siue adfirmemus initio praedicationis euangelicae constituendos fuisse Episcopos, qui Apostolis abeuntibus plebem regerent, eisquē deputandos inseruientes ministros. Verum agnouisse Clementem ex eadem Epistola constat discrimen Episcopos inter et Presbyteros: nempe mandat in ea, vt reuerentiam exhibeamus Ecclesiarum Praesulibus, et honorem Presbyteris; atque dilucide summos Sacerdotes, Presbyteros, Diaconos, et laicos secernit. Priori responsione soluuntur, quae de Marco et Zoticō nuncupatis Presbyteris fuerē adducta.

Quarto reponimus: Chrysostomum hoc tantum velle, quod etiam Episcopi interdum Presbyterorum nomine designentur, atque Presbyteris quoque committuntur animarum cura, et munus baptizandi, conficiendi, ac ministrandi Eucharistiam, necnon a peccatis absoluedi; non tamen independenter ab Episcoporum iurisdictione et auctoritate. Constat hanc esse Chrysostomi mentem ex aliis ipsius locis,

cis, in quibus apertissime tradit Episcoporum a Presbyteris discrimen: sed et ex his locis, quae obliuiscuntur, constat: etenim in priori haec superaddit: «quid hoc? vniuersis vrbis multi erant Episcopi? Nequaquam. Sed Presbyteros ita adpellauit; tunc enim adhuc communitabant nominibus, et Episcopus Diaconus dicebatur.» Sunt huius generis quae leguntur in secundo loco.

In quinto soluendo mirum quantum Theologi nostri insudarint vt obscura certe Hieronymi loca in bonum, quem scilicet parliuntur habentque, sensum traherent. Sunt ergo qui implexum adeo nodum inextricabilemque rati, non expedire illum adgressi sunt, sed confidentissime discederunt, reponentes recitatos Hieronymi textus spurios esse, atque ab Haereticis adsutos. Quo tamen fundamento suam hanc coniecturam fulcient? Sensisse Hieronymum quidem, humano solum, non diuino instituto, Episcopos inter et Presbyteros induerum fuisse discrimen; quin tamen eo nomine in culpam vocari possit, notarique haereseos, quod haec veritas tunc non esset solemnī Ecclesiae declaratione ad liquidum deducta, opinantur Durandus, Dominicus Soto, Vasquesius; qui sane satis hoc responso Hieronymi faemae non consulunt. Guillelmus autem Estius arbitratus est, Doctorem Maximum potestatem iurisdictionis et potestatem ordinis seiuaxisse, hancque diuini iuris esse, illam ecclesiasticae tantum institutionis existimasse. Sed huius potestatis geminae distinctio multo Hieronymi aetate recentior est, quam primi in lucem ediderunt seculo xii. Scholae Magistri; eaque fuit de hoc capite, an scilicet vtraque potestas ista diuini iuris sit, inter Tridentinos Patres ac Theologos concertatio, vt Concilium satius duxerit a quaestione hac definienda abstinere.

Quid igitur? Eratne difficultati succumbendum atque manus aduersariis dandae? Quae summi viri Patavius, Morinus, et Natalis Alexander fuisse tradiderunt, contrahentes, satis difficultati rarios nos speramus. Quamquam magis nobis probetur Epiphaniae sententia adstruentis, nullam nominum confusionem in scriptis Apostolicis esse, nec promiscue Episcopos pro Presbyteris, hosque pro illis poni; sinimus tamen Hieronymum in suo sensu abundare, permitimusque ei hanc nominum communionem. Itaque vnus idemque in Ecclesiae primordis fuit Episcopus, qui et Presbyter, quod saepe ait Hieronymus; nominis tamen societate, non vero dignitatis, atque ordinis aequalitate.

De sola hac nominum communione se loquit Hieronymus ipse apertissime indicat subdens: «quia eosdem Episcopos illo tempore, quos et Presbyteros adpellabat, propterea indifferenter de Episcopis quasi de Presbyteris Apostolus est loquutus. « Adpellatione itaque eosdem tunc temporis Episcopos fuisse, quos et Presbyteros, scribit Hieronymus, non vero re et gradu.

Postremum argumentum vno verbo ex dictis expungitur: itaque Presbyteri faciunt Eucharistiam, et baptizant, iussione tamen et nutu Episcopi, qui potest illos degradare et suspendere: qui ex Presbyteris Ordines contulisse noscatur, fecit profecto extraordinaria potestate: pariter si Presbyterorum aliqui Conciliis interfuere, non tulerunt sane suffragia, neque decretis Synodorum subscribere, nisi forte Episcoporum vicem gererent: interfuerunt ergo, ut Fidem adstruerent, testimonia exhiberent, disputationes inirent: Episcopi vero propria auctoritate iureque suo videntes ea omnia praestare, omnibus notum perspectumque est.

APPENDIX.

Hic vero et de Chorepiscoporum nomine, origine, officiis atque dignitate, non nihil addendum venit. Nuncupatos Chorepiscopos, quasi Episcopos ruris, et ipsa graecae dictionis etymologia suadet, et ex communi Iuris Pontificii peritorum intelligentia habetur. Institutum Chorepiscopatum ab Ecclesia, nec tamen ipsa Apostolorum aetate, facile intelligitur: nullum enim Chorepiscoporum vestigium extat in monumentis ecclesiasticis trium priorum seculorum: Chorepiscoporum nempe, nec Canones Apostolici, nec Constitutiones Clementis, nec Martyris Ignatii Epistolae, nec Concilium Eliberitanum meminere. Altum pariter de illis silentium est apud Cornelium Papam, licet in Epistola ad Fabium Antiochenum Ordines Romae suo tempore receptos enumeret.

Itaque incepisse Chorepiscopatum in Oriente in labente seculo, in Occidente vero v. ineunte, verosimilius adparet. Quod enim ad Graecos attinet, prima Chorepiscopatus mentio fit in Conciliis Ancirano et Neocaesariensi, quae seculo iv. ineunte celebrata sunt: quod ad Latinos vero spectat, nulla mentio facta inter eos est Chorepiscopatus ante Regiense Concilium anno 436. celebratum. Praepositi autem ex tunc Chorepiscopi fuere ruralium Presbyterorum regimini, ut nunc sunt, quos Decanos rurales et Archidiaconos dicimus. Ordines insuper minores, et Subdiaconatum, tanquam Epis-

CO.

copi delegati conferebant. Aderant quoque Conciliis, in eisque suam dicebant sententiam; forsitan ex peculiari Episcoporum, quibus suberant, delegatione, licet id Canones non definiant. Poterant et in Cathedrali Ecclesia sacrificium offerre etiam praesente Episcopo ac vrbis Presbyteris; quod ruralibus Presbyteris interdictum erat, ubi adessent Episcopus aut Presbyteri vrbici. Leguntur haec Chorepiscoporum munia seu officia in Capitulari Caroli Magni; (15) Synodo Ancyrana, (16) et Concilio Neocaesariensi.

Eosdem denique Chorepiscopos, quorum meminere Canones, non fuisse veros Episcopos, sed Presbyteros simplices, qui in villis et pagis Episcoporum vices gererent, plura ac validissima commonstrant momenta. Scilicet Romani Pontifices, praesertim Leo Magnus, (17) ad Episcopos Germaniae et Galliae scribens, prohibet, ne Chorepiscopi Chrisma conficiant, et ipso Chrysmate baptizatorum frontes signent, eo quod non habeant Pontificatus apicem: in Canone quoque xli. Ancyrano prohibentur Chorepiscopi ordinare Presbyteros et Diaconos. Quod si quis tamen contenderit, quandoque Chorepiscopos per accidens, ut loqui solent, Episcopali praeditos consecratione fuisse, non maximopere repugnabimus.

CAPVT XXV.

Ministrum, subiectum, atque effectus Sacrae Ordinationis determinat.

Solus Episcopus est ordinarius Sacrae Ordinationis Minister.

Neque potest ab Ecclesia delegari non Episcopis Diaconatus et Presbyteratus collatio.

Valet tamen Ordinatio ab Episcopo Haeretico, Schismatico, etc., debite peracta: vnde irritae nullaeque sunt Anglicanae Ordinationes.

Subiectum autem Sacrae Ordinationis vir baptizatus est: nullo pacto mulier.

Primam propositionem docent Scripturae, nulli alio quam Episcopo

Tom. IIII.

Zzz.

Sa-

(15) Num. xcix. (16) Can. xv. (17) Epist. lxxxvii.

De sola hac nominum communione se loquit Hieronymus ipse apertissime indicat subdens: «quia eosdem Episcopos illo tempore, quos et Presbyteros adpellabat, propterea indifferenter de Episcopis quasi de Presbyteris Apostolus est loquutus. « Adpellatione itaque eosdem tunc temporis Episcopos fuisse, quos et Presbyteros, scribit Hieronymus, non vero re et gradu.

Postremum argumentum vno verbo ex dictis expungitur: itaque Presbyteri faciunt Eucharistiam, et baptizant, iussione tamen et nutu Episcopi, qui potest illos degradare et suspendere: qui ex Presbyteris Ordines contulisse noscatur, fecit profecto extraordinaria potestate: pariter si Presbyterorum aliqui Conciliis interfuere, non tulerunt sane suffragia, neque decretis Synodorum subscribere, nisi forte Episcoporum vicem gererent: interfuerunt ergo, vt Fidem adstruerent, testimonia exhiberent, disputationes inirent: Episcopi vero propria auctoritate iureque suo vtentes ea omnia praestare, omnibus notum perspectumque est.

APPENDIX.

Hic vero et de Chorepiscoporum nomine, origine, officiis atque dignitate, non nihil addendum venit. Nuncupatos Chorepiscopos, quasi Episcopos ruris, et ipsa graecae dictionis etymologia suadet, et ex communi Iuris Pontificii peritorum intelligentia habetur. Institutum Chorepiscopatum ab Ecclesia, nec tamen ipsa Apostolorum aetate, facile intelligitur: nullum enim Chorepiscoporum vestigium extat in monumentis ecclesiasticis trium priorum seculorum: Chorepiscoporum nempe, nec Canones Apostolici, nec Constitutiones Clementis, nec Martyris Ignatii Epistolae, nec Concilium Eliberitanum meminere. Altum pariter de illis silentium est apud Cornelium Papam, licet in Epistola ad Fabium Antiochenum Ordines Romae suo tempore receptos enumeret.

Itaque incepisse Chorepiscopatum in Oriente in labente seculo, in Occidente vero v. ineunte, verosimilius adparet. Quod enim ad Graecos attinet, prima Chorepiscopatus mentio fit in Conciliis Ancirano et Neocaesariensi, quae seculo iv. ineunte celebrata sunt: quod ad Latinos vero spectat, nulla mentio facta inter eos est Chorepiscopatus ante Regiense Concilium anno 436. celebratum. Praepositi autem ex tunc Chorepiscopi fuere ruralium Presbyterorum regimini, vt nunc sunt, quos Decanos rurales et Archidiaconos dicimus. Ordines insuper minores, et Subdiaconatum, tanquam Epis-

CO.

copi delegati conferebant. Aderant quoque Conciliis, in eisque suam dicebant sententiam; forsitan ex peculiari Episcoporum, quibus suberant, delegatione, licet id Canones non definiant. Poterant et in Cathedrali Ecclesia sacrificium offerre etiam praesente Episcopo ac vrbis Presbyteris; quod ruralibus Presbyteris interdictum erat, vbi adessent Episcopus aut Presbyteri vrbici. Leguntur haec Chorepiscoporum munia seu officia in Capitulari Caroli Magni; (15) Synodo Ancyrana, (16) et Concilio Neocaesariensi.

Eosdem denique Chorepiscopos, quorum meminere Canones, non fuisse veros Episcopos, sed Presbyteros simplices, qui in villis et pagis Episcoporum vices gererent, plura ac validissima commonstrant momenta. Scilicet Romani Pontifices, praesertim Leo Magnus, (17) ad Episcopos Germaniae et Galliae scribens, prohibet, ne Chorepiscopi Chrisma conficiant, et ipso Chrysmate baptizatorum frontes signent, eo quod non habeant Pontificatus apicem: in Canone quoque xli. Ancyrano prohibentur Chorepiscopi ordinare Presbyteros et Diaconos. Quod si quis tamen contenderit, quandoque Chorepiscopos per accidens, vt loqui solent, Episcopali praeditos consecratione fuisse, non maximopere repugnabimus.

CAPVT XXV.

Ministrum, subiectum, atque effectus Sacrae Ordinationis determinat.

Solus Episcopus est ordinarius Sacrae Ordinationis Minister.

Neque potest ab Ecclesia delegari non Episcopis Diaconatus et Presbyteratus collatio.

Valet tamen Ordinatio ab Episcopo Haeretico, Schismatico, ceter., debite peracta: vnde irritae nullaeque sunt Anglicanae Ordinationes.

Subiectum autem Sacrae Ordinationis vir baptizatus est: nullo pacto mulier.

Primam propositionem docent Scripturae, nulli alio quam Episcopo

Tom. IIII.

Zzz.

Sa-

(15) Num. xcix. (16) Can. xv. (17) Epist. lxxxvii.

Sacramenti Ordinis collationem adscribentes. Priores siquidem Diaconos, a Fidei populo electos, a solis tamen Apostolis Sacram Ordinationem recepisse legimus Actor. vi. verbis illis: »hos stauerunt ante conspectum Apostolorum, et orantes imposuerunt eis manus.« Paullus item scribit in II. ad Timoth. I, se ordinasse eundem Timotheum, ait nempe: »admoneo te vt resuscites gratiam,« cet.: et in Epist. ad Titum docet eum, quibusnam dotibus conspicui esse debeant, quos ipse vtiq[ue] Episcopus, consecraturus erat Presbyteros; scribens: »huius rei gratia reliqui te Cretae, vt ea quae desunt, corrigas, et constituas per ciuitates Presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est,« cet. Leguntur similia passim: ergo Scripturis attestantibus solus Episcopus est ordinatus Sacrae Ordinationis minister.

Docet eandem veritatem Traditio: nam Canones I. et II. ex his qui Apostolis tribuuntur, vni Episcopo tribuunt ius et potestatem Ordines conferendi. Haec habent: »Episcopus a duobus vel tribus Episcopis ordinetur: Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, et Diaconus et reliqui clerici.« Complectuntur laudati Canones disciplinam, quae tribus prioribus seculis obseruata in Oriente fuit. Sed et ita persuasum erat, non in Oriente modo, sed etiam in Occidente, solum Episcopum esse iure diuino Sacrae Ordinationis ministrum, vt si etiam qui extra Ecclesiam erant, vt ordinatione gloriarentur, Episcopos aduocarent, a quibus manuum impositionem reciperent; vt videre est in Antipapa Nouatiano, referente Cornelio Papa. (1) Chrysostomus praeterea scribit, (2) de Episcopis loquens: »sola Ordinatione superiores illi sunt: atque hoc tantum plusquam Presbyteri habere videntur.« Et Hieronymus: (3) »quid facit Episcopus, excepta Ordinatione, quod Presbyter non faciat?«

Hac autem perpetua Traditione edocti, ipsam veritatem et factis, et verbis constabilem curarunt Concilia. Etenim in Alexandrina Synodo sub Osio anno 919, Colluthus Presbyter in suum Ordinem redactus est, quod quum Episcopus non esset, Episcopum tamen egisset, et plurimos ordinasset; atque Ischiras, ceterique ab eo ordinati, in laicorum Ordinem delecti sunt, Athanasio teste. (4) Eugenius quoque Papa IV. in Concilio Florentino Armenos instruens, dixit:

»or-

(1) In Epist. ad Fabium Antiochenum.

(2) Hom. xi. in I. Ep. ad Timoth.

(3) In Ep. ad Euang.

(4) In II. Apolog.

»ordinarius minister huius Sacramenti est Episcopus.« ; Quid autem Synodus Tridentina? Primo quidem haec habet: (5) Sacrosancta Synodus declarat, Episcopos Sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesiae ordinare, atque alia pleraque peragere posse, quorum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Deinde definit: (6) »si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum Presbyteris communem . . . anathema sit.«

Accedit ratio: nam Episcopi sunt a Spiritu Sancto constituti regere Ecclesiam Dei; suntque in ea quasi Principes Sacrorum, Hierarchae, et christianae Reipublicae Praefecti: atqui ad solum Principem ac Praefectum pertinent officia ac ministeria distribuere: »sicut et officia saecularia in ciuitatibus distribuuntur ab illo, qui habet excellentiorem potestatem, sicut a Rege,« vt loquitur S. Thomas: (7) ergo.

Secundam propositionem sic breuiter suademus: nullum, siue ex Scriptura, siue Traditione, siue ex Conciliis, siue ex ecclesiastica Historia momentum profertur potest, quo demonstretur a simplici Presbytero alios Presbyteros fuisse ordinatos: exempla enim, quae ex Chorepiscopis adduci solent, ad rem minime faciunt, quum Nicolai I. Epistola, qua id adseritur, supposititia censeatur a viris doctissimis; quumque, ea etiam vera habita, non de Chorepiscopis omnibus, sed de illis qui forsitan Episcopi erant, sit accipienda.

Deinde: non posse, qui Episcopus consecratus non est, etiam ex commissione Diaconatum et Presbyteratum conferre, Patrum mentem ac sententiae conformius videtur: scribit siquidem Hieronymus: (8) »quid enim facit, excepta Ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?« Epiphanius quoque scribit: (9) »Episcoporum Ordo ad dignendos Patres praecipue pertinet: huius enim est fratrum in Ecclesia propagatio.«

Accedit S. Thomae ratio, (10) vbi habet: »dicendum quod Papa, qui habet plenitudinem potestatis Pontificalis, potest committere non Episcopo ea, quae ad Episcopalem dignitatem pertinent; dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum cor-

Zzz 2

»pus

(5) Sess. xxiii. cap. 4.

(6) Ibid. Can. 7.

(7) In Supp. III. Part. q. 38. art. 1.

(8) Epist. ci. ad Euang.

(9) Haer. lxxv.

(10) In Supp. III. Part. q. 38. art. 3.

»pus Christi; et ideo ex eius commissione aliquis Sacerdos simplex
 »potest conferre minores Ordines, et confirmare; non autem aliquis
 »non Sacerdos. Nec iterum Sacerdos maiores Ordines, qui habent
 »immediatam relationem ad Christi corpus; supra quod consecran-
 »dum Papa non habet maiorem potestatem, quam simplex Sacer-
 »dos.« Et etiam: (11) »Sacerdos non habet completam potestatem
 »in hierarchicis officiis, sicut Episcopus; ideo non sequitur, quod
 »possit Diaconos facere; quamuis ille Ordo sit sibi propinquus.«

Propositionem tertiam quoad primam partem demonstrat prae-
 primis Ecclesiae veteris consensus: haec enim ordinatos ab Haereticis
 vel Schismaticis, cer., ab haeresi venientes non reordinauit. Ita
 in Concilio Romano a Melchiade celebrato anno 313, in causa Cae-
 ciliari Carthaginensis Episcopi contra Donatistas, vno Donato Schis-
 matis auctore damnato, decretum est, vt Episcopi a Maiorino Car-
 thagine Donatarum Episcopo ordinati, schisma relinquens; gra-
 dum suum retinerent, et obtinerent Ecclesias, in quibus ordinati
 fuissent. Quod Decretum plurimum Augustinus commendat. (12) In
 Concilio etiam Nicaeno anno 325, (13) concessum fuit Nouatianis
 clericis, qui ad Fidem conuertebantur, vt suscepto Confirmationis
 Sacramento, et saluo Catholicorum veterum iure in eodem Ordine
 ministrarent, quo apud suos ministrauerant. Praeterea, plures ex Ep-
 iscopis, qui vi. generalem Synodum celebrarunt a Patriarchis Mo-
 nothellitis fuerant ordinati, quorum tamen non fuit improbata Ordi-
 natio.

Duos insuper Enkratitarum, ab Enkratitibus Episcopis proculdubio ordi-
 natis, suo tempore in Ecclesiam fuisse receptos scribit Basilius: (14)
 idemque erga Episcopos ab Ariana haeresi ad Ecclesiam confugientes
 testatur Hieronymus. (15) De Donatistis quoque propter Melchias
 Decretum ab Augustino laudatum, adest eiusdem Augustini testimo-
 nium. (16) Sunt huius rei exempla fere innumera.

Demonstrat eandem propositionem S. Thomae ratio: (17) nam
 Episcopus per haeresim, schisma, cer., potestatem in sua consecra-
 tione receptam non amittit: haec nempe, vel est character Episco-
 pa-

(11) Ibid. ad 5.

(12) Epist. XLIIII.

(13) Can. VIII.

(14) In Ep. I. ad Amphilocho.

(15) In Dial. adu. Lucifer.

(16) Ep. CLXXXV. ad Bonif. Concil.

(17) In Supp. III. P. q. 38. art. 2.

palis, vel cum eo inseparabiliter coniuncta est: ergo sicut haeresis,
 schisma, cer., potestatem consecrandi non auferunt, et in haeresi
 schismate, cer., cum debita forma consecrans, valide consecraret,
 ita et valide ordinaret.

Verum et haec ipsa argumenta ex opposito; vt aiunt, ducta,
 secundam huius propositionis partem euincunt. Loquitur autem illa,
 vt id praemoneamus, de Anglicanis Ordinationibus secundum for-
 mam Ritualis Eduardi VI. peractas, nedum breui illo temporis spa-
 tio, quo puerulus Rex vixit, sed et ab Elisabeta ad nostra vsque
 tempora. Profecto irritae nullaeque sunt Ordinationes illae, quas num-
 quam Ecclesia probauit; quae peractae fuerunt ab his, qui veram ordi-
 nandi potestatem non habebant; nec insuper debitam formam ac
 materiam cum intentione faciendi quod Ecclesia facit, adhibuerunt;
 quaeque tandem Ordinis characterem non conferunt: at haec omnia
 in Praesulum Angliae Ordinationes quadrant: ergo.

Praestat rem totam veluti oculis subiicere, atque Anglicanae Ordi-
 nationis formam, prout in secundo Eduardi Rituali iacet, exponere;
 vt indigitata argumentorum congeries roboretur. Et a Diaconi
 Ordinatione initium capientes, ab eo Pseudo Episcopus Sacramentum fi-
 delitatis exigit Regi, Anglicanae, vt aiunt, Ecclesiae supremo capiti, deinde
 illum interrogat, quid de muneribus Diaconi sentiat; ac tandem nul-
 la praemissa oratione, ei manus imponit dicens: »accipe potesta-
 tem legendi Euangelium in Ecclesia Dei, et praedicandi, si id ti-
 bi ordinaria auctoritate iniunctum fuerit.«

Quid autem in Presbyterorum Ordinatione? In Anglicano Rituali
 sublata est Pontificalis Romani ad initiandos de Sacerdotum mu-
 neribus adlocutio; sublata oratio ac praefatio, quam vna cum manu
 impositione ad Ordinationis essentiam pertinere, nemo vnus Theo-
 logorum repugnat; substitutaque est precatio quadam, qua Pseudo-
 Episcopus Deum rogat, vt Ordinando gratiam largiatur, qua mu-
 nere suo recte fungi possit; nec tamen quale sit eiusmodi munus ex-
 primit. Deinde manus ei imponens ait: »accipe Spiritum Sanctum,
 »quorum remisistis, cer.: esto fidelis verbi Dei et Sacramentorum
 »dispensator, in nomine Patris,« cer. Subinde, Bibliorum librum ei
 tradens inquit: »accipe potestatem praedicandi verbi Dei, et Sa-
 cramenta administrandi in Ecclesia, quae tibi committetur.«

Et in Episcopi consecratione erasere Anglicani Ritualis Editores
 Pontificalis Romani preces; quibus alias vere impias ac blasphemias
 subs-

substituere; vt et haec formula: *attende lectioni, exhortationi, et instructioni; serio meditare omnia, quae hoc libro (scilicet Bibliis) continentur, cet.*

Ex quibus apertissime euincitur, nouum quod Praesules Angliae induxerunt, Diaconorum, Presbyterorum, atque Episcoporum genus execrabile prorsus esse, iureque ab Ecclesia execratum semper fuisse, quod non secundum Ecclesiae formam illorum Ordinationes peragantur.

Quartae propositionis primam partem docent praecipuis ecclesiasticae definitiones. Nicaena etenim Synodus (18) de clericis Paulianistarum baptizatis absque Sanctae Trinitatis inuocatione, inquit: »rebaptizati ordinentur, quoniam irritum Baptismate Ordinationes quae sunt nullae.« Extat etiam (19) antiquissimus Canon: »si quis Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, et iterum ordinetur.«

Docet praeterea Ecclesiae praxis, ex qua didicimus, nusquam raras habitas esse Ordinationes non baptizatis collatas: nemo enim non damnat Ordinationem Xanatae, quem non baptizatum Petrus Fullo Antiochenus Patriarcha Eutychnus consecrauit Episcopum.

Docet quoque ea S. Thomae ratio, (20) qua probat characterem Ordinis praesupponere characterem Baptismi; tum, »quia Baptismus est ianua Sacramentorum« tum, »quia nihil potest aliquis recipere, cuius receptum potentiam non habet: per characterem autem baptismalem efficitur homo receptiuus aliorum Sacramentorum. Vnde qui characterem baptismalem non habet, nullum aliud Sacramentum recipere potest,« cet.

Secundam vero partem docent Scripturae: nam Paulus in 1. ad Corinth. xiv. inquit: »mulieres in Ecclesia taceant; non enim permittitur eis loqui, sicut et lex dicit,« cet. Et in 1. ad Tim. cap. ii: »docere autem mulierem non permitto,« cet.

Docet etiam Traditio: Patres siquidem, Gnosticos, Colliridianos, aliosque haereticos damnarunt, quod in sua secta mulieribus Sacros Ordines, ipsum quoque Sacerdotium, concederent. Quam praxim insectatur Tertullianus scribens: (21) »ipsae mulieres haereticae, quam procaeces, quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan et fingere.« Do-

(18) Can. xix.

(19) In iii. Decret. tit. 43.

(20) In Supp. III. P. q. 35. art. 3.

(21) In lib. de Praescript. cap. 14.

Docet tandem ex Epiphanio (22) sumta inductio; qua Colliridianos urgebat: scilicet a mundo condito a postea vsque tempora nulla mulier apud verae Religionis cultores functa Sacerdotali officio fuit, aut ei obeundo inseruiuit. Sed consulatur ipse.

CAPVT XXVI.

Errores ac opiniones indigitantur. Argumenta soluntur.

Hoc potissimum telo Acrius omnium primus, et post eum Presbyteriani omnes eorumque coryphaeus Blondellus, diuinam Episcoporum supra Presbyteros excellentiam impetunt, quod Presbyter quilibet aequae ac Episcopus diuinitus institutus sit ordinarius Sacrae Presbyterorum ac Diaconorum Ordinationis minister.

Errant vero Donatistae irrita et nulla existimantes Sacramenta Baptismi, et Sacrae Ordinationis collata ministris improbis, atque ab illorum communionem segregatis: inde enim Donatistarum schisma exortum est: hincque etiam antiquiores Donatistae ordinatos a Catholicis, et ad partes suas accedentes, inter laicos detrudebant. Posteriores vero Donatistae, recedentes ab illius disciplinae seueritate, Catholicos ad se venientes Sacris Ordinibus initiatos baptizabant iterum, et quandoque rursus ad Ordines promouebant.

Erga subiectum denique Sacrarum Ordinationum delirarunt quammaxime antiquissimi haeretici Marciani, Gnostici, Cataphrygae, Pepuziani, ac Collyridiani; qui ad offerendam Eucharistiam et reliqua Sacramenta ministranda foeminas initiabant. Sed ne memoria quidem erroris huius superesset, nisi cambrem istam recoxisset Lutherus. Hic nempe volens, vt alibi consulto adnotauimus, Christianos omnes esse aequaliter Sacerdotes, nec in Ecclesia vllum esse Ordinem; haud erubuit dicere, mulieres iuste posse Sacerdotio insigniri.

Horrent isthaec omnia Iuris Canonici et Scholae Doctores catholici; sed tamen, vt grauissime Habertus scribit: (1) »miror... multorum Iuris ac Theologiae peritorum hac in re (in designando Sacrae Ordinationis ministro) curiosissimas discepciones, quorum plurimi autumant, Presbyterum ex dispensatione Summi Pontificis cum adiuuulo Ordinis, legitima et valida manuum impositione

» alium,

(22) Epist. xxiiii. (1) In Annot. in Graecorum Pontificale.

« alium, etiam Presbyterum ex dispensatione Summi Pontificis ordi-
 « nare posse. Id omnium primus docuit circa annum Chr. 1240 Gul-
 « lelmus Anisiiodorensis Episcopus, idemque sensit Innocentius IV.
 « cum Veteribus bene multis; ex Recentioribus vero Vazquez atque
 « Meratius . . . Verum vt ingenue dicam, Aerii seculo Orthodo-
 « xorum nemini id in mentem venisse persuasum habeo. »

Questionem praeterea de validitate, vt aiunt, Ordinationum,
 quas Haeretici, Schismatici, ceterique eiusmodi ministri peragissent,
 ancipitem, et difficultatibus implicatam olim fuisse Morini exercita-
 tiones abunde euincunt: (2) modo autem, quum ipse Morinus teste-
 tur, S. Thomae sententiam, non praecipuam tantum esse, sed so-
 lam in Scholis regnare, miramur Virum alloquin doctissimum de Sa-
 cratum Ordinationum iteratione scribentem, irritas prorsus nullasque
 Ordinationes illas secundum formam Ecclesiae peractas habere.

Quale demum iudicium ferendum erit de catholico ac religioso
 homine, qui Anglicanas Ordinationes, secundum ritum Eduardi VI.
 celebratas, ab omnibus omnino Catholicis improbatas, vindicandas
 adgressus est? Fuit hic quidem P. Courayer, improvidus, ne quid
 grauius dicamus, ille Scriptor, adeo male scripto suo Catholicae Ec-
 clesiae consulens, vt declarauit euentus; quem praestat non memo-
 rare. Ad vltiora ergo progrediamur; argumentaque nostris adsertio-
 nibus contraria in duas tributa classes ad examen vocemus.

Opponunt itaque haeretici primo: Paullus in 1. ad Timoth. cap.
 4. Ordinationem vocat impositionem manuum Presbyterii scribens:
 « noli negligere gratiam quae est in te, quae data est tibi per pro-
 « phetiam cum impositione manuum Presbyterii. Et quidem haec etiam
 aetate mos est, vt simplices Presbyteri vna cum Episcopo manus il-
 lis imponant, qui Sacerdotes inaugurantur: ergo Presbyteris non mi-
 nus quam Episcopis potestas ordinandi competit.

Secundo: Actor. vi. de primis Diaconis a multitudine electis, di-
 citur: *hos statuerunt ante conspectum Apostolorum; et orantes im-
 posterunt illis manus: vbi videtur totum a multitudine peractum.*
 Et cap. xiii. Paullus et Barnabas leguntur ordinati, non ab Apostolis,
 sed a Prophetis et Doctoribus, qui erant Antiochiae.

Tertio: Concilium Nicaenum 1. in litteris ad Ecclesiam Alexan-
 drinam, et ad fratres Lybiam, Aegyptum, et Pentapolim incolentes,
 (3) praecipit, vt Presbyteri, quos Meletius ab Alexandro Patriarcha

(2) Exercit. v. (3) Apud Socrat. lib. 1. Hist. cap. 9.

cha Alexandrino depositus consecratur, tanquam clerici recipere-
 rent in Ecclesiae sinum, si tamen schismati Meletiano non adhaesissent
 immo ius illis factum est alios clericos ordinandi: decreuit nempe, eos
 potestatem habere, et ordinandi, et qui clero digni fuerint, nominandi.

Quarto: plus distat Sacerdos a Diacono, quam Episcopus ab Ep-
 iscopo: at Episcopus potest Episcopum consecrare: ergo.

Quinto: Aaron fuit consecratus Sacerdos a Mose; qui tamen
 non videtur fuisse Sacerdos, quum Sacerdotium ad solum Aaronem,
 eiusque filios pertinere: ergo.

Sexto: qui potest maius, potest et minus; sed Presbyter ordina-
 rio iure potest consecrare corpus Domini, quod et maius et princi-
 pale ad quod Ordo refertur: potius igitur poterit hominem ad mun-
 nus consecrandi ordinare. Haec aduersus primam propositionem obli-
 ciunt.

Aduersus postremam, quae de Ordinationis subiecto loquitur,
 sic argumentantur haeretici: foemina in veteri lege poterat publice
 praedicare: vt enim legitur Iudicum cap. v. Debora populum Israë-
 l erudiuit: ergo.

Deinde: fuisse olim Diaconisas, quae per veram Ordinationem
 suam dignitatem obtinebant, arguitur ex Tertulliano, (4) ex Conci-
 liis quoque Nicaeno 1. (5) atque Calcedonensi: (6) nam Tertullianus
 haec habet: « quantum Fidei detrahant, quantum obstrepant
 « sanctitati nuptiae secundae, disciplina Ecclesiae et Apostoli praes-
 « cripto declarat: quum bigamos non sinat praesidere, aut viduam
 « adlegi in Ordinationem, nisi vniueram, non concedit. » Patres ve-
 ro Nicaeni, postquam statuunt, clericos Paullianistas rebaptizatos
 posse iterum ordinari ab Episcopo catholico, aiunt: « similiter autem
 « et de Diaconis, et vniuerse de iis, qui in clero recensentur, ea-
 « dem forma seruabitur. » Atque Calcedonenses Patres sic loquuntur:
 « Diaconisam non ordinandam ante annum quadragesimum, » cet.
 Quae insuper Conciliorum Statuta de vera Ordinatione accipienda
 esse, Graecorum Euchologia ostendunt, quibus Diaconisae ordina-
 tio eodem, quo Diaconi ordinatio, ritu describitur.

Praeterea: in antiquis Canonibus multae memorantur mulieres Ep-
 iscopae, Presbyterae, Diaconae. Inquit enim Concilium Turonense
 II. an. 567: (7) « Episcopum Episcopam non habentem, nulla se-
 Tom. III. Aaaa » qua-

(4) Lib. 1. ad Vxor. cap. 7.

(5) Can. xix.

(6) Can. xv.

(7) Can. xiiii.

quatur turba mulierum. Et alibi: (8) «si inuentus fuerit Presbyter cum sua Presbyteria, aut Diaconus cum sua Diaconia, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconia, annum integrum excommunicatus habeatur. Atque S. Gregorius, (9) Guinia Abbatisae criminari verit, quod vsque ad diem obitus indui se Monacha veste noluerit, sed in vestibus quibus loci illius vtuntur Presbyterae, pete manserit.»

Rursus: Monialium, ac praesertim Abbatissarum benedictio, videtur quaedam Ordinatio Sacra: etenim per eam deputantur, vt publice canant, etiam Liturgiae tempore, Sacerdoti sacrificanti accipientes et respondentes; quod quodammodo sacrificio ministrare est: Abbatisae deinde iurisdictionem consequuntur in canonicis sibi subditis; immo et in clericis sibi subiectos, quos et beneficii, et officii suspensione multare possunt, vt adserere videtur Honorius III: (10) ergo.

Quae vero catholici Doctores nobis aduersantes opponunt? Haec scilicet contra secundo loco stabilitam thesim. Primum: Concilium Florentinum in Decreto Eugenii dicit, Episcopum esse ordinarium Sacrae Ordinationis ministrum: Tridentinum quoque docet, (11) Episcopi munus esse Sacramentum Confirmationis conferre, et Ecclesiae ministros ordinare: ergo sicut potestate ab ipso delegata potest simplex Sacerdos Sacramentum Confirmationis et minores Ordines conferre: poterit etiam, vt extraordinarius minister, conferre maiores.

Secundum: Chorepiscopi non Episcopi erant, sed simpliciter Presbyteri, pagis ac villulis praefecti; at hi de Episcopi licentia conferre poterant Ordines Diaconatus et Presbyteratus, et non solos Ordines minores; vt habetur ex Concilio Antiocheno ann. 341: ergo. (12) Idem praescribit Concilium Ancyranum an. 314. (13)

Tertium: S. Leo scribit: (14) «si qui autem clerici ab illis Pseudo Episcopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, quae ad proprios Episcopos pertinebant, et ordinatio eorum cum consensu et iudicio praesidentium facta est, potest rata haberi; ita vt in ipsis Ecclesiis perseverent.»

Quar-

(8) Can. XIX.

(9) Lib. IX. Epist. Indict. 2. Ep.

7. ad Ian.

(10) Cap. *Dilecto* de maiorit. et obedient.

(11) Sess. XIII. cap. 4.

(12) Can. X.

(13) Can. XIII.

(14) Epist. XCV. ad Rust.

Quartum: Innocentius VIII. concessit Abbati Cisterciensi, vt posset Monachos suos ordinare Subdiaconos; cuius concessionis Bullam se vidisse scribit Vazquez. (15)

Quintum: iam nulla habenda erit ratio tot Iuris Pontificii, et Scholae Doctorum, quos in ea opinione constanter fuisse patet? Innocentius quoque IV. pari ne facilitate despiciendus?

Aduersus thesim tertiam haec producent. Opponitur, inquit, stabilita thesis, quod adinet ad non iterandas Ordinationes factas ab Episcopo haeretico, schismatico, cet., Canonum auctoritati: nam Canon LX. inter Apostolicos ita habet: «si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus secundam Ordinationem acceperit ab aliquo, deponatur et ipse, et qui ordinauit, nisi ostendat se Ordinationem habere ab haereticis: qui enim a talibus baptizati, vel ordinati fuerunt, neque fideles, neque clerici esse possunt. Et Niceanus Canon VII. permittit quidem, vt ordinati a Nouatianis in clero permaneant, sed accepta manuum impositione, siue vt habet Latina Versio, «si iterum ordinentur: non sunt ergo validae eiusmodi Ordinationes.

Deinde: Innocentius I. (16) de Arianis sermonem instruens, inquit: «quibus solum Baptisma ratum esse permittimus, quod vtique in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti perficitur; nec Spiritum Sanctum eos habere ex illo Baptismate illisque mysteriis arbitramur, quoniam quum a catholicis Fide eorum auctores desisissent, perfectionem Spiritus quam acceperant, amiserunt, nec dare eius plenitudinem possunt, quae maxime in Ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam perdidertunt. Quo in loco euidentissime Innocentius Baptisma Haereticorum ab eorum Ordinationibus distinguit, et quemadmodum illud ratum et validum, ita istas nullas irritasque pronuntiat.

Praeterea: Patres etiam nullas irritasque habere haereticorum Ordinationes; legimus siquidem, Caecilianum a Felice Aptungitano ordinatum dixisse: (17) «si traditores sunt qui me ordinauerunt, ipsi si veniant (scilicet Donatistae) et ordinent me. Quod in collatione tertiae diei, vt Augustinus refert, (18) iidem Donatistae obiecerunt Catholicis. Basilius insuper docet: (19) tam Baptisma, quam

Anna 2

Or-

(15) Tom. III. in 3. P. S. Thomae disp. 243. cap. 4.

(16) Epist. XXII.

(17) Apud Optatum lib. I.

(18) Cap. XVI.

(19) In Ep. Can. ad Amphil. c. I.

Ordinationes Haereticorum, nullam vim ac substantiam habere. Docent id ipsum alii Patres.

Accedunt exempla complura ex ecclesiastica Historia petita. Etenim Canone iv. Synodi CP, habitae sunt nullae irritaeque Ordinationes Maximi Cynici, qui eiusdem Ecclesiae sedem dolo occupauerat: Constantini etiam Pseudo-Pontificis in Romanam Cathedralam intrusi Stephanus IV. irritas declarauit, consecratis iterum Episcopis et Presbyteris, quos Pseudo-Pontifex consecrauerat. Hincmarus insuper Remensis Metropolitae, aliique Galliarum Episcopi in Concilio Suesionensi, exsufflarunt, iteraruntque Ordinationes Ebbonis e gradu Episcopali detecti: Phocili itidem inuasoris Sedis CP. Ordinationes nullas, ac cassas declarauit viii. Synodus Generalis: Ordinationes quoque a Bonoso Naritano Episcopo factas, nullas adfirmavit Pontifex Innocentius: Dalbertum reordinauit Urbanus II. quod promouit ad Diaconatum fuisse a Nezelone Episcopo intruso: omnes simoniacas Ordinationes cassauit Leo IX. quasque Formosus fecerat irritas habuit Stephanus VII. easque iterari: igitur reuera nullae irritaeque habendae sunt Ordinationes eiusmodi.

Quod vero spectat ad Ordinationes Anglicanas, haec in eorumdem defensionem P. Courayer obicit. Primum: Anglicanae Ordinationis formulae nihil Scripturae Fideique contrarium habent: neque enim expresse excludunt Aliare, oblationem, sacrificium, et Sacerdotium; sed his dumtaxat missis, alia, quae dubitare nemo potest quin vera sint Diaconorum, Presbyterorum, et Episcoporum officia, commemorant: non est ergo cur de earum validitate ambigamus.

Secundum: immutarunt quidem Angli Liturgiam et Ordinationum ritus, sed summo illo iure, quo Ecclesia quaelibet nationalis disciplinam ritusque suos in praecipuis etiam capitibus variare potest: ergo.

Tertium: Ecclesia Angliae manus Ordinandi imponens, non aliud agere intendit, quam quod agit vniuersalis Ecclesia, quodque egerat etiam ipsa, priusquam Caluini et Zuinglii adoptaret errores. Neque illius Ordinationes irritare valet quicumque de praecipuo Ministrorum munere, seu Ordinationis effectu, error irrepserit: constat siquidem Baptismum a Pelagiano rite collatum, ratum semper habuisse Ecclesiam, etsi compertum omnibus sit, immaniter Pelagianos errare in primario Baptismi fine, ac praecipuo effectu. Sunt his similia cetera, quae ab ipso obiciuntur.

Ad-

Aduersus postremam propositionem, praeter ea, quae supra ex Haereticis produximus, hoc vnum opponi posse videtur: legitur in Socratis historia: (20) »In urbe Alexandrina Lectores et Psalae absque villo discrimine fiunt, tam Cathecumeni, quam Fideles:« ergo.

Haec tamen argumenta soluere non est admodum difficile; sit licet molestum ac iniucundum. Primum illud, quod contra primam adsertionem Haeretici obiecant, inane prorsus est: principio siquidem, *Presbyterii* nomine, non Presbyterorum coetum, sed ipsam Sacerdotil dignitatem auctoritatemque vna cum gratia Timotheo manuum impositione collatam designari, non Ecclesiae Patribus tantum, sed Caluino ipsi, atque aliis visum est. Deinde, Chrysostomus adserit: (21) *Presbyterii* nomine intelligi Coetum Apostolorum; quandoquidem qui ab Apostolis ordinabantur Presbyteri, ordinabantur etiam Episcopi, ad quorum Ordinationem tres saltem Episcopi requiruntur. Ritus autem hodieum seruatum, quo in Presbyteri Ordinatione alii etiam Presbyteri cum Episcopo manus imponant, mera ceremonia est, Ordinationis substantiam non attingens.

Ad secundum dicimus: primos Diaconos fuisse quidem a multitudine electos ac oblatos, vt ab Apostolis ordinandos; propterea additur, staturos eos esse ante Apostolorum conspectum: at solemnissimum manuum impositio cum precationibus a solis Apostolis peracta est.

Illud vero quod additum est, sic soluitur: haud describitur eo loci Paulli et Barnabae Ordinatio, sed noua eorum delegatio ad opus, ad quos eos Spiritus Sanctus elegerat.

Tertium falsum prorsus est: nam vt recte Valesius verit, concedit eis tantum potestatem eligendi, et proponendi eorum nomina, qui in clerum elegerint. Permissi igitur illis ius nominandi, atque suffragium ferendi in electionibus eorum, qui clero adscribi petebant, quod ius iis ademerat, qui Meletiano schismati adhaeserant: non autem ipsi ordinandi concessit.

Quartum sic soluit S. Thomas: (22) quod »ad communicandum alteri quod quis habet, non exigitur solum propinquitas, sed et completio potestatis. Et quia Sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officiis, sicut Episcopus, ideo non sequitur, quod possit Diaconos facere, quamuis ille Ordo sit sibi propinquus.«

Quinti solutio est: Sacerdotium legale pertinuisse quidem ad

(20) Lib. v. cap. 22.

(21) In laud. Apost. locum.

(22) In Supp. III. P. q. 38. art. 1. ad 5.

Aaronem eiusque filios; sed tamen Mosem verum fuisse Sacerdotem ostendant ea verba Psal. xcvm: *Moses et Aaron in Sacerdotibus eius*, vt Augustinus exponit. (23) Animaduertit vero S. Thomas, quod Moses Sacerdos dicitur, non officio oblationes offerendi, sed quia sacra primitus populo dedit immediate a Deo accepta. Atque hac a Deo accepta auctoritate conferre potuit Aaroni Sacerdotium.

Ad sextum responder S. Thomas: (24) quod »quamuis Sacramentum Eucharistiae sit maximum Sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio, sicut Ordinis Sacramentum. Collocare autem in officio ad eum tantum spectat, qui habet in eo ordine excellentem potestatem.«

Ad primum deinde Haereticorum argumentum contra postremam propositionem, reponimus ex S. Thoma: (25) »illa eruditio est per spiritum prophetiae, et gratia Spiritus Sancti non discernit inter virum, et mulierem; non tamen publice praedicabat, sed instinctu Spiritus Sancti consilia dabat.« Addendum ex eodem Angelico Doctore: (26) quod »Deborah in temporalibus praefuit, non in Sacerdotalibus.«

Secundum solum ex his esto: Diaconarum inaugurationem fuisse ceremoniam quandam iure ecclesiastico introductam; ritum quoque quo inaugurabantur, diuinae institutionis non fuisse.

Tertii haec est solutio: mulieres illae praefatis nominibus vocabantur, non quia illis Ordinibus forent initiatae, aut eorum munia obirent, sed quia earum maritis ad Episcopatum, aut Presbyteratum, aut Diaconatum, aut Subdiaconatum promotis, ipsae ab eisdem thoro separatae continentiam perpetuo seruare tenebantur.

Ad quartum dicendum: Abbatisarum benedictionem esse meram ceremoniam, qua Episcopus cum Ecclesia orat, vt Abbatisae, Moniales quibus praeficiuntur, curae pie ac sancte inuigilent. Hinc ad primam probationem respondemus; haud quidquam ex eo inferri, quod Moniales officium in choro canant, ac Sacerdoti celebranti respondeant, quum haec omnia praestent populi vicem gerentes: quemadmodum et olim fideles omnes in Ecclesia canebant; immo alterius choris viri cum mulieribus, vt in Alexandrina Ecclesia, Philone referente. (27)

Se-

(23) In illum Psal.

(24) Vbi sup. ad 4.

(25) Lect. iii. in cap. 2. Ep. 1. ad Tim.

(26) In Supp. III. P. q. 39. art. 1. ad 2.

(27) Lib. de vita contemp.

Secunda vero probatio vera tantum erit, si de potestate praecipiendi intelligatur; non ita de suspensione canonica: nam vt Innocentius III. ait: (28) »licet Beatissima Virgo Maria dignior et excellentior fuerit Apostolis vniuersis; non tamen illi, sed istis Dominus clauis regni caelorum commisit.« Nec aliam potestatem Honorius III. in Abbatisa agnouit.

Ad catholicorum Doctorum argumentationes soluendas animo modo vertamus oportet. Ac primum quidem ex his, quae secundam propositionem oppugnant, hanc habet solutionem: posse committi non Episcopo ea tantum, quae Episcopali Ordinationi iure solum ecclesiastico sunt adnexa; cuiusmodi est minores Ordines conferre ac confirmare; neutiquam ea, quae iure diuino Episcopatu adnexa sunt, qualis est Ordinatio Presbyteri et Diaconi; quam quidem distinctionem non obscure innuit Tridentinum. (29)

Ad secundum dicendum: Chorepiscopos simplices fuisse Presbyteros, vt dicitur; quorum tamen aliqui ex accidenti Episcopali dignitate praediti erant. Hinc, admissa Concilii Antiocheni auctoritate, quam suspectam merito Baronius iudicat, (30) quoniam ex Arianis conflatum illud fuit, loqui de Chorepiscopis intelligimus, qui aliunde Episcopali consecratione gaudebant. De quibus etiam loquuta est Ancyrana Synodus.

Tertii solutio est: Sanctum Leonem Pseudo-Episcopos ibi adpellare, non eos quidem qui vera Episcopali consecratione per manuum impositionem carerent; sed illos, qui vt ibidem addit, »nec a clericis sunt electi, nec a plebibus sunt experti, nec a Prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio sunt consecrati.«

In quarto soluendo haud diffitebimur ita visum fuisse grauisimis Theologis; et reapse concessum eiusmodi priuilegium esse, eoque vsos memoratos Abbates. Ita quidem adseruit Ioannes Laurentius Berti, (31) qui priuilegii huius vindicias adornauit. Illud autem in Complutensi Collegio adseruatum se legisse testatur Vazquez. Ast nisi meliora solidioraque momenta quam quae adducunt, exhibeant, prudens nemo de sententia decedet, neque priuilegium huiusmodi genuinum esse consentiet. Quis enim credat, id sibi sumsisse Innocentium, cuius nullum in Ecclesia Dei exemplum praecesserat: quod quae a Romano Pontifice concedi non posse disserte docent Thomas

et

(28) Cap. Nona extra, de Poen.

(29) Sess. xxiii. cap. 2.

(30) Ad annum 341.

(31) Lib. xxxvi. cap. 13. num. 4.

et Bonaventura, quos plerique sequuntur Theologi? Quis etiam in epistissimam non iudicet adlatam concedendi priuilegii rationem? Ne scilicet cogantur Monachi suscipiendorum Ordinum causa extra Clastrum discurrere? Egregiam mehercule rationem! Ecce id omnibus Cisterciensibus Abbatibus non concessit, quum sit vna omnium causa? Cur non et concessit priuilegium ordinandi Presbyteros, quum et huius Ordinis suscipiendi causa extra claustra quoque discurrere Cistercienses cogantur?

Porro meminisse debuerat Bertius, quae scripserat ipse; (32) ac scite quidem, de altero priuilegio ab eodem Innocentio Noruegis concessio, vt absque vino consecrarent: vnde in illum arma torqueamus, et falsitatis ac fraudis vtrumque priuilegium postulamus. Probat nempe Bertius testimonialis Raynaldi, Bezouii, Sandini, aliorumque, duos proiectae conscientiae Sacerdotes, Innocentio ab Epistolis, litteras Pontificis vitiasse, falsaque priuilegia vendidisse, Sacerdotio iudicio eiectos, et vltimo supplicio damnatos. Quidni ergo et huius priuilegii, de quo loquimur, aliorumque plurium eodem artifices credamus? At posterioris huius mentionem habent Theologi non pauci: quid tamen inde? Et quod Noruegis concessum dicitur, memorarunt Theologi plurimi. Sed posterius hoc se legisse restatur Vazquez, idemque enuntiat Bertius. Esto: ne vnus tamen haecenus repertus est, qui autographum, vel authenticum aliquod et ab omni fraudis suspitione liberum exemplar se legisse gloriari possit. Itaque fabellae loco a nobis priuilegium illud habetur.

Quinto hoc pacto occurrimus: quemadmodum grauissime Melchior Canus commonet, (33) Theologorum et Iureconsultorum, etiam plurium testimonium, si alii contra pugnent Viri docti, non plus valere ad faciendam fidem, quam vel ratio ipsorum, vel grauior etiam auctoritas comprobabit: quare quum tot illi Iuris Pontificii et Scholae Doctores, non certe idoneis argumentis, sed ineptis suam opinionem commulerint, nulla eorum habenda ratio est. Innocentium vero IV. nihil de re ista scripsisse iudicamus, ex quo dignosci possit, in quam ipse partem propendat, sed Syluestri cuiusdam veteris Canonistae placitum dumtaxat recitauit. Quidni autem, si reuera talia in Commentariis illius protulisse concedamus? Si in his quidem quam errati est, hominis nimirum est, non Pontificis, ex Melchiorre Cano respondemus. (34)

Quae

(32) Lib. xxiii. cap. 6. in Adnot.

(33) Lib. viii. cap. 4. et 6.

(34) Lib. vi. cap. 8.

Quae insuper argumenta tertiam adsercionem oppugnant, sic etiam facile diluuntur. Ad primum nempe respondemus: Apostolicum Canonem nullius ponderis esse; nisi forte accipiatur de Baptismate et de Ordinationibus Haereticorum, qui legitimam formam minime adhibuerunt: vnde sicut recipimus aduersus Canonem illum Baptisma Haereticorum sub Trinitatis inuocatione collatum; ita et suscipiendae sunt Ordinationes ab Episcopis Haereticis cum debita forma peractae. Quae vero manuum impositio Nicaeno Canone praescribitur, non Sacramenti repetitio, sed sacramentalis ritus est, vt ex his quae narrat Sozomenus, (35) colligitur.

Secundum ipsa Innocentii verba soluntur. Ait quidem ille: «solum Haereticorum Baptisma ratum esse, non autem solum Haereticorum Baptisma non iterari» quae duo longe diuersa sunt. Licet enim duo haec vocabula *Ratum* et *Validum* saepe numero promiscue vsurpentur; *Ratum* tamen illud dicitur, quod comprobatur, omnemque effectum potest consequi. Itaque quum Haereticorum Baptisma, licet vt Theologi loquuntur, *informe*, seu gratia expoliatum, ad huius consequutionem per Poenitentiam reparatur, recte ab Innocentio *ratum* dicitur: quoniam vero ordinari ab Haereticis secundum disciplinam Innocentii tempore vigentem, etsi haeresim delectarentur, non tamen ad honorem, et ministerium Ordinis Ecclesiastici admittentur, sed dumtaxat laica communione donabantur, idcirco negat Innocentius ratam esse Arianorum Ordinationem; non ita character Ordinis spectato.

Quod tertio loco obicitur nullius est momenti: nam Caecilianus verba illa protulit irridens Donatistas, qui eius consecrationem, tamquam a Traditore factam sacrabant. Adserit id expresse Augustinus. (36) Ad Basilium autem venientes, reuera eum errore Rebaptizantium infectum ex eodem hunc etiam traxisse arbitramur: «Haereticos, vt pote abruptos et laicos effectos, nec ordinandi habere potestatem, vt qui non possint Spiritus Sancti gratiam aliis praebere, na qua ipsi exciderunt, vt loquitur ipse.

Quartum ex variis exemplis compactum, hoc ordine soluitur: neutiquam Canone CP. irritas declarari Ordinationes Maximi Cynici sed ibi sermonem tantum fieri de ministerio, et gradus honore, non de sacramentali characterem. Stephanus deinde III vel IV, non quidem consecrauit, quos Pseudo-Pontifex Constantinus consecrauerat, sed

Tom. IIII.

Bbbb

(35) Lib. i. cap. 24. (36) In Breuic. Collat. iiii. diei. cap. 16.

sacram illam ceremoniam peregit, qua ordinari recipiunt coram Altari suorum Ordinum insignia, atque ad pristinum honoris sui gradum restituuntur. Quae vero acta fuerunt auctore Hincmaro, in Synodo Suessonensi, rescissa fuerunt a Nicolao I. in Epistola data viii. Idus Decembris anni 866. Photii insuper Ordinationes non eo certe sensu irritae ac nullae dictae sunt quod Ordinis characterem non impresserint; eas enim probauit Ioannes VIII, qui et Photium ipsum in Patriarchalem gradum et honorem suscepit: sed eo tantum sensu nullae irritaeque habitae sunt, quod eis haud fuerit collata gratia atque Spiritus Sancti plenitudo.

Banasiacorum vero Ordinationes propterea repetendas Innocentius indicauit, quod factae ab hominibus fuerint Paulli Samosateni discipulis, qui perraro in Trinitatis nomine baptizarent: ideoque ut et Baptisma, ita et Ordinationes deuo conferebantur. Quod de Daberto additur falsum ex eo constat, quod falsa ac supposititia sit Verbum II. Epistola, quae de hac re loquitur; quod incertum etiam sit Nezelonem Episcopum fuisse: quin potius indubitatum est Urbanum agnouisse in Ordinationibus Schismaticorum et Haeticorum veram Sacramenti formam. (37) Cassauit autem Leo IX. simoniacas omnes Ordinationes quantum ad gradus dignitatem et ad ius ministerii, nequaquam quoad Ordinis characterem. Cum Formoso denique impie Stephanus se gessit: et siue iterum ordinauerit quos ille consecrauerat, siue potius e gradu deiectos rursus ad sacrum ministerium adsumserit, non fuit hic error in Fide, sed violenta tyranois in facto.

Iam vero ad Courayerii argumenta pro Anglicanis Ordinationibus soluenda accedamus. Ac primum quidem sic in ipsum retorqueri poterit: nihil Fidei Scripturaeque contrarium proferret, qui ad consecrandum panem forma hac vterentur: *hoc*, quod nimirum sub speciebus his laet, *est caro mea*: quum Christus ipse diserte dixerit, *caro mea vere est cibus*: numquid porro valida Courayerio haec consecrationis formula erit, quam Christiani omnes abiciunt? Quod si nullam fateatur ille, quod ab ea diuersa sit, quam Christus praecripuit: et nullas Anglorum nos formulas dicimus, quod toto coelo ab iis distent, quae perpetuo et inuariabili Ecclesiarum omnium vsu sunt consecratae: quas etsi *in specie*, ut aiunt, Christus ipse non fixerit, seu totidem conceptis verbis non edixerit, iussit tamen seruari in iis, quacumque demum verborum serie contextae ab Ecclesia fuerint,

(37) In Epist. xvii. ad Lucium Praepositum S. Laurentii.

rint, praecipuum Sacramenti huius institutum, intentionem, et scopum: quae sane in Anglorum formis non adparent.

Quod vero secundo loco obicitur, in catholico et religioso homine intolerandum prorsus est. Hoc itaque vnum reponimus; nempe Tridentinae Synodi Canonem (38) his verbis expressum: «si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiae ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhereri consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omiti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.»

In tertio obiciendo extra oleas ineptissimus disputator excurrit: nos enim Anglorum Ordinationes non vocamus in crimen, quod earum Ministri etronels de Sacramento Ordinis opinionibus sint imbuti: quod eorumdem Ordinationum formulae a secundo Eduardi Rituali praescriptas, atque in Anglia hactenus vsurpatae, procussae ab Episcopis et Doctoribus fuerint Caluini et Zuinglii erroribus imbutis: sed vno hoc nomine irritas eas habemus, quod immutatae antiquae formulae ab illis fuerint; quod resectis omnibus, quibus Sacramenti natura, praecipuum institutum, et finis designabantur, nouas procederint, ad aliud Presbyterorum et Episcoporum genus instituendum accommodatas; scilicet ad consecrandos Presbyteros absque Sacerdotio, et absque Pontificatu Episcopos.

Postremum argumentum, quod aduersus quartam propositionem a Doctoribus catholicis obiectum est, soluitur vno verbo: nempe, intelligendum Sacrae testimonium esse, non de Lectorum et Psallentium Ordinationibus, sed tantum de legendi et canendi munere, quod interdum laicis quoque committitur: addit siquidem ipse Socrates: «omnibus vbique Ecclesiis Fideles ad Ordinem hunc promouentibus, & cetera.

CAPVT XXVII.

In quo Matrimonialis contractus institutio atque essentia traduntur.

Matrimonii contractum instituit Deus ante Adami lapsum; quem in lege Mosaica confirmavit, atque in Evangelica probauit.

Cuius materia est mutuus nubentium externus consensus; qui tamen saltem implicet carnalem copulam.

Forma vero sunt haec verba: *accipio te in meam; accipio te in meum.*

Est igitur licita et honesta res, ac aliqua etiam ratione sub praeepto cadens; non tamen aliquem in Evangelii lege singulatim obligans.

Prioris propositionis primam partem haec momenta ostendunt. Primum: Deus est auctor eorum, ad quae natura sana et integra hominem inclinât, quum sana natura Dei effectus sit: at natura eiusmodi hominem ad Matrimonium, vt in officium naturae est, inclinât; scilicet ipsum inclinât ad prolis generationem, nutritionem, educationem; quae quidem parentibus indissolubili vinculo non colligatis, quale ex Matrimonio oritur, fieri minime possunt: ergo.

Secundum: Deus primos parentes sexu diuersos creauit: at non ob alium finem quam ad prolis generationem, secundum illud Genesios cap. ii. *crescite, et multiplicamini*: ergo.

Tertium: statim post creationem arctissima eos societate coniunxit; quam de Eua loquens Adamus expressit sic: *hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*: sed arctissima illa societas fuit Matrimonialis societas, vt etiam expressit Adamus ipse dicens: *quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne vna*: ergo.

Par-

Partem secundam haec suadent: iniunxit Deus, vt legimus Deuteronomii cap. xxv, fratri superstiti, vt in Matrimonium duceret uxorem a fratre sine liberis relictam. Deinde: Christus ipse a Iudaeis olim de repudio interrogatus, respondit, Deum ipsum auctorem esse maritalis coniunctionis, quae suo tempore a Iudaeis celebrabatur: ait siquidem: *quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*: ergo.

Tertiae demum eiusdem propositionis partis haec sunt probationes. Principio, Ioannes in cap. ii. Euangelii narrat, Christum cum Matre ac Discipulis adfuisse nuptiis in Oppido Cana celebratis: eas igitur praesentia sua voluit probatas. Praeterea: Paulus in i. ad Timoth. 4, eos arguit, qui et tunc nuptias damnabant, et eas postea erant damnaturi: haec enim habet: *Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a Fide, attendentes spiritibus erroris. . . . prohibentium nubere, cet.*

Priorem secundae propositionis partem sic suademus: consensus nubentium, dummodo sic fiat vt acceptetur, Matrimonii contractum intrinsece componit: est etiam actio, per quam nubentes propria corpora sibi inuicem tradunt, seu mutui iuris faciunt: est igitur illius matetis. Et quidem, si verbis aut signis quibusdam non exprimeretur consensus, nec cognosci, nec acceptari posset: quin et possent celebrari coniugia multarum leucarum distantia in contrahentibus non obstante; quum possent simul in nuptias consentire: quod non sine maximo Ecclesiae et Reipublicae detrimento fieret.

Eiusdem propositionis partem alteram haec probant: haud sufficit ad Matrimonii contractum consensus in Individuum perpetuaque cohabitationem: nihil enim vetat, quin frater et soror ex contractu perpetuo cohabitent, praesentique sibi obsequia rei familiari et castrae amicitiae adnexa: requiritur igitur consensus in coniugalem vitae societatem: at ea coniugalis societas includit implicite mutuam corporum traditionem ad actum coniugalem exercendum, vbi cum alter a coniugibus exposcerit: ergo.

Ast necessum non est vt consensus eiusmodi pro obiecto expresse habeat carnalem copulam: valeret enim Matrimonium ab eo inirum, qui dum libere profert verba, quibus consensus exprimitur, diceret interius, *nolo tradere meum corpus in ordine ad actum coniugalem*: vt docet Magister Sententiarum. (1)

Insuper, carnalis copula non est essentia contractus matrimonialis,

(1) In iv. Dist. 27.

vt hisce verbis docet Chrysostomus : (2) » Matrimonium non facit » coitus, sed consensus : « neque ergo expressus in copulam consensuum illi contractui essentialis est.

Tertia propositio hanc habet probationem : ea certe est matrimonialis contractus forma, qua ille perficitur, materiam vndequaque determinando : at per verba illa, aut in mutis per signa verba aequalentia, perficitur matrimonialis contractus, illiusque materia plene determinatur ; dantur nimirum et acceptantur corpora coniugum in ordine ad actum coniugalem : ergo.

Quarta demum propositio sic quoad primam partem probatur : id ad quod natura ratione ducta inclinatur, quod insuper a Deo nendum probatur, sed et institutum est, licitum proculdubio ac honestum est : sed ad Matrimonii contractum natura ratione ducta inclinatur, illumque Deus et comprobauit, et instituit : ergo licita et honesta res est.

Deinde : Christus Dominus hunc contractum, quem dicto, tum facto comprobauit : dicto quidem ; nam vt legimus apud Matthaeum cap. xix. interrogatus, an liceret homini dimittere vxorem suam, haud respondit licere, vt respondere debuisset, si coniunctio viri cum vxore post peccatum illicita euasisset ; sed confirmans diuinam institutionem Matrimonii, verbis Geneseos cap. ii. expressam : *propter hoc, inquit, dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit vxori suae, conclusit : quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Facto autem ; scilicet quum nuptiarum celebrationi interfuit : quod animaduertens Augustinus ait : (3) » quod Dominus inuitatus venit ad » nuptias, etiam excepta mystica significatione, confirmare voluit » quod ipse fecit nuptias, « cet.

Praeterea : Paulus in i. ad Corinth. cap. 7. scribit : » vxori vir » debitum reddat, similiter autem et vxor viro si non continent, nubant his autem qui Matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus ; vxorem a viro non discedere » si autem acceperis vxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, non » peccauit qui Matrimonio iungit virginem suam, non peccauit.

Accedit Patrum Traditio : haec enim habet Tertullianus : (4) » non tamen vt aduersanda caeditur sylua, nec vt damnanda secatur » seges, sed vt tempori suo patens. Sic et connubii res non vt mala

(2) Hom. xxxi. in Matth. (3) Tract. ix. in Ioan. (4) Cont. Marc. c. xxxi.

» securem, et falsem admittit sanctitatis, sed vt matura defungi, et » ipsi sanctitati reseruata, cui caedendo praestat et esse. « Et Augustinus : (5) » in nuptiis nuptialia bona diligantur, proles, fides, Sacramento ; sed proles non vt nascatur tantum, verum etiam et re- » nascatur : nascitur namque ad poenam, nisi renascatur ad vitam. « Habet ibidem huius generis plurima.

Suffragatur ratio : honestum enim ac licitum medium illud est, quod necessarium est ad honestum finem debite adsequendum : atqui ad debitam naturae humanae propagationem, quae finis honestus est, necessarius est Matrimonii contractus, nempe viri et foeminae indissolubilis in hunc finem coniunctio : siquidem debita naturae humanae multiplicatio in eo solum consistit, quod ex viri et foeminae congressu proles generetur ; hoc enim modo multiplicatur brutorum natura : sed quod rationali modo multiplicatio illa fiat, scilicet, quod parentes dent proli non solum esse naturale, sed et rationis, inserendo in eis semina bonorum morum, pietatis, et religionis ; et proles timorem reuerentialem et obedientiam potius parentibus quam aliis exhibeant ; quae sane haud obtinerentur, si vagi parentes essent, nec Matrimonii contractu coniuncti. Hac ratione probat S. Thomas : (6) fornicationem, seu vagum concubium malum ac prohibendum esse iure naturali.

Secunda propositionis pars vt demonstretur, ponendum primo loco est ; in mundi exordio, quando nempe multiplicandum erat genus humanum, obligasse omnes Matrimonii praecipitum : vt videtur adseri verbis illis Genes. i : *crescite, et multiplicamini, et replete terram* ; quibus inesse vim praecipiti censent Theologi non ignobiles, aliis contra tenentibus contineri in verbis illis benedictionem. Aperte tamen eiusmodi obligatio ex naturali iure ducitur, quum istud praescribat praecipitum conseruandi et propagandi genus humanum ; quae dum paucissimi homines erant, non potuit haberi nisi coniugii praecipito stante.

Deinde ponendum quoque, obligasse huiusmodi legem toto eo tempore quod proxime consequutum est vniuersale diluuium ; immo et quamdiu Dei populus exiguo clauderetur numero. Ast sufficienter illo populo propagato, non amplius tenebantur singuli ad Matrimonium contrahendum ; quemadmodum exempla Iosue, Eliae, Elisae, Hieremiae ostendunt, qui omnes absque legis diuinae et natura-

(5) Lib. de Nuptiis et Concup. cap. 17. (6) Secund. Sec. qu. cl. iv. art. 2.

turalis infuria coelibes et casti vixerunt, vt animaduertit Hieronymus. (7)

Quibus quidem positis hoc pacto euincitur adsertio: Christus continentiam commendans, vt legimus Matth. xix: inquit: «sunt Euthii, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum Coelorum. Qui potest capere capiat.» Apostolus quoque in 1. ad Corinth. cap. 7. sic loquitur: «qui Matrimonio iungit virginem suam, bene facit; et qui non iungit, melius facit» quibus verbis virginitatem Matrimonio praefert: ergo Christo ipso ac Paulo docentibus coniugii praeceptum in euangelica Lege non obligat aliquem in particulari.

Deinde: Patres virginitatem summo opere commendantes, aperte tradunt, eiusmodi nuptiarum praeceptum singulos non obligare: equidem Nazianzenus edidit carmen egregium in laudem virginitatis: Ambrosius libros tres ad Marcellinam sororem suam misit, qui de eodem argumento agunt: Augustinus integrum librum de virginitatis laudibus conscripsit: eam etiam commendarunt alii Patres saepissime.

Itaque connubii praeceptum apud Christianos pro specie hominum conseruanda generale est; nec tamen quempiam in particulari ad illud seruandum obligat. Peculiariter tamen lege quadam naturae duplex genus hominum necesse est vt Matrimonium contrahant: quorum primum eorum est, qui quum adhuc nuptiarum potestatem habeant, consilium perpetuae continentiae capere non possunt: quum enim post peccatum Matrimonium habeat pro effectu mederi incontinentiae, hi, si alia via continentem esse non possunt, nubere debent, secundum illud Paulli praeceptum in 1. ad Corinth. cap. vii: «propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, et vnaquaeque suum virum habeat.» In altero genere sunt Reges ac Principes, eorumque filii atque filiae. His enim quandoque ob publicum religionis, vel pacis in regno bonum obligatio contrahendi Matrimonium incumbit: velut si ex caelibatu Regis, Reginae, aut filiorum periculum esset, ne eorum regnum aut principatus post eorum mortem ad haereticos transiret, aut infideles; vel alias in Republica bella, aliaue mala forent oritura.

COROLLARIVM.

Tres itaque ob fines Matrimonium diuina auctoritate statutum est. Primo quidem ob generis humani propagationem; deinde ad va-

(7) Lib. 1. adu. Iouinian.

gas

gas libidines coercendas; tandemque, vt vxor sit in adiutorium familiae et domus. Tres istos iustarum nuptiarum fines ipsi Ethnici Philosophi agnouerunt, quemadmodum pluribus demonstrant Grotius et Puffendorfius. Vnde aptissime Matrimonium definiti solet: «viri et mulieris coniunctio indiuiduam vitae consuetudinem continens, aut saltem spectans.»

CAPVT XXVIII.

Argumenta quae dictis obstare videntur, expenduntur: memorato prius quodam Haereticorum errore.

Obuius sane veterum Haereticorum, Saturnini praecipue, Marcionis, Tatiani, Manichaeorum, Encratarum, aliorumque error habetur, nuptias, vt ex se malas, damnantium; siue quia temporalia omnia, non a bono, sed a malo principio credebant; siue quia eo praetextu per promiscuas vagabantur libidines. Quem errorem, famiam sopitum, excitant denuo proximioribus seculis Adamus-Pastor, et David Georgius, volentes mulieres omnes communes. Argumenta quibus hanc haeresim communiri existimant, suo loco et ordine dabimus ac soluemus.

Priorem itaque propositionem haec oppugnant. Primum: contrariatur diuinae institutioni Matrimonii Patrum complurium auctoritas, adserentium, nullum omnino extitisse matrimoniale contractum Adamum innocentem inter et Euan; nullumque futurum deinceps fuisse, si ipsi in gratia steterissent: ait enim Chrysostomus: (1) Dum in ea rerum conditione multiplicaturum humanum genus modo quodam nobis incognito. Augustinus credidit, (2) stantibus in innocentia primis Parentibus, nullos alios homines futuros esse. Et Damascenus voluit, (3) quod licet Adamus non cecidisset, futuri quidem fuissent homines per similem quandam modum, quo in paradiso primus Parens productus est: ex Partibus igitur haud instituit Deus in statu innocentiae matrimonialem vllum contractum.

Secundum: illicitum esse Matrimonium in noua Lege ex eo constat, quod illud ex indugentia tantum, seu venia, concedat Paullus, scribens 1. ad Corinth. vii: «hoc dico secundam indulgentiam, non

Tom. IIII.

Cccc

1152

(1) Hom. xviii. in Gen.

cap. 19.

(2) Lib. 1. de Gen. cont. Manich.

(3) Lib. 2. de Fide Orth. cap. 30.

secundum imperium: «venia autem ex Augustino (4) non nisi peccati sit: non ergo Matrimonium probavit Christus.

Secundae propositioni haec contrariantur. Primum: potest esse Matrimonium absque coniugum consensu: quippe quod absque praeuio consensu vir et mulier mutuum habere possint potestatem in corpora relate ad actum conjugalem; Deo nimirum sic disponente, vt reuera visus est olim disposuisse, quum hisce verbis Oseae praescripserit, vt ad meretricem accederet, *vade, sume tibi uxorem fornicationis, et fac tibi filios fornicationis*: ergo.

Secundum: Principes possunt ciues compellere ad ineundos contractus, a quibus abhorrent quammaxime, quibusue nequaquam consentiunt: Ex. gr. ad vendendum frumentum annona premente, ad militandum etiam cum maximo vitae periculo: ergo inuitos quoque ciues possunt ad contractus matrimoniales compellere, si publicae paci aut incremento religionis expedierit.

Tertium: Innocentius Papa III. (5) sic loquitur: «Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum, sed quantum ad Ecclesiam necessaria sunt verba consensum exprimentia: ergo in foro externo tantum, non autem in foro conscientiae, requiritur consensus, qui signis exprimat.

Quartum: votum interius emissum inducit debitum in foro conscientiae, quamuis exterius expressum non fuerit: ergo et simile debitum importatur per Matrimonium, licet consensus interius latuerit.

Quintum: laudatus Pontifex Summus Innocentius III. (6) definit, Matrimonium inualide fuisse in foro conscientiae contractum a viro, qui vt muliere frueretur, dixerat: «re Ioannes desponsat, quum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem, non credens esse conjugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine.

Sextum: apud Gratianum (7) Augustinus sic loquitur: «non est dubium illam mulierem non pertinere ad Matrimonium (hoc est, non fuisse cum ea verum initum Matrimonium) cum qua docetur non fuisse commixtionem sexus: habere igitur debet matrimonialis consensus expressum in copulam consensum.

Septimum: essentialis est Matrimonio, vt realem Christi cum hu-

(4) In lib. de Peccat. Orig. cap. xxxviii.

(5) Cap. *Fraternitati*.

(6) Lib. iv. Decret. cap. *Tua vos*.

(7) Cap. *Institutum* xxvii. qu. 2. n. 39.

mana natura coniunctionem exhibeat: at haec non exhibetur absque carnali copula: sicut enim per copulam duo sunt in carne vna, seu vna caro, ita ex vnione duplicis in Christo naturae vna resultat persona: ergo.

Octauum: Deipara Virgo verum inuit cum Iosepho Matrimonium, vt docet S. Thomas, (8) post antiquos Patres: atqui Virgo Deipara ne implicite quidem vnquam in actum conjugalem consensit: ille enim consensus repugnat virginitalis voto, quod antea emisserat: ergo ne tacitus quidem in copulam consensus ad Matrimonium essentialiter requiritur.

Postremam propositionem haec oppugnant. Primum: Matrimonium rem illicitam esse Scriptura testatur, scribit siquidem Paullus ad Romanos viii: «qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: quod de illis qui carnali Matrimonii vinculo iuncti sunt, exponit Hieronymus. (9) Insuper Matrimonium impedit, ac remoratur hominem a Coena coelestis Patrisfamilias, secundum illud Luc. xiv: «uxorem duxi, et ideo non possum venire: ergo.

Secundum: Matrimonium multiplici titulo aduersatur rationi: nam primum, Matrimonio coniugati vehementi libidine vt plurimum ardescunt: proinde illis nuptiae occasio peccandi sunt. Praeterea vivit continentes sint, non tamen coniugii opus absque libidine exercent. Insuper, nuptiae causa peccati originalis sunt, quod generatione carnali contrahitur; ideoque aut malae sunt, vt aiebant Manichaei et Encratitae; aut Adae posteris non contrahunt peccatum originale, vt dogmatizabant Coelestinus et Pelagius. Similiter, si Matrimonium in hoc statu in remedium incontinentiae incurdum est, qui eo vtuntur, saltem venialiter peccant, quum ipsam incontinentiam expleant. Ad haec: nequit esse omnino innoxium, quod in lege veteti explabatur purificatione. Postremo: si coniugii opus potest sine culpa esse, peccat homo de actu illo verecundatur? Nemo enim verecundatur nisi de re turpi.

Tertium: videtur Matrimonium fuisse omnibus a Deo praecipitum verbis illis Gen. cap. 1: «crescite, et multiplicamini, et replete terram.» Quibus verbis continetur praecipitum, docet S. Thomas: (10) igitur Matrimonium cadit sub praecipito, quo omnes omnino adstringuntur.

Cccc 2

Quar-

(8) III. Part. qu. xxviii. art. 4.

(9) Lib. ii. contra Iovinian.

(10) In Supp. qu. xli. art. 2. ad 1.

Quartum : Apostolus in 1. ad Corinth. 7. sic loquitur : » si non se continent, nubant ; melius enim est nubere quam vri : « arqui nemo potest certo scire, an habeat continentiae donum ; immo quibusdam vix est possibile contineri : ergo.

Quintum : euenire potest casus, quod omnes velint a coniugio abstinere ; sed tunc mundus periret : ergo.

Haud tamen difficile est omnia haec dissolueret. Itaque primum argumentum aduersus primam adsertionem productum, hanc habet solutionem : reapse laudatos in argumento Patres id quod obicitur, propugnantur : verum contraria est aliorum omnium sententia vnanimis, quam et Augustinus, retractata priore, in posterioribus suis libris, scilicet in xiv. de Ciuit. Dei, (11) et in 1. Retract. (12) constanter adseruit. Nec sunt alicuius momenti rationes, quibus in suae opinionis defensionem vrebantur illi Patres. Primo siquidem, haud fuisset inconueniens, vt existimant, quod per commixtionem coniugum violata fuisset virginitas sancta secundum integritatem materni vteri. Deinde dici cum Augustino potest, (13) futuram fuisse in foeminis paruenibus vteri materni relaxationem absque carnea integritatis detrimento. Insuper libido, quae nunc actum coniugalem comitatur, non exiisset in Adamo, aut eius posteris innocentibus : est etenim poena peccati.

Ad secundum respondet Augustinus scribens : (14) » non nuptias, sed illum concubitus secundum veniam concedit, qui fit per continentiam, non sola causa procreandi, et aliquando nulla causa procreandi ; quem nuptiae non fieri cogunt, sed ignosci imperant. «

Ad primum eorum, quae aduersus secundam adsertionem fluere obiecta, respondemus : eo in casu factam viro potestatem accedendi ad mulierem, efficere quidem ne peccet, at non constituere Matrimonium. Porro Deum eam potestatem aliquando fecisse colligi ex Osee exemplo non potest : quum enim omnia suauiter disponat, verisimile est ipsum, quum Prophetas, tum meterefcis animos inclinasse, vt ante copulam in Matrimonium consentirent. Neque obstat, quod filios ex ea procreatos fornicationis filios Scriptura adpeller ; siquidem nomen illud sortiti sunt ex turpitudine, qua mater sorduebat, antequam cum Propheta nuberet.

Ad secundum dicendum : eo sensu posse Principes compellere

(11) Cap. xlv.

(12) Cap. x. xiii. et xix.

(13) Lib. xiv. de Ciuit. Dei cap. 26.

(14) In lib. de Bon. Coniug. cap. 10.

ciues ad Matrimonium, quod possint imperare vt in illud consentiant quemadmodum in casu argumenti iubere possunt, vt in frumenti venditionem consentiant, seu vt in eant venditionis contractum ; quem tamen, sublato Principis mandato, inire detrectarent.

Tertii illatio neganda est ; quoniam vbi Innocentius definit, quantum ad Ecclesiam requiri verba, quae internum consensum expriment, de iis agit, qui loqui possunt, atque praeter nutus et signa, verba ab Ecclesia requiri ; ne scilicet detur locus litibus, quae ex signis, alioquin acquiuocis, oriri possent. Eum vero esse Innocentii sensum colligitur ex his quae subiungit : *nam surdi et muti possunt contrahere Matrimonium per consensum mutuum sine verbis, scilicet per nutus.*

Et quarti etiam illatio neganda est : quia Deus, cui corda patent, acceptat votum interius emissum : at homines, qui exteriora tantum vident, consensum, qui mere internus est, acceptare non possunt.

Ad quantum responderet : in adolescente, de quo consultus fuerat Innocentius Papa III, non fuisse consensum in verba contractum matrimonialem exprimentia : credebatur enim adolescens ille matrimonialem contractum non exprimi per verba quae ab ipso proferebantur, immo contrarium arbitrabatur : vnde mirandum non est, quod inualide contraxerit.

Sextum sic dissoluitur : Gratianus immerito adscribit Augustino memoratum textum. Verum cuiuscumque textus ille sit, hoc vnum docet, mulierem de qua loquitur, non pertinere ad Matrimonium sumtum secundum accidentalem perfectionem in prolis generatione positam, tametsi pertineat ad Matrimonium penes id quod essentiali ipsi est, nempe mutuum coniugum in corpora potestatem.

Septimum duplici hac via enodatur. Prima : persuasum esse pluribus post S. Thomam Theologis Mariam non emisisse absolutum votum virginitatis, antequam Iosepho tradita in Matrimonium fuisset, sed postea tantum ; et quidem de illius consensu. Secunda via est : Auctores quibus placet, absolutum B. Mariae votum praecessisse illius Matrimonium, contendunt, Virginem Beatissimam per reuelationem didicisse, Iosephum Sponsum numquam ab ea petiturum coniugale debirum ; sed quia, vt scribit Augustinus ; (15) hoc Israhaitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non

(15) In lib. de S. Virginitate cap. 4.

»violenter ablaturo, sed potius contra violenter custodituro quod illa iam vouerat.«

Primum tertii ordinis soluitur dicendo: Paullum loqui de illis, qui in carne secundum carnem viuunt, uon secundum spiritum: nempe de illis qui coniugali copulae nimium indulgentes, de iis quae spiritus sunt, non cogitant. Atque de eiusmodi loquitur Hieronymus: *nimirum de iis, qui seruiunt coniugali officio: aliud siquidem est officio coniugali vri, aliud et seruire.*

Deinde: dictum ab Apostolo est remorari hominem per Matrimonium a Coena Patrisfamilias ob impedimenta, quibus coniugati saepe abstrahuntur a rerum diuinarum cogitatione: etenim vt in I. ad Corinth. loquitur: »qui . . . cum vxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat vxori, et diuisus est.« Quod tamen non fit coniugii vitio.

At David verbis illis intellexit iniquitatem et peccatum, non quidem matris concipientis, aut Patris generantis, sed eius qui concipitur, quoniam in originali peccato concipitur; vri intellexere Concilia et Patres: qui si quando etiam de Parentum iniquitate et peccato exposuerunt, peccatum pro concupiscentia sumserunt; quo sensu acceptum fuisse a Paulo exponit Synodus Tridentina. (16)

Secundum argumentum facillime diluitur. Ad primum quidem dicimus: in iis qui vehementiori libidine ardent, nuptias potius esse repagulum, ne labantur in fornicationes et impudicitias alias morifera culpa, quam cupiditatis effrenis explendae incentiuum: hinc si quis intemperantiam non cohibens, muliere sibi nupta abutatur, id coniugum incontinentiae, non autem honestati nuptiarum adscribendum esse.

Secundo reponimus: longe aliud esse vri coniugio cum delectatione carnali, propter officium vitae, aliud id agere propter seruitutem concupiscentiae: illud sane, non istud proprium nuptiarum est.

Tertium sic solutum esto ex alibi dictis: nuptiae ad generationem tantum et ad naturae humanae propagationem fuisse institutas, proindeque earum finem bonum esse. Quid vero si generatione contrahitur peccatum originale? In causa est voluntaria primi hominis transgressio, neutquam nuptiae.

Soluitur et hoc pacto quod sequitur: nam nuptiarum finis filiorum

(16) Sess. v. Can. 5.

rum procreatio est, non incontinentia; licet conjugatorum incontinentia veniam aliquam atque indulgentiam habeat.

Illud autem quod additum fuit, Augustinus soluit dicens: (17) in veteri Lege fuisse multa Sacramenta et umbras futurorum; et in semine, quod est quaedam materialis informitas, significatam fuisse vitam informem et ineruditam, quam oporteat doctrinae forma et eruditione mundari: atque in huius rei signum praeceptam purificationem fuisse post seminis emissionem.

Postremum sic S. Thomas diluit: (18) »turpitudine illa, quae semper est in actu matrimoniali, et erubescitiam facit, est turpitudine poenae, et non culpae; quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.«

Ad tertium argumentum dicimus ex S. Thoma: (19) allata verba, si praeceptum contineant, non tamen tale illud est, quod obliget unquamque, nisi illo tempore quo paucitas hominum exigebat, ut quilibet generationi vacaret. Ast communiter dicitur, eiusmodi verba non continere praeceptum, quum bestiis etiam dicta sint; quae sane incapaces praecepti sunt.

Quarti responsio est: necessarium non esse, vt quis continentiam profiteatur, scire se continentiae donum habere; sed satis esse, vt sciat hoc esse in potestate hominis diuina excitati gratia atque adiuti; Deumque illud recte petentibus non denegare, neque pati, vt supra id quod possumus, tenemur, vt docet Synodus Tridentina. (20) Locus autem Apostoli probat, eos qui adhuc liberi sunt, nec alia via continere se possunt, teneri quacrer per Matrimonium suae incontinentiae remedium.

Quantum tandem multiplicem solutionem habet. Primam offert Hieronymus Iouiniano respondens: »noli metuere, ne omnes virgines fiant. Difficilis res est uirginitas: et ideo rara, quia difficilis.« Secunda est Augustini scribentis: (21) »noni quid murmurent. Quid si, ingulunt, omnes homines velint ab omni concubitu continere, unde subsistet genus humanum? Qui quidem instantiae respondet: »vnam omnes hoc vellent, dumtaxat in charitate ac corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta: multo citius Dei ciuitas compleretur, et acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari

(17) Lib. de Bon. Coniug. cap. 20.

(20) Sess. xxiv. Can. 9.

(18) In Supp. qu. XLIX. art. 4. ad 4.

(21) Lib. de Bon. Coniug. cap. 10.

(19) Ibid. qu. XXI. art. 2. ad 1.

»adparet Apostolum, quum ait: vellem omnes esse sicut me ipsum? . . . Vnde mihi videtur hoc tempore solos eos, qui non se continent, coniugari oportere. « Augustinus, haud euenturum propositum casum, nisi quum adueniet finis mundi, et electorum numerus fuerit completus. Allam etiam solutionem tradit S. Thomas. (22)

CAPVT XXIX.

De Matrimonio ad Sacramenti dignitatem euecto.

Euangelicae Legis Matrimonium veri nominis Sacramentum est.

Probant nonnulli stabilitam propositionem hac Apostoli sententia ad Ephesios v: »Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia: necnon et verbis illis, quae ibi etiam profert: »viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea. « Probant alii ex verbis illis eiusdem Pauli in 1. ad Timoth. 2: »saluabitur autem (mulier) per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate. « Alii tandem ex alia Apostoli sententia in 1. ad Corinth. 7: »vnusquisque donum suum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius autem sic. «

Verum haud efficaciter ex adductis testimoniis illam probari existimant alii: quod sentiunt Estius (1) ac Iuuenius; (2) licet ad Sacramenti gratiam Paulus respexerit: vnde nec Catechismus ad Parochos, nec Concilium Tridentinum illis testimoniis vtuntur, dum in Sacramenti huius doctrina tradenda versantur. Adhibet quippe Sacra Synodus caput v. Epistolae ad Ephesios, vt probe Christus gratiam, quae coniuges sanctificat, nobis sua Passione fuisse promeritum, sed non dicit Apostolum innuere gratiam illam per Matrimonium produci, vt ex ipsius Tridentinae Synodi verbis constat. (3)

Itaque ex vniuersali Ecclesiae Traditione aptius propositio demonstrabitur sub hac forma: constans est et vnaanimis Patrum doctrina, Christum quum adfuit nuptiis, quae Ioan. cap. ii. in Cana ce-

(22) Quaest. xli. Supp. art. 2. ad 4.
(1) In iv. Dist. 26.

(2) Dissert. xi. qu. 1. cap. 2.
(3) Sess. xxv.

lebratae referuntur, Matrimonium benedixisse, seu vt hominem, bene eis precatum fuisse, et vt Deum ipsi gratiam adiunxisse: scribit siquidem Cyrillus Alexandrinus: (4) »Christum sanctificasse coniugium, et gratiam nuptiis praeparasse, vt aditus hominum in haec »vita benediceretur. « Eam quoque benedictionem recenser Epiphanius, (5) vbi haec habet: »quomodo enim non erunt venerabiles »nuptiae, et in Deo habentes regnum coelorum, quum vocatus sit »Saluator ipse ad nuptias, vt nuptias benediceret. « Augustinus tandem plurima scribit, quibus catholica veritas demonstratur. Non semel de bono coniugali loquens, Matrimonium vocat Sacramenti nomine: ait siquidem: (6) »propterea Sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad vnum virum et vnam uxorem redactum est. . . . »Sacramentum nuptiarum singularum temporis nostri significat vnitatem omnium nostrum subiectam Deo futuram in vna coelesti ciuitate. «

Accedunt Ecclesiasticae definitiones. Ac missis Conciliis Veronensi ac Lateranensi, Synodus Constantiensis tanquam certum suppositum septem esse nouae legis Sacramenta, proindeque Matrimonium his accenseri. Concilium itidem Florentinum et Eugenius IV. in Armenorum instructione Matrimonium numerant inter septem nouae legis Sacramenta, ac de singulis decernunt, quod gratiam contineant, eamque eo, quo par est, modo dispositis conferant. Postremo: Synodus Tridentina, praeter alia plurima, hoc etiam momentum exhibet, definiens: (7) »si quis dixerit, Matrimonium non esse verum et proprie vnum ex septem Legis euangelicae Sacramentis a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, »neque gratiam conferre; anathema sit. «

APPENDIX.

Quandam vero Matrimonii Sacramentum Christus instituerit, non nisi probabiliter constitui potest. Ac quidem tunc illud instituisse, eique vim gratiae operatricem contulisse, probabilius iudicamus, quum Matth. xix. dixit: »iam non sunt duo, sed vna caro: quod »ergo Deus coniunxit, homo non separet. « Quibus sane verbis et dignitatem et indissolubilitatem ei consulit, seu verius restituit Matrimonio, quae Matrimonio in ratione Sacramenti sunt essentialia. Ast

Tom. III.

Dddd

pro;

(4) Lib. ii. in Ioan. cap. 22,

(6) Cap. xviii.

(5) Haer. lxxvii.

(7) Sess. vii. Can. 1.

probabile quoque censemus, institutum tunc, vel saltem praesignatum fuisse, quando Christus Ioannis II. praesentia sua nuptiis interfuit, eis benedixit, easque primo suorum miraculorum illustravit. Hinc Cyrillus (8) Christum ad nuptias profectum dicit: »vi natiuitatis nostrae principium, quantum ad carnem attinet, hoc est »Matrimonium, sanctificaret.«

CAPVT XXX.

Haereticorum errorem prodit, argumentaque dispellit.

Negarunt Matrimonium esse nouae legis Sacramentum Haeretici omnes, qui quondam diuinam nuptiarum institutionem inficlati sunt, quos inter praecipue numerantur Armeni. Inter eos vero, qui ipsas nuptias a Deo institutas fuisse confessi sunt, nonnulli proximioribus seculis contenderunt eas non esse Sacramentum etiam late sumtum. Aderunt alii contineri quidem illis aliquid Mysteriorum, sed adnexam eisdem non esse gratiae promissionem, proindeque non esse illas veri nominis Sacramentum. Vtrumque illum errorem propugnarunt Lutherus (1) et Caluinus: (2) qui et docuit, Sacramenti rationem non magis Matrimonio contineri, quam agriculturae, aut sutoriae arti.

Quibus vero argumentis error hic communiti videtur? His scilicet. Primum: constans semper non fuit Traditio, quod Matrimonium sit Sacramentum nouae legis: nam Magister Sententiarum, seculo XI. labente, negauit eo gratiam sanctificantem produci: scribit nempe: (3) »alia remedia contra peccatum praebent, et gratiam adiutricem conferunt, vt Baptismus: alia in remedium tantum sunt, vt coniugium; alia gratia et virtute nos fulciunt, vt »Eucharistia et Ordo.« Ac S. Thomas in sententias scribens, tunc quidem Dogma quo docetur Matrimonium esse proprie dictum Sacramentum nouae legis, sed tantum vt opinionem probabiliorum negatiua. Durandus quoque conceptis terminis negat Matrimonium esse nouae legis Sacramentum.

Secundum: in Matrimonio desiderantur quandoque illa tria, quae ad

(8) Lib. II. in Ioan.

(2) Lib. IV. Instit. cap. 19.

(1) Lib. de Capt. Babyf. cap. de Matrim.

(3) Lib. IV. Sent. dist. 2.

ad Sacramentum constituendum a Catholicis requiruntur; scilicet, materia, forma, et intentio: etenim Matrimonium contrahitur solo viri mulierisque consensu, nullo elemento, nullo materiali signo adhibito: interdum etiam inuit per nutus, nulla facta verborum expressione; ac licet contrahatur absque intentione faciendi quod facit Ecclesia Christi, ratum tamen erit atque firmissimum. Praeterea, interdum ab Ecclesia mutantur, quae ad Matrimonii substantiam pertinent; quum Ecclesiae definitionibus irrita sint coniugia clandestina, vt et quae in certo consanguinitatis gradu contrahuntur: ergo.

Tertium: Matrimonium nullam producit gratiam: nam si gratia Matrimonio conferretur, pactum quod de dote a contrahentibus fitur, simoniacum foret; quemadmodum simoniacum est si quod in reliquis Sacramentis intrerueniat. Deinde: a Sacramento eiusque gratia nemo est repellendus: quum tamen a contrahendo Matrimonio Ecclesia sacras Virgines, Monachos, sacrisque Ordinationibus initiatos repellat. Praeterea: Matrimonium non confert primam gratiam, quum non sit Sacramentum mortuorum; neque secundam, seu gratiae augmentum; alioquin Matrimonium excellentius esset continentia, quum haec nullam omnino gratiam conferat: non ergo est veri nominis Sacramentum.

Quartum: vnum Sacramentum haud pugnat cum alio: at Matrimonium cum Sacerdotio secundum Catholicos pugnat: ergo vel Sacerdotium, vel Matrimonium Sacramentum non est.

Quintum: habet Sacramentum ex diuina institutione Christi supernaturalem significationem: sed Matrimonium significationem solum humanam et naturalem habet: neque enim Christianorum Matrimonium a Matrimonio differt Ethnicorum: ergo.

Sextum: Sacramenta gratiam conferunt dum perficiuntur: at Matrimonium non illam causat dum carnalis copula exercetur, qua perficitur: ergo.

Sed in promptu est horum solutio. Ad primum igitur respondendum: seculis quibus laudati Auctores scripserunt, credidisse Ecclesiam Matrimonium esse nouae legis Sacramentum ex Traditione, non quidem explicita, sed implicita tantum, quam postea clare, quum Florentina, tum Tridentina Synodus explicuere: adeo vt quod defectu explicitae definitionis Articulus Fidei non erat, accedente deinceps ea explicita definitione tanquam Fidei articulus propositum fuit,

Secundi solutio est : ea Matrimonia , quae ubi non obtiner discipli-
plina a Tridentino inuicta , aut nunc fiunt , aut olim facta sunt abs-
que debitis materia , forma , atque intentione , fuisse quidem ciuiles
contractus , qui nexum parerent indissolubilem , non ita fuisse Sacra-
menta , quae gratiam conferrent : sunt enim materia huiusce Sacra-
menti contrahentium actus signis exterioribus expressi , quibus mi-
nistri intentio accedat opus est ut Sacramentum habeatur. Neque
vero Ecclesia damnans clandestina coniugia Matrimonique impedi-
menta statuens , Sacramenti substantiam inmutauit , sed declarauit ac
determinauit , quid opus sit , ut contractus sint rati , et personae le-
gitime contrahant : quod forsitan enodatus infra dicitur.

Ad tertium dicendum ex S. Thoma : (4) » Matrimonium non so-
lum est Ecclesiae Sacramentum , sed etiam naturae officium : et ideo
» dare pecuniam pro Matrimonio , in quantum est naturae officium ,
(seu contractus a natura insitutus) » illicitum est : in quantum vero
» est Ecclesiae Sacramentum , est illicitum. «

Quod insuper additum fuit sic explicatur : qui ab Ecclesia a con-
iugijs arcentur , non ideo arcentur , quod Matrimonii Sacramentum
gratiam non conferat , sed quia ut in officium naturae est , secum ad-
fert impedimenta Dominum obsecrandi , rerumque terrenarum cu-
ram atque sollicitudinem : illi insuper , qui monasticam et clericam
vitam eligunt , ea gratia non indigent , quae coniugibus confere-
tur ad Matrimonii onera pie sancteque obeunda.

Postremum uerbo soluitur : Matrimonium , sicut et cetera quae
dicuntur uisuum Sacramenta , per se secundam gratiam producere ,
per accidens uero primam : nec inde arguitur tamen Matrimonium
Coelibatu excellentius esse : aliud quippe est statum cum statu com-
parare , aliud statum cum Sacramento : unde continentiae status per-
fectior est statu Matrimonii : maioris nimirum gratiae et meriti , di-
cente Paulo in 1. ad Corinth. 7 : » qui nubit , bene facit : et qui non
» nubit , melius facit. «

Quarti argumenti hoc esto responsum : opponitur Matrimonium
Sacerdotio , non ut Sacramenti certe , sed statui Ecclesiae Latinae
requiritis continentiae statum ad decentius tractanda sacra : status
enim et usus coniugii maximum Sacerdotalibus functionibus impedi-
mentum adfert , secundum illud Apostoli dictum 1. ad Corinth. 7 : » qui
» au-

(4) Sec. Secund. quaest. C. art. 2. ad 6.

» autem cum uxore est , sollicitus est quae sunt mundi : quomodo
» placeat uxori , et diuisus est. «

Quintum uerissimum censemus , spectata tantum in Matrimonio
contractus humani ratione : sic enim significat uice unionem maris
et foeminae ad generandum prolem : in quo Christianorum Matrimo-
nium cum Matrimonio Ethnicorum conuenit : ceterum habet insuper
Christianorum Matrimonium rationem expressioris significationis con-
iunctionis Christi cum Ecclesia , quae supernaturalis est , quaeque
omnimodam animorum indissolubilitatem significat ac efficit , quam
non habet Ethnicorum Matrimonium.

Sextum hanc habet intelligentiam : conferunt Sacramenta gra-
tiam , dum perficiuntur in suis intrinsicis , nempe dum ponitur ma-
teria et forma : copula autem carnalis , etsi dicatur Matrimonii con-
summatio , illud tamen non perficit intrinsece et essentialiter : ut
enim ex dictis constat , uerus est contractus , uerumque Sacramen-
tum , tametsi copula non sequatur : sed dicitur tantummodo consum-
matio , quoniam reddit Matrimonium amplius indissolubile : perfec-
tiusque significat coniunctionem Christi cum Ecclesia.

CAPVT XXXI.

*Huius Sacramenti materiam , formam , atque Ministrum
designat.*

Est materia Sacramenti Matrimonii legitimus contrac-
tus ciuilis.

Forma uero haec , aut similia uerba : *ego uos in Ma-
trimonium coniungo* , ceter.

Minister tandem solus Sacerdos.

Prima propositio sic breuiter euincitur : S. Thomas in Sententias
scribens , (1) sic loquitur : » Sacramentum Matrimonii perficitur per
» actum eius , qui Sacramento illo utitur , sicut Poenitentia : et ideo
» sicut Poenitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui
» subiectos , qui sunt loco materialis elementum : ita est de Matrimonio. «

Et

(1) In 1v. Dist. 26.

Et in Summa Theologica : (2) » in aliis autem Sacramentis, quae habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sunt loco materiae, ut accidit in Poenitentia et Matrimonio. « Ex quibus haec exurgit ratio : legitimus contractus ciuilibus constat ex actibus, quibus contrahentes mutuum secundum leges in nuptias consensum expriment : atqui si actus sunt materia ex qua constat Matrimonii Sacramentum : siquidem id haberetur materiae loco quod accedente forma gratiam producit, sic autem se habere actus, quibus contrahentes mutuum secundum leges in nuptias consensum expriment, euincitur ex eo, quod sese habeant in Sacramento Matrimonii sicut actus poenitentis in Sacramento Poenitentiae : ergo.

Secundam propositionem haec probant. Primo quidem, ea est Sacramenti forma, quae primum illius effectum exprimit : atqui sic se habent Sacerdotis verba ; nam clare expriment spiritualem nexum ex Matrimonio resultantem ; adeo ut eorum sensus sit : » ego Sacramentum coniunctionis vobis impertior, et quantum quidem in me est, ex potestate mihi concessa, non solum corpore, sed et animo vos coniungo : « ergo.

Deinde Concilium Coloniense, anno 1536 habitum, aperte huius sententiae fauet, haec proferens : (3) » quod Sacramentum, si quis, sicut decet acceperit, accedente Sacerdotali precatione, confert donum Spiritus, quo vir diligit uxorem amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiam ; mulier vicissim propter Christum amet, reuereturque virum suum ut Dominum ; uterque liberos, si dentur, summa cura instituant ad christianam pietatem. «

Huc adduci possent nonnulla Concilii Tridentini loca, argumenta etiam omnia, quibus mox probabitur Matrimonii ministerium esse Sacerdotem.

Tertia propositio probatur a Cl. Theologo Melchiore Cano, Synio, ac Estio, his argumentis. Primum ; Concilium Carthaginense IV. (4) praescribit, ut Sponsus et Sponsa a Sacerdote benedicantur. Idem intungit Epistola Decretalis Euaristo Papae adscripta ; meminit et illius Stricium Papa. (5) Atque eiusmodi benedictionem esse essentiali Sacramento ex eo constat, quod Patres gratiae sanctificantis productionem eidem adscripserint ; vixque, si accidentaliter ceremonia

(2) III. Part. qu. lxxxiv. art. 1. ad 1.

(3) Part. 7. cap. 49.

(4) Can. xliii.

(5) Epist. 1. cap. 4.

reputetur, ostendi poterit contra Sectarios Matrimonium esse proprie dictum nouae legis Sacramentum.

Secundum : Sacra Synodus Tridentina haec habet : (6) » Parochus, viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat : ego vos in Matrimonium coniungo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti : vel aliis utatur verbis iuxta receptum vnuscuusque prouinciae ritum. « Ex quibus Concilii verbis haec eruitur argumentatio : id efficit Parochus, quod verbis quae profert, se efficere adserit, alioquin falsum enuntiaret : atqui adfirmat se virum et mulierem coniungere in Matrimonium, quatenus Sacramentum est ; siquidem quum iam per mutuum consensum initus sit contractus Matrimonii, non potest Sacerdos partes coniungere in Matrimonium, prout est contractus : ergo.

Tertium : ex Conciliis Prouincialibus, quae paulo ante, et immediate post Tridentinam generalem Synodum celebrata sunt, hoc habet Coloniense, anni 1536 in Matrimonio » accedente Sacerdotali precatione dari donum Spiritus, quo vir diligit uxorem amore casto, « cet. Habent similia Concilium Cameracense anni 1567. (7) S. Carolus in Actis Ecclesiae Mediolanensis : (8) antiqui insuper ac recentes libri Rituales ; praecipue Sacerdotalis Romanum, quod anno 1494 collegit Albertus Castellanus ex Praedicatorum Ordine, et Manuale Iprensae anno 1576 collectum.

Accedunt argumenta e ratione ducta ; nempe : si Sacerdos non sit minister Sacramenti Matrimonii, id officii necessario contrahentibus competet : at contrahentibus competere nequit ; equidem si competet, dicendum primo foret, aliquod Sacramentum esse a cuius dispensatione iure diuino excluduntur ii, quos Apostolus Mysteriorum Dei dispensatores vocat ; dein et dicendum esset, coniugii formam, si in muris, ut plerumque aduersarii supponunt, sit Sacramentum, positam esse in ritibus, seu signis, quibus internum suum consensum expriment, non autem in verbis, quae tamen expresse ad cuiuslibet Sacramenti valorem Eugenius Papa IV. requirit in Decreto pro Armenorum instructione : immo concludi poterit ipsam carnalem copulam ante Concilii Tridentini tempora, quin et hac quoque aetate, vbi Concilium illud non est promulgatum, fuisse ac esse Sacramenti Matrimonii formam, vbi nimirum per subsequentem copulam sponsalia transibant, vel adhuc in Matrimonium transeunt : ea enim

(6) Sess. xxiv. cap. 1. (7) Cap. 1. de Matrim. (8) Part. iv. §. 1.

copula sufficiens erat praeteriti ac praesentis consensus testimonium: id vero perquam absurdum esse intelligitur ex Augustino dicente: "Sacramentorum formas castissimas esse, nonnihilque Mysteriorum contine-
"re."

Sed et dicendum tandem foret; conferti, ut plurimum, Sacramentum Matrimonii absque intentione faciendi quod facit Ecclesiae: nam paucos ex his qui contrahunt, reperire est, qui comparti Sacramentum conferre proponat: praesertim quum Ecclesia nullibi Parochos moneat ut fideles doceant, requiri in eis, quum nuptias contrahunt, intentionem huiusmodi.

Addendum his probationibus, Romanos Pontifices nostrae sententiae in praxi adhaesisse visos esse, quum Catholicos dispensarunt, ut cum haereticis nubere: etenim si contrahentes sint Matrimonii Sacramenti ministri, pars catholica conferet Sacramentum parti haereticae; quamvis adserat pars haeretica se suam amare haeresim; ipsaque catholica pars ab haeretica Sacramentum recipiet: quod quidem, etiam dispensatione Pontificia stante, illicitum prorsus est, quum veritum iure Diuino sit dare sanctum canibus, aut ab eis, citra extremam necessitatem, accipere: contra, si Sacerdos sit minister Sacramenti Matrimonii, haud difficile intelligitur, dispensationes illas nequaquam cum iure Diuino pugnare; quippe quae ubi citra Sacerdotis ministerium pars catholica cum haeretica nuber, nec dabit, nec recipiet Sacramentum proprie dictum, seu quod gratiam conferat, sed merum naturalem ac civilem inhibet contractum.

CAPVT XXXII.

Theologorum ex opposito sententiarum argumentis occurrit.

Ac duae quidem priores adseritiones nuper firmatae nullo sane argumento oppugnari valent, quod alicuius roboris sit: quae enim nonnulli obiciunt, quum ex eo, quod in noua Lege Matrimonium valere non possit tanquam contractus civilis, quin valeat etiam tanquam Sacramentum proprie dicitur; quum ex Eugenii Papae IV. Decreto pro Armenis instruendis, atque ex Tridentinorum Patrum doctrinas apertissime ex his solentur, quae in soluendis argumentationibus aduersus tertiam propositionem mox producendis dicenda multis erunt si prius tamen nonnihil de opinione contradicente historice dixerimus.

Haud

Haud diffitebimur quidem Theologorum fere omnium antiquorum sententiam fuisse, ministros huius Sacramenti esse contrahentes, Sacerdotis vero benedictionem verbaque esse sacramentale quoddam, ritumque ad Sacramenti substantiam minime pertinentem; vno forsitan ex antiquioribus excepto, scilicet Guillelmo Parisiensi, qui non tantum requirit ad hoc Sacramentum dixerit, ut nuptialis benedictio non contemnatur, sed et aperte negauerit, Matrimonium veri nominis Sacramentum esse, atque sacramentalem virtutem habere, nisi Sacerdotali ministerio fuerit consecratum. At S. Thomam velut huius opinionis egregium Patronum vociferari, haud patienter ferre possumus; quinimo contrarium euincere posse speramus, dum ad argumentorum enodationem ventum erit.

Itaque hoc tantum hic aduersarios, siue Theologi illi sint, siue Canonistae, admonere necesse ducimus, ut sapientissimum Pontificem Benedictum XIV legant, (1) ubi hanc versat controuersiam, quo temperatores in censuris theologicis ferendis fiant, atque amplius obstrepere, reclamare, et tumultu omnia miscere non audeant; sed argumentationes suas pacate prudenterque producere.

Haec vero sunt potissima eorum momenta. Primum: Sacerdos non est secundarum nuptiarum minister: vetatur nimirum in Concilio Neocaesariensi ne iis se praesentem sistat: (2) at secundae nuptiae sunt proprie dictum Sacramentum: ergo.

Secundum: Innocentius Papa III (3) declarat, Matrimonium quod infideles inierint, esse Matrimonium verum; ipsum tamen non esse indissolubile omnino. Declarat deinde, initum a fidelibus Matrimonium esse verum, omnique in casu indissolubile: quae utraque declaratio hoc innititur principio, quod nempe infidelium Matrimonium Sacramentum non sit, quum contra constet contractum a fidelibus esse vere et proprie dictum Sacramentum.

Tertium: Eugenius Papa IV haec habet: (4) "causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti; at consensus ille a contrahentibus exprimitur: contrahentes igitur sunt causa efficiens Matrimonii: sed causa efficiens Matrimonii ac minister idem sunt: ergo."

Quartum: nonnulla leguntur in Concilio Tridentino, quae vix, ac ne vix quidem, cum sententia tenente Sacerdotem esse Sacramentum. IIII. Eccc

(1) Lib. viii. de Syn. Dioc. cap. 12

(2) Can. viii.

(3) Cap. Quanto de diuortii.

(4) In Decreto vniuers.

copula sufficiens erat praeteriti ac praesentis consensus testimonium: id vero perquam absurdum esse intelligitur ex Augustino dicente: "Sacramentorum formas castissimas esse, nonnihilque Mysteriorum contine-
"re."

Sed et dicendum tandem foret; conferti, ut plurimum, Sacramentum Matrimonii absque intentione faciendi quod facit Ecclesiae: nam paucos ex his qui contrahunt, reperire est, qui comparti Sacramentum conferre proponat: praesertim quum Ecclesia nullibi Parochos moneat ut fideles doceant, requiri in eis, quum nuptias contrahunt, intentionem huiusmodi.

Addendum his probationibus, Romanos Pontifices nostrae sententiae in praxi adhaesisse visos esse, quum Catholicos dispensarunt, ut cum haereticis nubere: etenim si contrahentes sint Matrimonii Sacramenti ministri, pars catholica conferet Sacramentum parti haereticae; quamvis adserat pars haeretica se suam amare haeresim; ipsaque catholica pars ab haeretica Sacramentum recipiet: quod quidem, etiam dispensatione Pontificia stante, illicitum prorsus est, quum veritum iure Divino sit dare sanctum canibus, aut ab eis, citra extremam necessitatem, accipere: contra, si Sacerdos sit minister Sacramenti Matrimonii, haud difficile intelligitur, dispensationes illas neutiquam cum iure Divino pugnare; quippe quae ubi citra Sacerdotis ministerium pars catholica cum haeretica nuber, nec dabit, nec recipiet Sacramentum proprie dictum, seu quod gratiam conferat, sed merum naturalem ac civilem inhibet contractum.

CAPVT XXXII.

Theologorum ex opposito sententiarum argumentis occurrit.

Ac duae quidem priores adseritiones nuper firmatae nullo sane argumento oppugnari valent, quod alicuius roboris sit: quae enim nonnulli obiciunt, quum ex eo, quod in noua Lege Matrimonium valere non possit tanquam contractus civilis, quin valeat etiam tanquam Sacramentum proprie dicitur; quum ex Eugenii Papae IV. Decreto pro Armenis instruendis, atque ex Tridentinorum Patrum doctrinas apertissime ex his solentur, quae in soluendis argumentationibus aduersus tertiam propositionem mox producendis dicenda multis erunt si prius tamen nonnihil de opinione contradicente historice dixerimus.

Haud

Haud diffitebimur quidem Theologorum fere omnium antiquorum sententiam fuisse, ministros huius Sacramenti esse contrahentes, Sacerdotis vero benedictionem verbaque esse sacramentale quoddam, ritumque ad Sacramenti substantiam minime pertinentem; vno forsitan ex antiquioribus excepto, scilicet Guillelmo Parisiensi, qui non tantum requirit ad hoc Sacramentum dixerit, ut nuptialis benedictio non contemnatur, sed et aperte negauerit, Matrimonium veri nominis Sacramentum esse, atque sacramentalem virtutem habere, nisi Sacerdotali ministerio fuerit consecratum. At S. Thomam velut huius opinionis egregium Patronum vociferari, haud patienter ferre possumus; quinimo contrarium euincere posse speramus, dum ad argumentorum enodationem ventum erit.

Itaque hoc tantum hic aduersarios, siue Theologi illi sint, siue Canonistae, admonere necessum ducimus, ut sapientissimum Pontificem Benedictum XIV legant, (1) ubi hanc versat controuersiam, quo temperatores in censuris theologicis ferendis fiant, atque amplius obstrepere, reclamare, et tumultu omnia miscere non audeant; sed argumentationes suas pacate prudenterque producere.

Haec vero sunt potissima eorum momenta. Primum: Sacerdos non est secundarum nuptiarum minister: vetatur nimirum in Concilio Neocaesariensi ne iis se praesentem sistat: (2) at secundae nuptiae sunt proprie dictum Sacramentum: ergo.

Secundum: Innocentius Papa III (3) declarat, Matrimonium quod infideles inierint, esse Matrimonium verum; ipsum tamen non esse indissolubile omnino. Declarat deinde, initum a fidelibus Matrimonium esse verum, omnique in casu indissolubile: quae utraque declaratio hoc innititur principio, quod nempe infidelium Matrimonium Sacramentum non sit, quum contra constet contractum a fidelibus esse vere et proprie dictum Sacramentum.

Tertium: Eugenius Papa IV haec habet: (4) "causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti; at consensus ille a contrahentibus exprimitur: contrahentes igitur sunt causa efficiens Matrimonii: sed causa efficiens Matrimonii ac minister idem sunt: ergo."

Quartum: nonnulla leguntur in Concilio Tridentino, quae vix, ac ne vix quidem, cum sententia tenente Sacerdotem esse Sacramentum. IIII. Ecce

(1) Lib. viii. de Syn. Dioc. cap. 12

(2) Can. viii.

(3) Cap. Quanto de diuortii.

(4) In Decreto vniuers.

ti Matrimonii ministrum conciliari possunt. Equidem Sacra Synodus definit, Matrimonium esse nouae legis Sacramentum. (5) Docet praeterea eadem Synodus, coniugia clandestina fuisse rata ac vera Sacramenta, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: (6) quod falsum sane esset, si minister illius sit Sacerdos. Definit insuper, causas matrimoniales ad Iudices Ecclesiasticos spectare: (7) vnde sic arguitur: ante Concilium Tridentinum ad Ecclesiasticos Iudices spectabant, ac modo etiam spectant vbi promulgatum Concilium illud non fuit, matrimoniales causae: erant igitur, ac nunc sunt in aliquibus locis, vera Sacramenta: nec enim sub alio respectu Ecclesiae iudicio possunt subiacere.

Quintum: circumfertur declaratio Cardinalium, qui explicandis Tridentini Decretis sunt praepositi, qua statuitur, haec Concilii verba; *ego vos in Matrimonium coniungo*; cet., non pertinere ad Matrimonii essentiam: non sunt ergo illius forma; proindeque Sacerdos ea profertens, non est illius minister.

Sextum: innumeri ferme sunt Scholastici, quibus placet contractus esse Sacramenti huius ministros: quos inter eminenti Petrus Lombardus et Durandus: praeferenda ergo vel ex hoc solo capite sententia ista videtur.

Septimum: S. Thomas in Sententias scribens, (8) habet: »verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma huius Sacramenti, non autem benedictio Sacerdotis, quae est quoddam sacramentale.« Habet similia inferius. (9)

Octauum: si iniri absque Presbyteri opera contractus matrimoniales non essent Sacramenta, iniungi deberet heterodoxis, quum ad unitatem redeunt, vt de nouo coram Sacerdote in Ecclesia contraherent: vt scilicet gratiam consequantur, quae Sacramento Matrimonii est annexa: at hoc nullibi in praxim redigitur: ergo.

Sed responderetur ad singula. Ad primum quidem; haud mirandum quod Neocaesariense Concilium prohibuerit Sacerdoti, ne iis suum consensum praeberet; quum non illicitis modo, sed etiam irritis alteras a prioribus nuptias pro sua Prouincia fecerit Synodus illa. Sed et addi potest: in casu argumenti secundas nuptias fuisse contractum naturalem ac civilem, qui nexum indissolubilem pareret;

(5) Sess. xxiv. Can. r.

(6) Sess. xxii. cap. 1. de Reform. Matrim.

(7) Ibid. Can. xii.

(8) In iv. Dist. 26. qu. 2. art. r.

(9) Ibid. Dist. 28. qu. vnic. art. 3.

non vero Sacramentum, quod gratiam produceret: istud autem ab illo separari volgere Neocaesarienses Patres, quod secundae nuptiae, quum poenis castigentur, nubentium incontinentiam prodant.

Secundum sic soluitur: falsum ab aduersariis supponi Innocentium repetere Matrimonii fidelium indissolubilitatem, ex quo sit Sacramentum stricte sumtum; repetit nimirum ex eo, quod in persona quae Baptismate donata est, cuius character nusquam deleri potest: ait siquidem »etsi Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter Fideles autem verum et ratum existit, quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, numquam amittitur; immo ratum efficit coniugii Sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo perdurante perduret.« Loquitur ergo, non de Matrimonio, sed de Fidei Sacramento a Matrimonio diuerso.

Tertii solutio est: vocem hanc *Matrimonii*, qua Eugenius vtitur, aequiuocam esse, quum possit aeque accipi pro Matrimonio, vt contractus naturalis et civilis est, vel vt nouae Legis Sacramentum. Nihil enim est in Decreto Eugenii, quo probetur eam sumi hoc posteriore sensu; nec mirum quidem; de industria nempe cauit Summus Pontifex, ne definiret Scholae quaestionem de qua agitur; vnde post ea verba: *septimum est Sacramentum Matrimonii*, istis vsus non est: *cuius Sacramenti*; quibus equidem vsus fuerat de ceteris Sacramentis agens, vt cuique legere in Decreto fas est.

Quartum singillatim discuti expostulat. Igitur ad primum dicimus: Immerito ab obicientibus supponi Concilium eo loco de omni omnino Matrimonio loqui. Nam certum absdubio est Matrimonium in gentilitate contractum verum esse Matrimonium, et tamen constat illud non esse proprium verumque Sacramentum: insuper habetur, non paucos ex Scriptoribus, quibus opposita opinio arderet, fateri, Matrimonium etiam inter Fideles iniri posse tanquam contractum naturalem ac civilem, qui nexum pariat indissolubilem, quamuis non fiat tanquam Sacramentum: cuiusmodi est, teste Scoto, coniugium quod Elingues contrahunt.

Praeterea: vbi Tridentinum definit, Matrimonium esse Sacramentum nouae Legis, de Matrimonio loquitur, quod a legitimo ministro fuerit dispensatum: hinc vt aduersarii suam sententiam ex Sacrae Synodi definitione eliciant, probent prius oportet, quod sub lite est, scilicet contrahentes, non Presbyterum, esse Sacramenti huius ministros. Quinimmo Sacra Synodus non fuisse loquam de

omni omnino Matrimonio abunde suadet instituta comparatio Matrimonii cum Poenitentia.

Ad secundum Tridentini locum exponendum dicimus: quod licet verum sit clandestina Matrimonia fuisse vera et rata, non inde tamen sequitur fuisse vera ac proprie dicta Sacramenta, ut sentit doctissimus Natalis Alexander, (10) ubi scribit: »numquam Matrimonia clandestina declarasse Concilium fuisse Sacramenta: adeo ut graues etiamnum Theologi id negent.« Praeuerat Alexandro Pallavicinus in sua Concilii historia inquiring: (11) »ommitto numquam declarasse Concilium Matrimonia clandestina fuisse Sacramenta: adeo ut graues quidam Theologi id negent.«

Tertius demum Tridentini locus haud fauet obiectantibus: principio siquidem, non dicit Sacra Synodus, quod Ecclesia iudicare debeat de solo Sacramento Matrimonii; sed de causis, quae ad illud pertinent. Deinde: male colligitur quodlibet Matrimonium esse Sacramentum, ex quo Ecclesia de quolibet Matrimonio iudicat: sicut male colligeretur sponsalia esse Sacramentum, ex quo de Sponsalibus Ecclesia iudicat. Postremo: Matrimonium, prout est naturalis ac ciuiliis contractus, materia est Matrimonii ipsius, ut nouae Legis Sacramentum est; sub eo igitur respectu necesse est ut ad Ecclesiae iudicium pertineat.

Ad quintum reponimus: declarationem illam exponi posse de Matrimonio, quatenus contractus est naturalis ac ciuiliis, non autem quatenus est nouae Legis Sacramentum. Iudicamus tamen fictitiam esse declarationem huiusmodi, seu falso Eminentissimis Cardinalibus adscriptam: vnde anno 1631 promulgata est Urbani Papae VIII Constitutio, qua fides detrahitur collectioni declarationum, quas inter reperitur illata.

Sextum argumentum leuis admodum est momenti: nec enim miramur Magistrum Sententiarum, Durandum, aliosque plurimos et veteribus Scholasticis, docuisse contrahentes esse causam efficientem Matrimonii: quum enim illud inter nouae Legis Sacramenta non recensuerint, par non fuit, ut pro ministro Sacerdotem illi adscriberent. Reliqui vero eorum, quibus persuasum fuit Matrimonium esse Sacramentum proprie dictum, de illius ministro tanquam de re maxime dubia loquuti sunt. Ac Scotus quidem in hoc capite non admodum

(10) Hist. Eccl. tom. xxvi. (11) Lib. xxxiii. cap. 9.

dum constans visus Iuenino fuit: (12) quippe qui postquam contendit contrahentes sibi inuicem Sacramentum Matrimonii dispensare, addit et a parentibus conferri, qui pro filiis praesentibus et silentibus contrahunt. Legendus ipse. (13)

Quantus tamen quantusque Scholasticorum qui nobis aduersantur, fingatur numerus, opinionis nostrae non destruit probabilitatem; qui non numero, sed pondere huiusmodi res metimur. De cetero stant pro nobis post Guillelmum Parisiensem, Melchior Canus, Guillelmus Estius, Gaspar Iueninus, Franciscus Syluius, Vincentius Contentonius, Daniel Concina; quos duces sequi malimus, quam ceteros quoslibet, praesertim si nullius nominis Copistae sint atque Cartapaciales.

Septimum dissolueri multum nostra interest, quo obiurgatores domesticos placare adsequamur, qui saepissime in contrariam partem abeunt, propterea quod eam esse dicunt S. Thomae apertam sententiam. Falluntur tamen; etenim ut rem penitus introspeciamus, nusquam S. Thomas dixit clandestina Matrimonia vera esse Sacramenta. Dato autem aduersariis, quod dari tamen neququam potest, constantem esse Angelici Doctoris sententiam, contrahentes esse huius Sacramenti ministros; quia ramen Sacerdotalis benedictio praecipuum fuit semper argumentum, quo veritas Sacramenti Matrimonii demonstrata est, potuit haec ad minus exigi a S. Thoma ut necessaria conditio.

Sed ne videamur rimulas ad euadendum quaesisse, negamus in S. Thomae sententia contrahentes, potius quam Sacerdotem, esse ministros Sacramenti Matrimonii: atque obiectantibus aduersariis laudatum ex Sententiarum locum, obiectimus nos loca, in quibus absolute defiait, Sacramentorum dispensationem ad Presbyteros pertinere, (14) in quibus docet, ideo illicitum esse aliquid recipere pro nubentium benedictione, quod Matrimonium sit Sacramentum, (15) aliaque similia. (16) Ex quibus sane adparet S. Thomam Sacerdotem ministrum agniturum, si tertiam Summae Theologicae partem absoluisset.

Octauum nullius est ponderis: si enim huiusmodi argumentum valeret, dicendum esset, Ecclesiam quondam debuisse eis iniungere, qui

(12) Dissert. xi. de Matrim. q. 3.

(15) Secund. Sec. q. 100. art. 1. ad 6

(13) In iv. Dist. 26.

(16) In iv. Dist. 1. art. 3. In iv. con-

(14) In III. P. q. 83. art. 3. ad 8. tra Gent. cap. 73. et 78.

qui in gentilitate contraxissent, vt suum consensum in Ecclesia eoram Sacerdotibus iterarent; quod tamen nusquam praestitit. Quae insuper praxis infirmis periculo esset, dubitare nimirum possent de Matrimonii validitate, quod in haeresi contraxissent, si post conuersionem iuberentur coram Sacerdotibus suum consensum renouare. Verum nec constat Matrimonium, quod valuit tanquam ciuillis contractus, posse per nouam expressionem consensus coram Sacerdote fieri Sacramentum nouae Legis: id enim plures e Schola Theologi inficiantur, quos inter designandus Gonetus, (17) expresse nimis id tradens. Itaque alia via, quam Sacramenti Matrimonii receptione haberent ab haereticis poterit, dum conuertuntur; gratia sacramentalis, qua frustrati sunt nubendo extra Ecclesiam, nempe Poenitentia et Eucharistia.

APPENDIX.

Praeter partes autem Matrimonium constituentes ministrumque nuptias benedicientem praemittuntur matrimoniali contractui sponsalia. Sunt vero sponsalia futuri Matrimonii mutua promissio acceptata inter personas ad contrahendum habiles, vt habetur ex Nicolao Papa I. ad Bulgarorum consulta. (18) Illa posse impuberes inire post completum septennium, si modo rationis vsu fruuntur; posse quoque parentes pro filiis contrahere, ex Iure Canonico habetur. (19) Ex Sponsalibus autem duplex oritur effectus; nempe obligatio contrahendi Matrimonium ac impedimentum, quod publicae honestatis vocant, vt docet S. Thomas, (20) traditque Synodus Tridentina. (21) Quae tamen, etiam iuramento firmata, multis modis dissoluntur: videlicet ex mutuo sponsorum consensu; per longiorem vnus partis absentiam; per ingressum Religionis; per Ordinis Sacri susceptionem; per subsequentem fornicationem; idque in fauorem solius partis innocentis; per superueniens impedimentum affinitatis; per grauem aliquam infirmitatem aut deformitatem, quae perduret; per capitales inimicitias subortas inter sponsos. At laudabiliter licet sponsalia praemittantur, valeret profecto Matrimonium absque eorum praemissione celebratum.

(17) In Tract. de Matrim. qu. 2. impub. cap. *Accessit*.

art. 2. part. 4.

(18) Cap. m.

(19) Lib. i. v. Decret. Tit. de desp.

(20) In i. v. Dist. 27. q. 2. art. 1.

ad 2.

(21) Sess. xxiv. cap. 3.

CAPVT XXXIII.

In quo contractus matrimonialis vnitas et indissolubilitas firmantur.

Polygamia simultanea iuri naturae aduersatur, atque lege Euangelii prohibetur.

Non ita Polygamia successiua; sed licita res est.

Indissolubile est consumatum Matrimonium quoad vinculum natura sua ac lege diuina positium.

Dissolubile vero quoad thorum et cohabitationem.

Demonstratur prima propositio ex Apostolo sic in 1. ad Corinth. Epist. cap. 7. scribente: »mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier:« ergo quemadmodum vxor totam se per Matrimonium viro tradit, ita et vir tradit se totum mulieri; proindeque sicut absque iniustitia mulier alteri quam viro commisceri nequit, ita nec vir alteri vxori.

Accedit ratio in subsidium; etenim Polygamia ex natura sua discordias parit fouetque inter mulieres, nedum propter domesticam regimini communicationem, verum ob alias etiam causas, vt sunt amor et vsus coniugis, cura, et educatio filiorum, aliaque: in quibus vnaquaeque vxor et se et filios vult praeferrere: iure igitur naturae aduersatur Polygamia simultanea.

Quae insuper Lege euangelica prohibetur: Christus siquidem Matth. xix. et Marci x. Matrimonium ad primaeuam institutionem reduxit, seu ad vnus cum vna coniunctionem, dicens: »masculum et foeminam fecit eos.« Lucae item xiv. tanquam nouus Legislator sic statuit: »quicumque dimiserit vxorem suam, et aliam duxerit, moechatur.«

Praeterea: Paullus, quoties de Matrimonio loquitur, semper de vxore in singulari numero loquitur: »alligatus, inquit, es vxori:« etc. Similiter Patrum Traditio mulierum pluralitatem oppugnat: sic nem-

nempe legitur in Siculo Papa, (1) Innocentio I. (2) Augustino, (3) aliisque. Merito igitur Tridentina Synodus anathemate damnauit eos, qui contenderant, nulla diuina lege Christianis prohibitum esse plures simul vxores habere. (4)

Propositio secunda has habet probationes: quod scilicet nec secundae nuptiae, nec vltiores, irritae vnquam et illicitae, iurique diuino ac naturae contrario habitae sint: nec enim opponuntur legis naturalis principijs aut conclusionibus, quae ex eo deducuntur: quippe cum sis stant Matrimonij, quum primarius, tum secundarius finis: nec pugnant olim cum lege Mosaica; de iis nempe, vel silet omnino vetus Testamentum, vel eas approbat: illis scilicet locis vbi Iudaei praecipit, siue sint virgines, siue coniugati, siue vidui, vt ducant mulierem, quam frater absque liberis reliquerit. Nec tandem cum lege Euangelij pugnant; siquidem Christus nullibi eas vetiuit: immo euangelica Lege saltem permittuntur, vbi dicitur ab Apostolo generaliter de non nuptis et viduis: «quod si non continent, nubant.» Et: «mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui vult nubat, tantum in Domino.»

Quaedam tamen Orientales Ecclesiae, in inuente seculo, contra Montanistas et Nouatianos secundas nuptias, iure diuino nec irritas, nec illicitas, Ecclesiastico iure, quod in aliquibus tantum locis obtinuit, illicitas fecisse videntur: nam eos qui secundo nupsissent, poenitentia castigant, vt liquet ex Copellio Neocaesariensi, (5) anno 314 habit: cui praesi adhaesit Basilius. (6) Trigamiam vero, non illicitam modo, sed etiam ex consuetudine irritam apud Orientales habitam fuisse quibusdam in locis, testis est Gregorius Nazianzenus. (7) Ast Latina Ecclesia nusquam secundas aut vltiores nuptias irritas, aut illicitas fecit: nullus enim e Latinis Patribus profecti potest, qui ita senserit: quinimo eorum hoc in capite sententiam aperit Hieronymus, (8) vbi ait: «non damno bigamos, immo nec trigamos, et si dici potest, octogamos.»

Docent tertiam propositionem Scripturae: etenim Matth. xix. Christus sic adloquitur Pharisaeos, a quibus interrogatus fuerat, an

(1) Epist. 1.

(2) Epist. ix.

(3) Lib. i. de adult. Coniug. cap. 8.

(4) Sess. xxiv. Can. 2.

(5) Can. vii.

(6) In Epist. ad Amphilocho.

(7) Orat. lxxvii.

(8) Epist. l.

liceret homini dimittere vxorem suam quacumque ex causa: «dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur: et qui dimissam duxerit, moechatur.» Et quidem nec Marcus, nec Lucas, Christi responsonem referentes, istius exceptionis, nisi ob fornicationem, meminerunt, sed dixerunt absolute et absque restrictione: «quicumque dimiserit vxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committit super eam: et si vxor dimiserit virum suum, et alii nupserit, moechatur.»

Deinde hoc Paullus sufficit argumentum in 1. ad Cor. cap. 7: «iis autem qui Matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari.» Scriptura igitur attestante Matrimonium consummatum indissolubile quoad vinculum est natura sua ac lege diuina positum.

Docet hanc ipsam veritatem Parrum Traditio. Nam Innocentius Papa I. (9) adfirmat: tam dimittentes, quam dimissos coniuges esse adulteros, si cum aliis nupserint. Hieronymus sic loquitur: (10) «qui dimissam duxerit, adulter est; siue ipsa dimiserit virum, siue a viro dimissa sit, adulter est, qui dimissam acceperit.» Concilium quoque Tridentinum sic generatim scribit: (11) «Matrimonij perpetuum indissolubileque nexum primus humani generis parens diuini Spiritus instinctu pronuntiauit, quum dixit: hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.» Leguntur similia in Synodis Florentina Generali et Prouincialibus Nannerensi, Foroliuensi, et altera Milleuitana: leguntur et in aliorum seculorum Patribus: ergo et ex Traditione constat Matrimonij consummati indissolubilitas quoad vinculum.

Atque ex his eruitur quartae propositionis probatio: constat nempe ex Christi verbis, ex Apostoli testimonio, atque ex Patrum sententia, licere ob causam fornicationis vxorem dimittere: at non licet eam quoad vinculum dimittere, sic vt nubat alteri: igitur quoad thorum vnice ac cohabitationem; proindeque quoad haec dissolubile Matrimonium, etiam consummatum, est.

(9) In Epist. ad Exuper. Tolos. cap. 6.

(10) In Epist. ad Amandum.

(11) Sess. xxiv. cap. 7.

CAPVT XXXIV.

Errores contradicentes indignantur, et argumentis fit satis.

Primus mortalium, qui cum duabus simul mulieribus nupsit, est Lamechus, septimus ab Adamo ex posteritate Cain; Genes. cap. iv. cuius exemplum sequuti postea sunt Gentiles, qui impellente libidine plures simul vxores duxerunt. Et haec quidem consuetudo inuenerat in Mesopotamia Isaaci temporibus: docemur nimirum Genes. xxx. Laban Ethnicum duas filias Liam et Rachel Iacobo simul in Matrimonium obtulisse. Exemplum deinde Abrahami, qui primus inter sanctos cum pluribus vxoribus nupsit, Polygamiae viam aperuit veri Dei cultoribus: qui non vt libidini satisfacerent, quemadmodum Gentiles, sed vt fidelis populi multiplicationi consulere, plurima simul inire Matrimonia. Atque Moses Polygamiam tamquam morem apud Israelitas receptum, non recensuit modo, Deuteronomii cap. xxi; sed et praecipit vno in casu, vbi nempe germanus frater sine liberis obisset.

Inter Christianos vero primus qui Polygamiam probavit fertur Valentinianus Senior; quem cum Iustina nupsisse viuente Seuera narrat Socrates; (1) sed iniuria quidem id Valentiniano tributum multis ostendit Iuuenius. (2) Censuit Caluinus Polygamiam simultaneam repugnare iuri tum naturali, tum diuino: hinc falso ineptissimeque concludens, antiquos Patriarchas adulterii reos fuisse, quum pluribus simul mulieribus adhaeseret. Lutherus e contrario docuit, nullo diuino, aut naturali iure prohibitam Polygamiam simultaneam esse: frustra ipsius discipulis hanc infamiam a suo Patriarcha depellere conantibus. Reperti etiam sunt haeretici, qui docuerint, secundas nuptias iure diuino illicitas esse, easque tamquam eodem iure irritas olim damnauerint. Fuere eiusmodi Montanistae et Nonatiani.

Vetum et erga Matrimonii indissolubilitatem errauit turpissime Martinus Lutherus docens, varias ob causas posse illud dissolui, nouumque iniri. (3) Philippus Melancton in duobus tantum casibus solutionem Matrimonii consummati probat, nimirum, si coniugum alter

(1) Lib. iv. Hist. cap. 26.

(3) In lib. conscrip. in cap. vii.

(2) Dissert. x. q. 4. cap. 1. art. 1. §. 1. Epist. 1. ad Corinth.

ter fornicetur, vel iniuste coniugem deserat. (4) Ioannes Caluinus contendit, vno tantum in casu dirimi Matrimonium eiusmodi; quum nempe alter e coniugibus fornicatur.

Quae vero argumenta in suorum errorum defensionem adducere ipsi eorumque gregales consueuerunt? Haec quidem aduersus primam et secundam adsertionem. Primum: antiqui Patriarchae non peccarunt nubendo simul cum pluribus vxoribus: non ergo Polygamia simultanea iuri naturali aduersatur.

Secundum: Hieronymus adfirmat, Lege concessum fuisse veteribus, vt cum pluribus simul vxoribus nuberent. (5) Docet idem Augustinus variis in locis; maxime in libris de Ciuitate Dei. (6)

Tertium: Gregorius Papa III (7) definit, licere viro alteram vxorem ducere propter prioris adhuc viuentis infirmitatem: ergo.

Quartum: adserit Hieronymus, (8) Fidelem qui iterato nupsit, indignum esse, qui Christi corpore reficiatur: adserit etiam, (9) Laicos eadem lege teneri ad Monogamiam, quam Sacerdotes: visae igitur Hieronymo illicitae sunt secundae ac vltiores nuptiae.

Aduersus tertiam propositionem haec producuntur. Primum: Paulus in 1. ad Corinth. 7. conceptis terminis adserit, coniugem conuersum ad Fidem posse aliud inire Matrimonium, si vxor ducta in gentilitate non consentiat habitare cum illo. Docuerunt Patres, idem ius habere coniugem eundem, quoties vxor in infidelitate remanens, consentit quidem cohabitare, sed non sine contumelia Saluatoris: ergo.

Secundum: Abraham dimisit Agar, cum qua nupserat; eumque postea imitati sunt Iudaei fere omnes: at id nemo sanctissimo Patriarchae vitio vertit: ergo.

Tertium: Moses Dei auctoritate iniunxit Iudaeis, vt dimitterent vxores, quae propter aliquam foeditatem illis fuissent exosae, et vt dato libello repudiij nubendi cum altero viro facultatem facerent; vt legitur Deuteronomii cap. xxxiv.

Quartum: nec Lex, nec Prophetae, nec Sacerdotes eos arguerunt, qui veteris Testamenti temporibus vxores dimisissent: ergo.

Quintum: Martyr Iustinus (10) narrat, nec reprehendit, factum cuiusdam mulieris, quae virum male moratum, spe emendatio-

(4) In locis Theol. tit. de coniug.

(8) Lib. 11. cont. Iouin. cap. 8.

(5) In Epist. ad Oecum.

(9) In Epist. ad Ageruchiam.

(6) Lib. xvi. cap. 38.

(10) In 1. Apologia.

(7) Epist. xiii. ad Bonif. Episc.

nionis diu sustinuit; quemque detertorem factum dimisit. Tertullianus etiam sensisse videtur, (11) licere marito dimissa propter adulterium muliere, alteri nubere: ergo.

Sextum: obtinuisse Origenis aetate morem cum pluribus nubendi, ipse restatur apud Matth. scribens: (12) nupsisse etiam, adulto iam seculo iv. Latinos et Orientales, dimissis adulterinis vxoribus, ianuit Arelatense Concilium i. anni 314: ergo.

Septimum: Concilium Veneticum, quod circa annum 465 habitum est, decreuit: (13) «eos quoque qui relicti vxoribus suis, sicut in Euangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sine adulterii probatione alias duxerint, statim a communione statim arcedendos:» ergo si cum adulterii probatione alias nupsierint, donandi sunt communione.

Octauum: Dogma de Matrimonii indissolubilitate incertum prorsus videtur: nam latuit Fabiolam Matronam Romanam, quae alteri viro nupsit, priore dimiso, teste Hieronymo (14): Summi deinde Pontifices alique Praesules saepissime super hoc dogmate consulti sunt: demumque Augustinus adeo obscuram sua aetate hanc quaestionem fuisse dicti, vt in ea non nisi venialiter erraretur. (15)

Quartam denique propositionem haec oppugnant: Christus Dominus Matth. v. vbi de separatione quoad thorum agit, solius fornicationis meminit: quin et excludere videtur omnes alios casus designatos, dicens cap. xix: «dico vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem,» cet.: falso igitur designati casus illi sunt.

Deinde Hieronymus haec habet: (16) «dicunt ei Discipuli eius: si ita est causa homini, graue pondus vxorum est. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si vaga, si iurgatrix, si maledica, tenenda erit istiusmodi? Voluimus, volumus, sustinenda est. Quum enim essemus liberi, voluntarie nos subiecimus seruituti:» nullus ergo praeter fornicationem est casus, cet.

Veniamus itaque ad horum omnium solutionem. Et primum quidem primi ordinis sic cum nostris Theologis soluimus: antiquos scilicet Patriarchas, eorumque posteros vsque ad Christi tempora, plu-

(11) Lib. iv. cont. Marcion.

(12) Tract. vii.

(13) Can. xi.

(14) In Epist. xxx. ad Ocean.

(15) In lib. de Fid. et oper. cap. 19.

(16) In cap. xix. Matth.

pluribus nupsisse, ex dispensatione a Deo concessa, ad multiplicandum fidelem populum, qui alia via quam per carnalem generationem nec conseruari, nec crescere poterat. Tradit hanc responsonem Innocentius Papa III. (17)

Ad secundum dicendum: eo quidem sensu Hieronymum et Augustinum docere. Polygamiam nulla lege illis temporibus fuisse prohibitam, quod per diuinam dispensationem vis legis euauisset: innotuerat autem dispensatio per specialem reuelationem Patriarchis, eamque ab iis edocti sunt eorum posteris, ita vt apud eos ad Christum vsque in consuetudinem abierit.

Tertium sic solum est: haud potuisse Magdeburgenses Centuriatores quidquam inde elicere, quo erroris nota Gregorium, non III, vt ipsi aiunt, sed II, adaspergerint. Prior nimirum mulier nusquam vere vxor fuerat, quum naturaliter impotens coniugio esset: quae sane impotentia iure naturali Matrimonium dirimit: iubetur vero vir ille priorem mulierem alere, non quod vera vxor fuisset, sed quod pauper esset.

Quarti solutio est: velle Hieronymum iteratas nuptias arcere a communione, non quidem in se, sed tantum in causa sumtas, nempe ratione libidinis, qua vidui, vt plurimum, ad secundum Matrimonium impellantur: credidisse insuper Hieronymum, Laicos non ex necessitate, sed tantum ex quadam decentia debere a secundis nuptiis temperare.

Ad primum ex his quae contrariantur tertiae propositioni, respondemus: recte ex allatis locis colligi Matrimonia ab infidelibus inita non esse indissolubilia metaphysice, vt dicitur: ita vt nullo in euentu solui possint: sed moraliter tantum: quod tamen exceptionem inibi ab Apostolo designatam patitur: tuncque non homo, sed Deus in gratiam christianae Religionis id separat, quod ipsemet ante conuixerat.

Secundum duplici hac via diluitur. Prima: dimissam fuisse Agar quoad cohabitationem, seruandae pacis causa, non ita quoad vinculum. Secunda: falsum omnino esse Patriarchas virosque pios veteris Testamenti dimississe vxores suas dato repudii libello: id vero non infirmum argumentum est, quo probetur id illis Deum per dispensationem non concessisse.

Tertio sic occurrimus: duo in allata lege esse, scilicet vxoris di-

(17) In cap. Gandemus.

dimissionem, et descriptionem libelli repudi. Hanc Moses præcepit ex suppositione, quod veller vir vxorem suam dimittere; illam vero nequaquam iniunxit, sed permisit tantum, non quidem velut rem bonam, sed tanquam minus malam.

Quartum negandum absolute est: quum enim Lex dicat, pollutam et abominabilem coram Deo esse mulierem, quae dimissa alteri viro nupsit: quum Hieronimus ei tanquam adulterae perditam et corruptam Hierusalem comparet; Iudaeos non obscure de suarum vxorum dimissione arguant, ostenduntque, eam, indirecte saltem, legis naturalis principiis aduersari.

Quinti illatio, quod adriter ad Iustini testimonium, non valet: docet nimirum Ecclesia innocenti licuisse semper adulterum dimittere: quod vnum mulier illa praestitit: nec enim adserit Iustinus eam, viuente dimisso, alteri nupsisse. Tertulliani autem dictum hunc habet sensum; distingere tunc Deum quoad thorum et cohabitationem, virum quem ipse mulieri coniunxerat; non autem quoad vinculum: eo enim ipso in capite moechum Tertullianus eum definit esse, qui vxorem dimittit vt aliam ducat.

Ad sextum dicimus primo loco: falsum esse sic Originem sensisse, quum adserat ibidem id ab Episcopis factum contra Scripturarum auctoritatem fuisse: doceatque, id permixtum vnice tanquam minus malum. Secundo loco reponimus: vocem *Concilium* sumi ab Arelatensibus Patribus pro exhortatione: ita vt Canonis sensus sit, Pastores hortari debere adolescentes, de quibus agitur, ne deprehensis in adulterio propriis vxoribus cum aliis nubant.

Ad septimum respondemus: ea verba sine adulterii probatione, referri ad vxorum dimissionem, non ad posterius illud membrum *alias duxerint*: adeo vt sensus sit, alligari eum deberi excommunicationis vinculo, qui sine adulterii probatione suam dimiserit vxorem.

Octauum hoc ordine solum volumus: agnouit Hieronymus Fabiolae factum contra Euangelii vigorem fuisse; ob quod Fabiola publicam Romae poenitentiam egit. Quaesiti nonnumquam fuere Romani Pontifices alique Praesules de rebus apud omnes certis, quae tamen ob quorundam tricas obscurae fieri solent. Intricata quidem, vt ait Augustinus, haec quaestio est, si tantum Scripturarum ratio habeatur; sectis si Traditio Scripturis adiungatur. Et Augustinus quidem ipse perspicue postea detexit, quod tunc obscurum in Scripturis

ris iudicauit: in libris scilicet de adulterinis coniugiis. (18)

Primum deinde aduersus quartam adserctionem argumentum sic soluitur: laudatis locis agere Christum de missione, quae iure matrimoniali, et inuito adultero, fit ad vitam: verum dimissio in casibus designatis in propositionis probatione, non est huiusmodi: quae enim fit ex voto, fit quoque ex mutuo coniugum consensu: quae item fit ad vitandum aut salutis aut vitae periculum, solo iure defensionis fit: neque perpetua quidem haec est: tenetur namque Innocens coniux ad nocentem redire, vbi periculum desierit.

Ad secundum respondemus: loqui Hieronymum de muliere, quam improbitatis poenituerit, quaeque in dies suae studuerit conversioni: hanc enim non licet dimittere.

CAPVT XXXV.

De Matrimonii impedimentis eorumque statuendorum dispensandorumque potestate.

Est penes Ecclesiam potestas statuendi Matrimonii impedimenta, quum prohibentia, tum dirimentia.

Est quoque penes ipsam potestas dispensandi in impedimentis, quae humano iure Matrimonium dirimunt.

Constat prior propositio argumento ex praescriptione ducto: diffiteri quippe nemo potest, quin per quatuor secula, quae Synodum Tridentinam praecesserunt, Ecclesia pacifice ac nemine contradicente Matrimonii impedimenta, tam prohibentia, quam dirimentia statuerit; nam si non ita res se haberet, haud delatae seculis illis vbi que ad Ecclesiam causae matrimoniales fuissent; neque omnes Orbis Christiani Prouinciae ad Ecclesiam confluisissent, vt obtenta dispensatione, nubere intra prohibitos gradus possent: atqui sic factum omnibus persuasum est: ergo Ecclesia quouis seculo, seu a Christo ad haec vsque tempora, posita est iure statuendi impedimenta, quae Matrimonium aut impediunt, aut prohibeant.

Constat deinde argumento ex Traditione petito: equidem tribus prio-

prioribus seculis Ecclesiam quaedam statuisse Matrimonii impedimenta euincunt haec verba Siricii Papae ad Himerium Tarraconensem rescribentis de quibusdam Monachis, qui nuptias ambibant: »quod »et publicae Leges, et ecclesiastica iura condemnant.« Eodem iure potitam iv. seculo Ecclesiam esse demonstrant latae eo tempore Constitutiones Synodicae. Nam de adfinitate haec habet alter Canon Concilii Neocaesariensis anno 314 celebrati: »mulier, si duobus fratribus nupserit, abiciatur vsque ad mortem; verumtamen in exitu, »si promiserit quod vbi conualuerit soluet Matrimonium; propter »humanitatem poenitentiam habebit.« Id quod et de reliquis Ecclesiae seculis demonstrant inuictissima Conciliorum Patrumque momenta, fusa a Gasparo Iuenino congesta. (1) Vnde illud demum probatur, nullum esse impedimentum Matrimonii, iis tantum exceptis quae iuris sunt naturalis, quod non statuerit Ecclesia.

Constat quoque argumento ex Secularium Principum testimonio ac praxi sumto: nedum enim altissimum quouis seculo apud Principes silentium fuit, quum Ecclesia suis in Conciliis Matrimonii impedimenta constituit; sed et tantum ecclesiasticis Canonibus derulerunt, vt eis suas leges postposuerint; se ipsos saepissime tanquam Canonum exequutores exhibuerint; atque ad Ecclesiae tribunal confugerint ad dirimenda contracta illegitima Matrimonia; nec vnquam post xiv seculum nupserint, quia prohibiti Matrimonii quod ambibant, veniam et dispensationem a Sacerdotali Ordine obtinuissent.

Constat demum ex Concilio Tridentino definiente: (2) »si quis »dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonii dirimentia, vel in illis constituendis errasse; anathema sit.«

Secunda propositio has habet probationes. Prima: Ecclesia semper agnouit se circa quaedam Matrimonii impedimenta posse Fideles dispensare. Etenim seculo vi desinente Gregorius Magnus indulxit Anglis receter ad fidem conuersis, vt possent cum consanguineis nubere in tertio gradu: intra quem tamen gradum irrita tunc coniugia erant. Gregorius II ineunte seculo viii, facultatem Germanis fecit, vt nubere post quartum consanguinitatis gradum. Habentur similes dispensationes passim in Iure Canonico.

Secunda eaque potissima probatio sumitur ex Concilio Tridentini anathemate lato in Lutheranos abnegantes potestatem, de qua agitur: sic enim decreuit: (3) »si quis dixerit, eos tantum consan-

»gul-

(1) Diss. x. q. 6. cap. 1. (2) Sess. xxiv. Can. 4. (3) Sess. xxiv. Can. 3.

»guinitatis et adfinitatis gradus; qui Leuitico exprimuntur, posse »impedire Matrimonium contrahendum et dirimere contractum; nec »posse Ecclesiam in nonnullis eorum dispensare, aut constituere vt »plures impediunt et dirimant; anathema sit.«

CAPVT XXXVI.

Solutis aduersariorum argumentis, numerum, diuersitatem, atque essentiam vnus cuiuslibet impedimenti exhibet summam.

Visum Luthero est nullis humanis Legibus, cuiuscumque generis illae sint, posse impediri Matrimonia; proinde ea vnice admissis, quae vel naturali; vel positiuo diuino iure statuta sunt. Ex Catholicis autem Launius fuit qui docuerit, *Ecclesiae* nomine, quo Patres Tridentini vsi fuere de potestate ecclesiastica erga impedimenta Matrimonii agentes, intelligi debere coetum Fidelium, non quidem vt Sacerdotalem complectitur Ordinem, sed vt ex Regibus et Magistratibus politicis constat. Ita scilicet sese prodidit in libro inscripto: *Regia in Matrimonium potestas*. (1) Nuperime quoque Antonius Genuensis scribere non dubitauit, Ecclesiam non tam statueret, quam interpretari super hac re: adeo vt definit tantum quibus in casibus ex praescriptis iuris diuini et naturalis Matrimonium non sit validum. (2)

Quam vero sint, quum Lutherani erroris, tum memoratarum catholicorum Scriptorum opinionum momenta, fracta illa quidem ac imbecilla, ex sequentibus innotescet.

Obiiciunt enim contra primam propositionem: a nulla humana potestate, siue politica, siue ecclesiastica, mutari alicuius Sacramenti substantia potest, vt Tridentinum Concilium docet: atqui si humana potestate, quaecumque illa sit, constitui possent impedimenta Matrimonium saltem dirimentia, mutari huius Sacramenti substantia posset: efficeretur nempe iis impedimentis vt contractus, qui, antequam statuta fuissent, materia Sacramenti erat, desineret postea esse: ergo.

Deinde ex Scriptura non constat Christum vllam in Matrimonium potestatem Ecclesiae fecisse: Ecclesia igitur non potest impe-

Tom. III.

Gggg

di-

(1) Pag. 292. et 293. (2) Elem. Chr. Theol. lib. vii. cap. 15. § 9.

dimenta vlla statuere. Et maxime quidem, quum Deus ipse in Leuitico determinauerit, quas inter personas contrahi aut non contrahi Matrimonium deberet.

Rursus: Matrimonium res sacra non est, sed nudo simpliciue politico contractu absoluitur: in illud ergo nullum ius habet Ecclesia, cuius regnum non est de hoc mundo.

Ad haec: Principes Politici suis legibus stauerunt impedimenta omnia, quae quondam dirimebant, hodieque dirimunt Matrimonium: penes illos ergo tantum fuit ius huiusmodi.

Aduersus secundam adseritionem haec opponunt. Primum: prioribus seculis Principes circa Matrimonii impedimenta dispensabant: id ergo olim non potuit Ecclesia. Constat vero antecedentis propositionis veritas ex Honorii et Theodosii Lege, cui titulus, *si nuptiae ex Rescripto petantur*, item et constat ex dispensationum formulis, quas apud Casiodorum legere est. (3)

Secundum: Ioannes Mariana, rerum Hispanicarum diligentissimus oculatissimusque Scriptor loquens de incertis nuptiis Alphonsi Castellae Regis cum Viraea consanguinea, haec habet: (4) « nondum moribus receptum erat (scilicet XI seculo) vt Pontificum Romanorum venia, lege cognationis soluta, coniugia inter cognatos conirent: igitur id quondam non poterant Romani Pontifices quod faciant modo.

Secundum in promptu est horum omnium solutio. Ad primum itaque primi ordinis respondemus: humanam potestatem, dum suis efficit Legibus ne iste aut ille contractus sint Sacramenti Matrimonii materia, nullam in eius substantia mutationem efficere. Et vero materia Matrimonii non est contractus quilibet, sed contractus legitimus maris cum foemina, seu secundum Leges initus. Quemadmodum ergo Baptismatis materiam nequaquam mutare censeretur, qui arte chymica efficeret, vt liquor, qui est aqua naturalis, desineret esse aqua: ita nec humana potestas Matrimonii materiam mutare debet censeri, dum efficit ne contractus, qui valebat antea, in posterum irritus et nullus sit: proindeque ineptus ad Matrimonii materiam constituendam.

Secundum multiplicem habet solutionem. Prima esto: non solum Scripturam esse Fidei ac morum regulam, sed et Traditionem quoque esse huiusmodi, quum sit Verbum non scriptum. Docemur autem Traditione Ecclesiam quouis seculo Matrimonii impedi-

(3) Lib. vii. Variar. cap. 6. num. 40. et 47. (4) Lib. x. cap. 8.

ta statuisse: vnde et docemur iure id potuisse. Secunda solutio est: Patres nonnullos intellexisse verba illa Christi apud Matth. cap. xvi: « quodcumque ligaueris super terram, etc. », non de sola excommunicandi ac per absolutionem remittendi facultate, sed et de ipso Matrimonio; quod, teste Tertulliano, (5) Deus Pater ratum habet in coelis, vbi a Sacerdotibus consecratum fuerit in terris. Tertia demum solutio tenet, praescriptas in Leuitico Matrimoniorum prohibitiones vim non habere in Euangelio, nisi in gradibus illis intra quos naturalis Lex ante Mosem nuptiarum celebrationem veterat: nam vbi promulgatum Euangelium est, veteris Testamenti ceremonialia praecepta abrogata sunt.

Ad tertium dicendum: naturalem contractum, quem ciuili praesupponit, omnino spiritualem esse, siue in signo quo Christi et Ecclesiae vniorem exhibet, siue in effectu; nam parit vinculum nulla humana potestate soluendum. Deinde dicendum: contractum naturali et ciuili lege perfectum esse materiam Sacramenti a Christo instituti, atque sub hoc respectu rem esse spiritualem.

Ad quartum responderet primo: falsum videri quod obicitur, vel ex eo solum, quod plurima olim erant, et nunc sunt impedimenta, de quibus in Imperatorum Constitutionibus nihil omnino legere datur. Verum, praetermissa propositione illa antecedente, responderet secundo: nihil nos hic dictum velle erga quaestionem de Principum Secularium in Matrimonia potestate. Hoc tantum dicimus, nullum sane esse argumentum quod Launoius ad fastidium vsque repetit; scilicet: « Principes christiani iure Principatus impedimenta Matrimonii stauerunt: ergo eis dumtaxat competit ea facultas. » Equidem impedimenta huiusmodi multis in Prouinciis, quae videlicet Romanae ditioni non subiacebant, non obtinere propter Imperatorias Leges, sed alio iure, nempe ecclesiastico, seu quod a Sacerdotali Ordine definitum est. Praeterea: quum Launo ipso fatente, Matrimonium non solum contractus ciuili, sed et Sacramenti rationem obtineat, quamuis Principes de eo secundum primam considerationem Leges possint ferre, quod nos hic in examen non ducere iterum monemus, haud sequitur tamen Matrimonium sub secunda consideratione, seu vt quid spirituale est, auctoritati Sacerdotali non subesse. Consulatur S. Thomas. (6)

Gggg 2

Quat-

(5) Lib. ii. ad Vxor.

(6) In iv. Sent. dist. 24. art. 1. ad 4.
Et lib. iv. cont. Gent. cap. 78.

Ad primum secundi ordinis respondent nonnulli Theologi: dispensationes quondam a Principibus concessas, vim quidem habuisse quoad ciuiles effectus, neuiquam quoad Matrimonii substantiam: quod si quandoque valuisse dicatur quoad ipsam etiam coniugii substantiam, id, aiunt, ex tacito Ecclesiae consensu habuere; nimirum aconomiae causa. Malumus nos respondere ex dictis supra: vitramque auctoritatem, Politicam scilicet et Sacerdotalem, potuisse sibi specialem iurisdictionem exercere circa coniugium; quum, vt ex S. Thoma observatum nuper est, Matrimonium sit contractus naturalis, simul politicus et spiritualis.

Secundum sic dispellitur: falsum narrare historicum, alias probatissimum, ex eo certissime liquet, quod in probationibus secundae propositionis dicebamus; videlicet constare de dispensationibus factis, et a Gregorio Magno Anglis, et a Gregorio Papa II Germanis. Sed demus Hispano Scriptori fidem. *Ecquid tamen inde eruitur? Etenim prioribus Ecclesiae seculis nusquam, aut saltem rarissime, dispensati fuerunt Fideles circa ea, quae verabantur Canones; ex gr. circa Clericorum irregularitates: et tamen certum est, Ecclesiam tunc potuisse in eis dispensare.*

APPENDIX.

His itaque in hunc modum solutis, de numero, diuersitate, essentiaque vnuscuiuslibet impedimenti, summam licet, agendum nobis est. Numerantur autem ex integro viginti, quorum priora quindecim dirimentia vocantur, posteriora quinque impediencia, seu prohibentia. Ac sic nominata illa sunt, quoniam prima efficiunt ne Matrimonium valide contrahatur; secunda vero reddunt quidem illicitum Matrimonium, sed non illud inualidant. Priorum clenchus his versiculis claudi consuevit:

*Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Amen, Affinis, si Clandestinus, et Impos,
Si Mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.*

Et error quidem triplex est, personae nempe, qualitatis, et fortunae. Designatur prior, actus quo quis iudicat personam, cum qua Matrimonium contrahit, aliam esse ac quae reuera est; qui sane error consensum absolute tollit. Alius est, actus quo quis iudicat personam cum qua nubit, qualitatem inhaerentem, nempe virginita-

tatem habere, quam tamen non habet. Tertius est, actus quo iudicat quis personam, quam in Matrimonium ducit, diuitiis abundare, quam non abundet. Qui duo posteriores errores Matrimonium non dirimunt; quia primum matrimonialis consensus obiectum non sunt.

Conditio est seruilis status, quo persona sic sub alterius dominio est, vt sit illius mancipium: quae quidem, si ignoretur a parte libera, Matrimonium dirimit; non ita si cognita ei sit.

Votum vel simplex, vel solemne est; seu extra professionem Religionis adprobatae emissum, vel eiusmodi alligatum professioni. Hoc autem posterius Matrimonium dirimit, saltem a vi Ecclesiae seculo, quidquid de quinque prioribus seculis visum Theologis quibusdam sit.

Cognatio diuiditur in carnalem, quae vocatur Consanguinitas; in spirituales, quae dicitur Compaternitas; et in legalem, quae appellatur Adoptio. Consanguinitas est vinculum eorum, qui a communi stipite per sanguinis propagationem descendunt; quod proinde vinculum Matrimonium dirimit vsque ad quartum gradum. Spirituales cognatio, seu compaternitas, est propinquitas quaedam personarum orta ex aliquo exhibito spirituali officio; videlicet Baptismatis collatione, vel Confirmationis, aut susceptione in vtroque illo Sacramento: contrahitur autem inter Ministrum et Personam cui Sacramentum confertur, huiusque Patrem et Matrem: contrahitur quoque inter susceptores, eum qui suscipitur, atque huius Patrem et Matrem. Legalis demum cognatio est propinquitas ex adoptione proueniens; quae Matrimonium vsque ad quartum gradum dirimit, perpetuaque est inter ascendentes et descendentes; inter collateralales vero desinit, vel per mortem adoptantis, vel per adoptati emancipationem.

Crimen duplex iure ecclesiastico Matrimonium dirimit: caedes nimirum alterius e coniugibus, eo fine ab vtroque machinante perpetrata vel procurata, vt ab eis postea Matrimonium contrahatur; atque adulterium scienter a duobus commissum cum acceptatione et promissione, quod post mortem vxoris aut mariti Matrimonium sint celebraturi.

Cultus disparitas iure etiam ecclesiastico dirimit Matrimonium baptizati cum non baptizata: inter Catholicum vero et Haereticum reddit illud illicitum tantum; neque satis inter Theologos constat, an id efficiat iure diuino, an solum humano.

Vis, siue motus, qui inuoluntarium omnino causat, Matrimonium iure naturali dirimit; qui autem actionem simpliciter voluntariam reddit, sed inuoluntariam secundum quid, ac in virum cadit constantem, oriturque a causa extrinseca, dirimit quoque Matrimonium, si fuerit iniuste incusus; secus vero si iuste; quemadmodum fit quum in poenam raptus rapcitur raptori sub poena capitis, vt vel vi, vel seductione raptam in Matrimonium ducat.

Ordo non quilibet certe, sed tantum Sacer, dirimit Matrimonium; id, vt vult Estius, sexcentis vnice abhinc annis; quamvis, addit, semper reddiderit illicitum propter Ecclesiae prohibitionem: qui quidem vsus, non apud Latinos solum, sed et apud Graecos viget; neque enim nubunt post susceptos Ordines Sacros; etsi permittantur, Episcopis exceptis, Matrimonio, quod ante suam Ordinationem contraxerint, vti.

Ligamen est prioris Matrimonii vinculum, quo stante, alterum Matrimonium irritum iure diuino est. Hinc non licet Parochis mulierem cum alio coniungere viro, nisi de prioris mariti morte constet per diplomata fidedigna, aut testes omni exceptione maiores; quod intelligendum quoque de non nubendo viro cum muliere alia, ligamine existente.

Honestas est propinquitas orta, vel ex Sponsalibus validis, vel ex Matrimonio rato, sed non consummato; quae si primi generis fuerit, dirimet Matrimonium cum consanguineis Sponsi et Sponsae in primo tantum gradu; sin autem secundi generis, extenditur ad quartum etiam gradum.

Affinitas est propinquitas ex carnali copula procedens, quae si ex copula licita fit, Matrimonium intra quartum gradum dirimit; si vero ex illicita, dirimit tantum intra gradum primum et secundum. Obseruandum tamen: affinitatem non parere affinitatem; vnde qui Petro affinis sit, non illico affinis Ioanni eius fratri erit; proindeque poterunt duo fratres duas ducere sorores: qui tamen consanguineus viro est, eo ipso gradu affinis vxori illius erit, et e contrario.

Impotentia est inhabilitas ad copulam carnalem, orta in muliere quidem ex arctitudine, et in viro ex impotentia ad emittendum semen. Prior impedit copulam carnalem cum qualibet persona; posterior vero cum hac tantum in individuo persona: vtraque, siue absoluta, siue respectiua, aut perpetua est, aut temporalis: perpetua quippe, quoniam sine miraculo, vel peccato, vel graui corporis dam-

damno, nequit tolli: temporalis, si per tempus determinatum duraret; aut in iure censetur perpetua, quae per triennium durasse probatur. Dirimit itaque iure naturae Matrimonium absolute, si absoluta et perpetua sit; dirimit vero respectiue, si respectu quorundam tantum perpetua est.

Raptus est personae alicuius per vim, aut per seductionem, de loco in locum adductio; sic vt eam raptor habeat in sua potestate: quamdiu autem rapta in raptoris potestate est, nequit valide contrahi Matrimonium inter raptorem et raptam.

Posteriorum impedimentorum elenchus est, quem sequentes versiculi praesefecerunt.

Ecclesiae vetitum, nec non tempus feriatum,

Atque Catechismus, Sponsalia, iungito votum.

Est autem Ecclesiae vetitum, quum Ecclesia propter aliquas causas quosdam ad tempus interdicit ad Matrimonii celebrationem: qui vero vetitum illud infringunt, nubunt quidem valide, sed illicite.

Tempus feriatum illud est, quod fuit a prima die Aduentus vsque ad diem Epiphaniae, et a die Cinerum vsque ad Dominicam in Albis inclusiue. Putarunt nonnulli, Matrimonium absolute non prohiberi eo tempore; sed tantum prouideri ne cum solemnitate fiat: verum id adseritur absque fundamento, et contra praxim omnium Ecclesiarum.

Catechismus, qui nihil aliud est, quam susceptio Catechumeni, non quidem in Baptismate, sed tantum in Baptismatis ceremoniis, iam non est in vsu ex Concilii Tridentini Decreto. (7) De Sponsalibus diximus superius.

Votum simplex castitatis efficit primo, ne quis licite nubat; deinde, ne licite petat debitum, etsi licite reddat, et reddere teneatur. Praererea, is qui religionem vouer, potest, si nubat, petere debitum, quoniam non vouit castitatem nisi in Religione seruandam.

Haec breuiter dicta sunt de Matrimonii impedimentis. Qui plenorem propter notitiam consulat Gasparem Iueninum copiosissime de eorum vnoquolibet disserentem, atque eorundem originem, progressum, amplitudinem, restrictionem, variam, quum in lege naturae, tum in Mosaica, vt et in Evangelica, observationem, plurimasque Prouinciarum quarundam consuetudines explicantem. (8)

LI-

(7) Sess. xxiv. de Reform. Ma-
trim.

(8) In Com. Hist. Dissert. x. q. 7.
pag. 314. ad vsq. 398.

LIBER XVI.

Qui de Hominis ultimo fine, seu aeterna
Beatitudine est.

HUc nempe collineabant omnia, quae in altera nostra rum Insti-
tutionum parte hucusque disputabamus. Ve scilicet finem pos-
tremo loco designaremus, in quem Deus hominem a se creatum di-
rexit ac ordinauerit; cuiusque adsequendi gratia tot tantaque me-
dia parauerit exhibueritque. Illum vero, qui in Deo ipso adsequu-
to, possesso, ac clare viso dignoscat, profecto summam aeternamque
hominis Beatitudinem cognitam habebit. Itaque praestantissimam
hanc tractationem absoluerit adgredimur; vt tandem absoluta nostra
de re Theologica disputatio sit.

CAPVT I.

Quisnam ultimus Hominis finis sit, quatenus illius Beatitudo,
declaratur.

Deus solus est ultimus hominis finis, seu aeterna per-
fectaque Beatitudo.

Quam proinde Beatitudinem in Dei visione positam
agnoscimus.

Docent priorem propositionem Scripturae. Exodi siquidem xxxiij.
Mosi perenti a Deo: «ostende mihi gloriam tuam,» respondit Domi-
nus: «ego ostendam omne bonum tibi.» Et Psalm. xvi. dicitur: «sa-
tiabor quum apparuerit gloria tua.» Atque Apocalypsis i: «ego sum
Alpha, et Omega; primus et nouissimus, principium et finis.»

Docent eandem veritatem Patres; quorum omnium loco haec Au-
gustinus habet: (1) «dicebat Epicurus, mihi frui carne bonum est.
Dicebat Stoicus, mihi frui mea mente bonum est. Dicebat Apos-
tolus, mihi autem adhaerere Deo bonum est. Item: (2) «tam cons-
niti-

(1) Serm. clvi. de verb. Apost. cap. 7. (2) Serm. cl.

nitentis ante oculos nostros tribus, Epicureo, Stoico, Christiano,
interrogemus singulos. Dic Epicure, quae res facit beatum? res-
ponder voluptas corporis. Dic Stoico, virtus animi. Dic Christia-
ne, donum Dei.»

Docet et ipsa ratio: ille solus est ultimus hominis finis eiusdem-
que aeterna perfectaque Beatitudo, qui solus explere totum hominis
adpetitum potest: at solus Deus explere totum hominis adpetitum potest;
scilicet adpetitus hominis in omne bonum, atque in omne verum fer-
tur; proinde nullum bonum particulare, nullumque singulare verum
illum explere possunt, quum participata ea sint ac finita: solus igitur
Deus ultimus hominis finis est, cer. Argumentatur hoc pacto S.
Thomas, (3) vt probet neque in diuitiis, neque in honore, fama,
seu gloria, potestate, bonis corporis, voluptate, bonis animi, simi-
libusque constitui hominis Beatitatem debere. Consulendum ipse.

Secundam propositionem docent etiam Scripturae: nam Matth.
cap. v. legitur: «Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide-
bunt.» Et in Epist. i. ad Corinth. cap. 13: «videmus nunc per
speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cog-
noscio ex parte; tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum.»
Ioannis quoque i. cap. 3: «scimus quoniam quum adparuerit simi-
les ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.»

Accedit Conciliorum ac Patrum auctoritas: definit nempe Con-
cilium Florentinum: (4) «animas, quae exiit corporibus sunt pur-
gatae, in coelum mox recipi, et intueri clare Deum teinum et
vnum, sicuti est.» Gregorius vero Nazianzenus haec habet: (5)
«in qua (scilicet Trinitatis contemplatione) ego, vel sola, regnum
coelorum maxima ex parte positum esse censeo.» Et Augustinus,
(6) ad illa verba: *per Fidem ambulamus*, ait: «contemplatio quip-
pe merces est Fidei; cui mercedi per Fidem corda mundantur, si-
cut scriptum est: *mundani Fide corda eorum*. Probatur autem, quod
illi contemplationi corda mundantur, illa maxime sententia: *Beati
mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* (R)

Suffragatur ratio a S. Thoma adducta: (7) Beatitudo scilicet, vlti-
ma hominis perfectio est, in ipso existens: atqui vltima perfectio in
actu et operatione est, non in habitu: igitur in actuali visione posita est.

Tom. IIII.

Hhhh

Rur-

(3) Prim. Sec. qu. 11. per tot.

(6) Lib. 1. de Trin. cap. 8.

(4) In Literis Vnionis.

(7) Prim. Sec. qu. 111. art. 2.

(5) Orat. xy.

Rursus: Beatitudo vita est ex S. Thoma ibidem: at non est vita substantialis, prout dicit esse substantiale hominis; quoniam esse hominis sua Beatitudo non est, quum proprium solius Dei hoc sit: est ergo vita accidentalis, quae sane operatio est: vnde Ioann. xvii. ait Christus: «haec est vita aeterna, vt cognoscant te solum Deum verum,» cetera.

COROLLARIA.

Ex his autem colligitur primo, adsequutionem vltimi finis, seti formalem Beatitudinem, vt loqui amat Schola, non in voluntatis actu, sed in actu intellectus consistere: laudatis siquidem Scripturae locis ex cap. i. Epist. Ioann. et cap. xvii. Euangelii eiusdem Apostoli, designatur visio Dei, actus nempe intellectus Beati, tanquam vera ac voica Beatitudinis adsequutae causa: «quia videbimus, inquit, eum sicuti est: et:» vt cognoscant te solum verum Deum. «Augustinus insuper in libris de Trinitate scribit: »et ipsa visio est »facile ad faciem, quae summum praemium promittitur iustis. « Quam sententiam ex eo hausisse S. Thomam credere par est.

Colligitur secundo: Deum, seu, vt cum multis loquamur, obiectiuam hominis Beatitudinem, Trinitatem Personarum importare in essentiae vnitatem: adeo vt nequeat hominem beare, neque ab homine beato videri Deus vt vnus: scilicet necessum est vt videatur sicuti est in se, proindeque Trinus et Vnus.

Colligitur tertio: rectissime a Boetio definiti Beatitudinem sic: »status omnium bonorum adgregatione perfectus:» rectissime etiam ab Augustino dici: (8) ibi Beatitudinem esse, »vbi est bonorum »omnium summa et cumulus. « Ast quod ad formalem attinet Beatitudinalis rationem, expressius ea explicatur ita: »summum bonum ad »petitum rationalis adaequate satisfactiuum. « Quae quidem omnes definitiones Deo soli conuenire valent.

CAPVT II.

Quae in contrariis facere videntur solvuntur; Gentilium errore multiplici prius indigitato.

Tot enim de obiecto hominem beatificante Gentilium Philosophorum

(8) In Psal. ii.

rum placita fute, vt Augustinus referat: (1) quod »Marcus Varro in libro de Philosophia tam multam dogmarum varietatem diligenter ac subtiliter scrutatus aduertit; vt ad ducentas octoginta »octo sectas: non quae essent iam, sed quae esse possent, adhibens »quasdam differentias, facillime perueniret. « Sed explosa atque a Fidelium mente prorsus eliminata iam est quaelibet antiquorum opinio hominis foelicitatem in aliqua fluxi boni participatione constituentium: vnde ab ampliori enarratione ac confutatione consulto abstinemus: praesertim quum Ethices tractatores suo id iuri attriburum velint.

Obfleitur itaque primo contra priorem adsettionem: esto nullus homo beatificari possit per possessionem bonorum creatorum, sed solum per Dei possessionem, quia reapse ad Deum possidendum creatus est, haud apte tamen inde eruitur, creati non posse hominem, cuius beatitudo consisteret in pacifica bonorum creatorum possessione: quoniam incapax foret possidendi bonum diuinum: ergo.

Secundo: nullus est Beatorum, qui non sit capax maioris Beatitudinis: etenim qui modo minimus est in coelo, posset, Deo sic volente, maximus omnium esse, atque ipsam Dei Genitricem in Beatitudine aequare: ergo nullus est homo, cuius tota capacitas impleatur; et tamen quilibet est vere beatus.

Tertio: capacitas positua adpetitus humani finita est et limitata, sicut finita est eius substantia: ergo bona creata, etsi finita et limitata, hominis adpetitum replere ac satiare possunt.

Quarto: formalis Beatitudo, quae certe quid creatum est, hominis adpetitum quietat: ergo.

Quinto: experimento constat nonnullos peccatores et infideles contentos sua fortuna esse; adeo vt nihil ultra desiderent: ergo.

Contra secundam propositionem opponi haec possunt. Primum: S. Thomas haec habet: (2) »opotter quod si Dei essentia videatur, »quod per ipsammet essentiam intellectus ipsam videat, vt sic in tali visione diuina essentia sit id, et quod videtur, et quo videtur: atqui id quo aliquid videtur, est visio: ergo ex S. Thomae mente Beati Deum vident per ipsam Diuinam essentiam, seu eius visionem increatam.

Secundum: legitur in i. ad Corinth. cap. xiii: »nunc cognosco »ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum: at cognos-

Hhhh 2

(1) Lib. xviii. de Ciuit. Dei cap. i. (2) In iii. cont. Gent. cap. 51.

noscimur a Deo increata cognitione : ergo et hac Deum tunc cognoscemus.

Tertium : Augustinus scribit in libris de Trinitate : (3) »secundum eandem visionem Deus bonus est et beatus, secundum quam »adparet mundis corde:« sed Deus non est bonus et beatus creata visione : ergo.

Quartum : Augustinus ipse probat ibidem, (4) dilectionem qua Deum et proximum diligimus, esse ipsam Dei charitatem ipsamque Deum : pariter ergo beatifica visio est, cer.

Quintum : increata Verbi substantialia unitur naturae creatae, eamque reddit formaliter subsistentem : ergo et Dei visio increata uniti intellectui creato potest, cumque formaliter operantem reddere.

Sextum : non in visione, sed in fruitione positam esse Beatitudinem, Scriptura docet : dicitur nempe in Psalmo xxxv : *inebriantur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Matth. autem xxv : *intra in gaudium Domini tui.* Leguntur similia passim : ergo.

Septimum : Augustinus haec habet : (5) »beatus, quantum existimo, neque ille dici potest qui non habet quod amat, nec qui non amat quod habet:« ergo.

Octavum : saltem non soli visioni, sed et fruitioni Beatitudinem tribunt Scriptura et Patres. In Psalmo, siquidem xvi legitur : *satiabor quum adparuerit gloria tua.* At Irenaeus scribit : (6) »participatio Dei est, videre Deum, et frui benignitate eius:« ergo.

Nonum : Benedictus XII etiam definit in Extraneanti *Benedictus Deus* : »animas iustorum visione et fruitione Dei vere esse beatitas.« Concilium quoque Viennense in Clementina *Dudum*, inquit : »Beatitudinem consistere in visione et fruitione.« Postremo : Catechismus Romanus habet : (7) »solida Beatitudo, quam essentialiter »communi nomine licet vocare, in eo posita est, ut eum videamus, »eiusque pulchritudine perfruamur, qui est omnis bonitatis ac perfectionis fons et principium.«

Decimum : formalis Beatitudo bonum summum est summaque perfectio implens omnia iusta Beati desideria : atqui plures operationes sunt meliores quam una : neque una operatio impler Beati desideria

(3) Lib. vii. cap. vlt.

(6) Lib. iv. cap. 37.

(4) Capp. 6. et 7. lib. 7.

(7) Part. n. ad illa verba Symboli

(5) Lib. i. de Morib. Eccl. cap. 3. *li vitam aeternam.*

desideria omnia, sed desiderat vterius alias operationes, ut amare Deum clare visum, cer. : ergo.

Responderetur tamen ad singula. Ad primum quidem primi ordinis negando assumptum : sicut enim implicat creari hominem qui rationalis non esset, ita implicat creari hominem qui esset incapax possidendi Deum : qui solus rationalem adpetitum satiare potest.

Ad secundum responderetur sub hac distinctione : nullus est Beatus, qui non sit capax maioris Beatitudinis subiectivae, seu ex parte subiecti, concedo : obiectivae, seu ex parte obiecti, nego : etenim esto nullus sit Beatorum, qui capax non sit videndi Deum clarius et intensus, omnes tamen in possessione obiecti summe boni aequales sunt.

Ad tertium dicendum : adpetitum hominis esse quidem finitum entitativae, sicut et intellectum, et ipsam humanam substantiam, cuius sunt proprietates : at terminativae, ut dici solet, intellectum, adpetitum, et substantiam ipsam humanam habere infinitatem quandam, quum terminum habeant infinitum.

Quarti solutio est : formalem Beatitudinem quietare, non quatenus creata est, sed quatenus adeptio est talis rei, nempe boni infiniti : seu quatenus cum obiectiva Beatitudine coniungitur : neque esse id quod facit hominem beatum, sed quo homo fit beatus.

Primum secundi ordinis sic diluitur : loquitur S. Doctor laudato loco de ipsa specie intelligibili, cuius vices supplet divina essentia, ut infra fortassis dicemus : non de ipsa collectione Dei. Ita sese explicat, dum ait : (8) »ad hoc quod intellectus aliquis creatus Dei »substantiam videat, oportet, quod divina essentia conopletur ei ut »intelligibilis species:« qua quidem distinctione soluta erunt quaecumque loca ex S. Thoma ab adversariis congesta.

Secundi illatio falsa est : neque enim necesse est, inquit Damascenus. (9) »exempla prorsus esse similia : nam quod ex omni parte »simile est, idem est, non exemplum.« In eo itaque comparisonem instruit Paullus, quod sicut Deus nos cognoscit sicuti sumus in nobis, ita nos cognoscemus eum sicuti est in se, atque non amplius per speciem et in aenigmate sicuti nunc.

Ad tertium dicendum : loqui ibi Augustinum de ipso visionis obiecto, non de visione, ut dicitur, formali.

Quarti solutio est : dilectionem nostram esse tantum participatam,

non

(8) Cap. 53. (9) Lib. iiii. Orth. Fidei cap. 26.

non formalem Dei charitatem : »quia charitas, ait S. Thomas, (10) »qua formaliter diligimus Deum et proximum, est quaedam participatio diuinæ charitatis : hic enim modus loquendi consuetus est »apud Platonicos, quorum dictis imbutus fuit Augustinus ; quod quidam non aduertentes ex verbis ipsius sumserunt occasionem errandi.«

Ad quintum hoc adducimus discrimen : intellectionem nempe esse actum vitalem, proindeque essentialiter exigere esse ab intrinsicis, vel per identitatem et egressionem virtuales, si identificetur in operante, vt in Deo ; vel per formalem egressionem, si distinguatur ab operante, vt in creaturis : substantiam vero neque esse actum, neque vitalem, sed purum terminum reddentem rem alteri incommunicabilem.

Sextum, septimum, octauum, et nonum argumentum triplici solutione eueruantur. Prima est : Scripturam, Patres, Concilia, atque Pontifices, loqui de Beatitudine secundum statum consummatamque perfectionem ; quæ certe exposulant actus intellectus et voluntatis, non vero de Beatitudine penes quidditatem spectatam.

Secunda solutio esto : sumere fruitionem, non pro gaudio et delectatione possessionem consequente, sed pro ipsa possessione relata, vt summi soler, secundum illud Augustini : (11) »quid est illud frui, quam præsto habere quod diligis?« Hinc nihil obest Romani Catechismus doctrina : intelligitur siquidem laudata ex eo sententia, aut de fruitione radicaliter tantum sumpta, aut de possessione ipsa, aut de integrâ consummataque Beatitudine, vt nuper exposcebamus.

Ad decimum respondemus : esse profecto Beatitudinem formalem bonum summum, quoniam summi boni consequutio est ; non ita tamen quod summum bonum ea sit penes suam quidditatem : nec insuper debet illa expletæ omnia iusta desideria Beati formaliter expectata ; sed quatenus consequutio summi boni est : sufficit nempe ad essentialem Beatitudinem, quod consequatur bonum suum ; huius deinde consequutionis beneficio perfectiones ceteras contineat ad Beatitudinis statum pertinentes.

Verum de his abunde Scholastici nostri ; quos inter eminent Billuartus plurima proferens, quum ex penu sua, tum ex Tournelio, quem alias exagitat. (12)

CA-

(10) Secund. Sec. qu. xxiii. art. 2. ad 1.

(11) Lib. 1. de Mor. Eccl. cap. 4.

(12) Tract. de vlt. fin. diss. 2. cap. 2.

CAPVT III.

De tempore, quo Iustorum animabus visio beatifica confertur.
Vbi de Patrum hac super re Orthodoxia.

Animæ Iustorum corporibus solutæ pleneque purgatæ statim beatificam visionem adsequuntur.

Cui quidem catholico Dogmati haud aduersantur Ambrosius et Bernardus. Sed nec de eo Augustinus dubitat.

Fictitium præterea est Millenarium Christi in terris cum Sanctis regnum.

Adsertio prima Fidei veritatem exhibet in Concilio Florentino stabilitam verbis illis : (1) »animas corporibus exutas et purgatas in »coelum mox recipi, et intueri clare Deum vnum et trinum, sicuti est.« Quam etiam veritatem definiat antea Benedictus XII Decretali : *Benedictus Deus.*

Aperte præterea eam indicant Scripturæ : legimus siquidem Psal. cxvii : *quum dederit dilectis suis somnum ; ecce hæreditas Domini.* Eccl. xi : *facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.* Ad Philip. 1 : *coarctor autem e duobus desiderium habens dissolui, et esse cum Christo, multo magis melius : permanere autem in carne necessarium propter vos.*

Docet eandem veritatem Patrum Traditio : scribit enim Cyprianus : (2) »Martyres claudere in momento oculos, quibus homines »videantur et mundus, et aperire eosdem statim, vt Deus videantur et Christus.« Gregorius Magnus ait : (3) »Beatitudo et animabus Sanctorum ante resurrectionem tribuitur, et corporibus nihilominus post iudicium.« Habent similia Chrysostomus, (4) Ambrosius, (5) Augustinus, (6) ceteri ; Papia, paucisque aliis exceptis.

Accedit ratio : Equidem impiorum animæ post mortem statim

ad

(1) Sess. vlt.

(2) In Libel. ad Fortun. cap. 12.

(3) Sup. Psal. lv. Poenitent.

(4) Hom. x. in 2. ad Corinth.

(5) Lib. x. in Luc.

(6) In Psal. cxix.

ad inferna descendunt, ubi maxima torquentur poena, catholica id Fide docente: at Deus non minus ad puniendum quam ad praemiandum pronus est; immo misericordia eius exaltat iudicium: ergo et statim post mortem coronam iustis reddit.

Praeterea: animae Sanctorum, quibus nihil superest luendum, gloriae meritum habent, neque quidquam est, quod eas a consequenda gloria impediatur vel retardet: ergo.

Similiter: si ad extremum usque iudicium singulis reseruetur corona, quaequam erit melior conditio Fidelium post Christum passum prae veteribus Patribus, qui in Abrahae sinu usque ad tempora Resurrectionis detinebantur? Quare post Christi mortem Martyrum obitus natalis dies appellatur, atque vniuersae Ecclesiae plausu et laetitia colitur?

Secundam propositionem demonstrant ipsamet Patrum testimonia. Et Ambrosius quidem haec expresse profert: (7) »Vnde te euocem, Petre, ut doceas me quid flens cogitaueris? Vnde te, inquam, euocem? De coelo, ubi iam choro incertus es Angelorum.« Rursum: (8) »hanc, ait, remunerationem habent, ut videant faciem Dei, et lumen illud, quod illuminat omnem hominem.« Censet igitur Ambrosius: animas iustorum corpore solutas in coelo adsumi, videre faciem ad faciem pulchritudinem Hierusalem coelestis, eisque sempiternum lumen splendescere: at qui sic censet, catholico stabili Dogmati non aduersatur: ergo.

Quid autem Bernardus? Haec scilicet scribit: (9) »hauriunt (iusti) aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, et nudis, ut ita dicam, oculis diuinitatis intuentur essentiam.« Et etiam: (10) »Immersas (Martyrum animas) ex toto credimus immenso illi pelago aeterni luminis et luminosae aeternitatis.« Scribit similia in vita S. Malachiae, et in Sermonibus v. de Dedicacione Ss. II. in S. Victorem, aliisque in locis. Ex quibus haec exurgit ratiocinatio: profecto catholico Dogmati adhaeret, qui docet iustos nunc intueri diuinitatis essentiam, aeterno circumfundit lumine, cetera: atqui dissertissime isthaec Bernardus adstruit: ergo.

Augustinus tandem nunquam de iustorum praesenti gloria ac felicitate dubitasse, haec comonstrant. Primum: constantissime il-

(7) Lib. x. in Lucam.

(9) Serm. xix. de flu.

(8) In lib. de Bono mort. cap. 11.

(10) In lib. de dilig. Deo cap. 10.

le docet, (11) paruulos sine Baptismate morientes nec aeternam consequi vitam, nec regnum coelorum; vtrumque illos adipisci, si post Baptisma decedant: at regnum coelorum et vita aeterna nihil aliud ex Augustino sunt, quam Deum videre, ut declarat in Ioan-nem scribens: (12) ergo.

Secundum: sic in libris Confessionum loquitur de Nebridio: (13) »Et nunc ille viuut in sinu Abrahae, quidquid illud est, quod illo significatur sinu, ubi Nebridius meus viuut,« cer. Atque de Discipulo illo, quem diligebat Iesus prae ceteris, non in sepulchro dormire scribit, (14) »sed onere corporis solum ad summam perfectamque peruenisse felicitatem.« Scribit his adfinia passim: non igitur dubius hoc super Dogmate Augustinus haesit.

Tertiam propositionem, seu alterum Fidei Dogma, Scriptura tradit. Quam enim Pharisaei futuram crederent resurrectionem ad vitam animalem, Christus sic eos redarguit Matth. xxi: »in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei:« ergo Christi regnum non erit cum Sanctis in carnalibus voluptatibus.

Deinde: Christi regnum futurum aeternum vaticinatur Angelus Luc. cap. i. dicens: »regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.« Et Matth. xxv et xxv: in extremo iudicio, sicut reprobi mittuntur in gehennam aeternam, ita iusti inuolantur in aeternum regnum: quod et definit Ecclesia in Concilio CP. verbis illis Symboli: *cuius regni non erit finis*: igitur regnum Christi cum Sanctis non est circumscribendum mille annorum spatio.

Tradunt hanc ipsam veritatem Patres. Hanc enim Millenarii Christi regni opinionem fabulam vocat auctor de Coelesti Hierarchia (15) vocat et Hieronymus: (16) exortam ex intellectis sensu iudaeo Scripturis scribit Origenes. (17) Leguntur similia in Epiphanio, (18) Augustino, (19) aliis.

Eidem veritati suffragatur quoque ratio. Fictitium siquidem est millenarium illud regnum Christi in tertis, si Sancti statim a morte clarum in coelo Dei visionem consequuntur, proindeque summam, in-

Tom. IIII.

liii

amis

(11) Lib. iv. cont. Julian. cap. 8.

(15) Cap. vii.

aliisque in locis.

(16) Epist. II. ad H. d. b.

(12) Tract. xxi.

(17) Lib. II. de Princip.

(13) Lib. ix. cap. 7.

(18) Haer. lxxvii.

(14) Tract. cxxiv. in Ioan.

(19) Lib. xx. de Ciuit. Dei et p. 7.

amissibilem, aeternamque Beatitudinem: atqui rem ita euenire iam pridem demonstratum fuit: ergo.

Præterea: quænam regni, cui Sancti inuideant, conditio est, quærere abundantiam ciborum, ingluuiemque gulæ atque ventris? Quoniam etiam pacto expectare fas est auream, gemmatamque in terris Hierusalem, Templi instauratorem, hostiarum sanguinem, Sabati otium, post consummatas Mosaicæ legis figuras, perfectamque Daniels de perpetua abominatione Prophetiam, et liberato a legis seruitute rursus circumcissioni et legalium sublicere vetustati?

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
CAPVT IV.

Memorantur hæreses firmatis Dogmatibus contrariæ, earumque momenta enervantur.

Præter alia quidem hæresum portenta, quæ velut sibi ab Angelis reuelata venditauerat, hanc Cerinthus spargere coepit doctrinam an. eræ vulgaris LXXX, quod post resurrectionem futurum in terris sit Christi regnum apud instauratas Hierosolymas, iustis inter cupiditatesque carnis versantibus. Quod quum testentur Caius, Scriptor in Seculo: (1) Dionysius Alexandrinus, alique: indubium, quin Cerinthus Chiliasarum sive Millenariorum conditor haberi debeat.

Secratorem Cerinthus habuit Papiam, Ioannis auditorem, et Martyris Polycarpi sodalem, vt Irenæus existimat: (2) in hoc tamen a Cerinthus diuersus, quod Sanctos satiandos fore in puris cupiditatibus, obstrigendosque legalium obseruationibus, neutquam Papias adseruit. Cuius deinde errorem aptarunt nonnulli priorum seculorum Patres, nempe Irenæus, Iustinus, Lactantius, alii.

Horum perique, tametsi mille annorum regnum non expresse admittant, differri tamen censent Beatitudinem ad vsque iudicii diem. Errorem autem hunc a Cerinthiano longe diuersum propugnauit infatio v. seculi Vigilantius: eodemque tenebantur Concilii Fiorentini ætate complures Græcorum, atque implicati sunt Martinus Lutherus, et Ioannes Caluinus. Ast parrocinatos huic errori fuisse Ambrosium, Augustinum, Bernardum, hæretici mentiantur calumniantes, vt demonstratum superiore capite fuit, ac denuo elucescet ex argumen-

to

(1) Apud Euseb. lib. 3. Hist. Eccl. cap. 28. (2) Lib. v. cap. 33.

torum solutione. Quale etiam de Ioannis Papæ XXII mente nobis ardeat iudicium, quasi ad alia pergentes, proferemus.

Hæc vero sunt momenta, quæ in primi erroris fulcimentum adduci a Cerintho suisque assecclis consueuerunt. Primum: continetur Matth. xix Christi promissio, quod omnis qui reliquerit temporalia, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit: igitur præter coelorum regnum æternamque Beatitudinem, centuplum reddendum Iustis est diuitiarum, voluptatum, epularum, honorumque, quibus nuntium pro Christi amore miserunt.

Secundum: Matth. v. habetur: «Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur:» parabitur ergo Iustis satietas epularumque cõpia.

Tertium: etiam Matth. xxvi. legimus dictum a Christo Domino: «non bibant amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, quum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei:» ergo in Christi regno deliciis corporalibus cibi et potus perfruentur Iusti.

Quartum: Lucæ xii. habetur: «ego dispono vobis (inquit Christus) sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo:» futurus igitur in Christi regno conuiuiorum apparatus est.

Quintum: Apocalypsis xx. legitur: «et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus et Satanas, et ligauit eum per annos mille. Missit eum in abyssum, et clausit, et signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: et post hæc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes, et sederunt super eas, et iudicium datum est illis: et animas decollatorum propter testimonium Iesu, et propter verbum Dei, et qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, et vixerunt, et regnauerunt cum Christo mille annis. Hæc est resurrectio prima. Beatus et Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors potestatem non habet: sed erunt Sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis. Et quum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, et exibit, et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, et Mogog, cet.: atqui illud ipsum est Millenariorum regnum: ergo.

Sexum : propugnarunt regnum Christi millenarium Iustinus, Irenaeus, Lactantius, alii; ac Tertullianus quidem sic pro opinione illa loquitur : (3) » id est dominicum et verum, quod est prius traditum, id autem extraneum et falsum, quod est posterius immisissum : « ergo.

Adversus Patrum Orthodoxiam secundo loco stabilitam haec pugnant. Primum : Ambrosius de Bono mortis scribens adfirmat, (4) iustorum animas receptas in quibusdam promtuaris esse, ibique expectare extremum iudicii diem ut coronam accipiant : commendat insuper illorum sententiam, qui tenebant iustorum animas ad inferna descendere : statuit praeterea, (5) septem Ordines laetitiae animarum sanctarum, quorum nullus Dei visionem complectitur : immo dicit animas gloriam suam praevidere, et ad Dei vultum sine trepidatione festinare. Postremo inquit : (6) » soluitur corpore animas » et post finem vitae huius adhuc tamen futuri » ambigua suspenditur : » ita finis nullus, ubi finis putatur : « igitur adversatur Ambrosius catholico de animarum beatitudine Dogmati.

Secundum : plurima etiam scribit Bernardus adversum Dogma istiusmodi : nempe, Sanctorum animas ante iudicii diem haud convertendas in requiem suam : (7) tres esse status animarum, in corpore videlicet, sine corpore, et in Beatitudine consummata ; quorum primus in tabernaculis, secundus in atriis, tertius in domo Dei peragitur ; neminem vero, addit, in beatissimam domum introire, nisi post iudicii diem ; (8) quum scilicet nullam iam habet rugam ; piorum deinde animas esse subrus altare Dei ante corporum resurrectionem ; allaque his similia scribit : igitur, cer.

Tertium : Augustinus tandem adseruit, (9) celebrandum esse post iudicii diem Sabbatissimum in terra : item, (10) piorum animas in secretis receptaculis locavit : demumque (11) reservati singulis gloriam post resurrectionem, quando Christus adparuerit, ac quum in Angelos profecerimus : saltem igitur de gloria et foelicitate Beatorum dubitavit Augustinus.

Contra alterum fidei Dogma tertia adsertione firmatum haec ob-

(3) Lib. de Praesc. Haeret. cap. 31.

(4) Cap. x.

(5) Cap. xi.

(6) In lib. ii. de Abel et Cain cap. 2

(7) Serm. ii. de Ss.

(8) Serm. iii.

(9) Serm. cclxix.

(10) Lib. xii. de Civit. Dei cap. 9.

(11) Enar. in Psal. xl. iii. aliisque

in lectis.

licentur. Primum : saepissime testatur Scriptura essentialem Beatitudinem, quae merces bonorum operum est, reservari in iudicii diem : nam legimus Math. xx : » quum sero factum esset, dicit Dominus vineae procuratori suo : voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a novissimis vsque ad primos. « Et cap. xxv : » tunc dicit Rex his qui a dextris eius erunt : venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. « Paulus autem haec habet ad Hebraeos xi. de Sanctis veteris Legis loquens : » hi omnes testimonio Fidei probati, non acceperunt repromissionem : Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. « Et ad Timoth. ii. cap. 4 : » reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. « Atque in Apocalypsi scriptum est cap. vi : » vidi subrus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et dictum est illis ut requiescerent adhuc modicum tempus, donec compleantur consensuum. « Legantur similia in Epist. i. Ioan. cap. 3. et in 2. Machab. cap. xi. At haec omnia arguunt tribuendam unicuique mercedem in die finalis iudicii : differtur ergo iustorum Beatitudo, cer.

Secundum : in Liturgiis Iacobi, Basilii, Cyrilli, aliisque fiunt supplicationes pro Sanctis, ut eos beata comitetur retributio, ut eis sacrificia prosint ad gloriam, ut ipsorum animabus donetur requies : quod et olim, et modo ipsa Romana Ecclesia in oratione secreta S. Leonis quoquo modo recitat, recitavitque. Quin et hodie in Missae Canone deprecamur, ut omnibus in Christo quiescentibus, et in somno pacis dormientibus, locus lucis ac refrigerii detur : electi igitur, quamvis in pace dormiant, gloria ac Beatitudine modo non fruuntur.

Tertium : Hilarius Pictaviensis scribit : (12) » iustorum animas in sinu Abrahae locari, et nondum recipi in regno Dei : « et iterum : (13) » humanae lex necessitatis est, inquit, ut sepultis corporibus, animae ad inferos descendant. « Chrysostomus quoque ait : (14) » sine carne anima admirandis illis bonis non fruatur : « ergo ex Patrum sententia differtur, cer.

Quartum : haud esse de mortuorum sorte decisum ante generale iudicium probat Ecclesiae praxis, quae in Missa pro Defunctis sic

orat

(12) In Ps. cxx. (13) In Ps. cxxx. (14) Hom. 39. in 1. ad Corinth.

orat pro iis etiam, qui ab exordio Ecclesiae obierunt: »Domine...
»libera animas omnium Fidelium defunctorum de poenis inferni:«
ergo.

Quintum: anima sine corpore non meretur: nec ergo sine corpore coronatur.

Sextum: definiuit hanc Beatitudinis dilationem Ioannes Papa XXII: ergo.

Verum non est difficile admodum omnia haec diluere. Primum itaque primi ordinis soluitur a Hieronymo his verbis: (15) »sensus ergo iste est: qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet, quae comparatione, et merito sui ita erunt, quasi si paruo numero centenarius numerus comparatur.« Illud autem centuplum non est ipsa aeterna vita, vt quidam exponunt: sed est centuplicata merces, superabundantia gaudii in tribulationibus et angustiis huius vitae, &c.: vt obseruant Origenes, Theophylactus, aliique.

Ad secundum dicimus: eo loci saturitatem promitti spiritalem ac coelestem, non terrenam et carnalem: talis quippe erit satietas, qualis nunc fames et sitis: quae proculdubio spiritales, hoc est, iustitiae sunt.

Tertium per metaphoram dictum intelligunt Sacrae Scripturae Interpretes: vsum nempe Christum aptissima vini analogia esse, quoniam vinum frequentissime lactitiam, et amicorum charitatem significat, vt dicitur in Cant. et Zachariae ix.

Quarto eadem est adhibenda responsio: edere scilicet et bibere metaphorice idem esse ac frui et oblectari: atque hac vsum phrasi Christum fuisse, quia solebat apud Iudaeos per verba edendi et bibendi foelicitas describi.

In quinti solutionem negamus absolute adsumtum: nulla siquidem ibi mentio fit nec Legis nec Circumcisionis reuiscendae, nec Templi Hierosolymitani instaurandi, vt Cerinthus commentus est: nec voluptatum, etiam moderatarum, vt fabulatus est Papias. Intelligitur ergo locus ille Apocalypseos de Regno spirituali, quod Iusti agunt et agent cum Christo, toto illo intervallo quod a Christi morte vsque ad Antichristi aduentum interceserit: adeo vt, Augustino aiente, (16) »mille annos pro omnibus annis huius seculi posuit, vt perfecto numero notaretur ipsa plenitudo temporis,« secundum

(15) Lib. III. in Matth. cap. 19. (16) Lib. xx. de Ciuit. Dei cap. 7.

vsitatam Scripturarum phrasim, quae multitudinem maximam et indefinitam saepe millenario numero designat: vt Psalmo civ. vbi dicitur: »memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes:« id est in multas generationes. Qui plenioresm obscurissimihuius Apocalypseos loci expositionem desideret, consulat Bertium, singulas illius partes percurrentem, atque solidissime interpretantem. (17)

Sextum verbo solutum erit ex his quae in antecessum dicebamus: scilicet, laudatos Patres deceptos fuisse apocryphis sermonibus Domini, quos Papias ex nonnullis male intellectis Oralibus Traditionibus Apostolorum conscripserat. Nec Tertulliani dictum quid probat: non enim semper, nec vbique, nec ab omnibus, vt vult Lyrinensis, (18) opinio de Millenario Christi regno tradita est, vt ex dictis constat.

Primum secundi ordinis singulatum est soluendum: itaque designat Ambrosius per promptuaria illa mansiones diuersas, quae in domo Patris sunt: et per coronam consummatam Beatitudinem, cuius desiderio adficiuntur animae propter inditam ad corpus inclinationem. Commendat deinde sententiam illam vt veram pro eo quo dicta fuit tempore, nempe ante Christi mortem, et redemptionem: etenim, infra diserte significat electorum animas in superiora habitacula rapi. Falso insuper dicitur, excludere Ambrosium Dei visionem a septem Ordinibus: quum scribat: »quintus ordo exultationis vberimae habet suauitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucem libertatemque peruenerint,« &c. Et post pauca: »hanc remunerationem habent, vt videant faciem Dei.« Quod tandem ex eodem Ambrosio obiectum erat, verum est: nam vbicumque anima sit, ante iudicii diem in ambiguo suspenditur: hoc videlicet pacto, vt dum corpore soluitur, priusquam ad locum tormentorum aut gloriae perueniat, trepidatione animi et sententiae expectatione angatur: dum in Limbo commoratur, suspensa de exilii tempore, et Reparatoris aduentu sit: dum in Purgatorio est, etsi de salutis certitudine non sit sollicita, sit tamen de duratione poenarum: atque regnans quoque in caelis, expectat duplici stola vertiri, penderque adhuc ab illa extrema die, de qua dicitur apud Matth. cap. xxiv: »de die autem illo et hora nemo scit, neque Angeli coelorum.«

Ad secundum dicendum: intelligere Bernardum per illa iustorum

(17) Lib. III. cap. 8. Theol. Discipl. (18) In Commonit.

rum requiem gaudii plenitudinem gloriamque, nedum animæ, sed etiam corporis: per domum quoque Dei intelligere Beatitudinem consummatam, ipso sese explicante in laudatis Sermonibus: vocare autem Altare humanitatem Christi, cuius corporis expetunt similitudinem: ait enim: »altare ipsum nihil aliud arbitror esse, quam corpus ipsum Domini Saluatoris: « significare demum per rugam naturalem animæ ad corpus inclinationem, quæ plenam quodam modo retardat lætitiã. Legatur ipse Bernardus.

Tertium sic dispellitur: tenet profecto Augustinum in præfatio sermone Millenariorum errore, a quo postea resipuit: nisi forsitan verba quibus ibi vsus est, genuina non sint: vtpote quæ ex MS. Vaticano suppleta fuere. Verum in libris de Ciuitate Dei, anceps ille quidem de loco est, non de gloria, vt animaduertit Ioannes Ludouicus Viues, et Coquæus. In Psalmos deinde scribens, vel de vniuersa Prædestinatorum. Ecclesia loquitur, quæ solum post diem iudicii triumphabit, vel si de iustorum animabus in particulari loquitur, de gloria corporis est intelligendus: vel etiam si alibi de visione Dei verba facit, de visione expedita et vehementi est exponendus, quam non retardet naturalis ad corpus inclinatio, vt in Angelis.

Verbo: dubitauit sane Augustinus de secretis animarum receptaculis, quoniam ipsius ætate certi nihil compertum erat, in quo definito loco habitarent, an scilicet in sinu Abrahamæ, aut in secreto Patris, aut in Paradiso: atque hæc sua dubitatione summe se cautum et perspicacissimum ostendit. Constantior autem in illorum opinione fuit, qui animas iustorum statim a morte in coelum recipi contendeant: equidem præter ea, quæ supra in illius defensionem dicta sunt, in libris de Ciuitate Dei (19) pro comperto habet, non descendere in infernum: et in libris QQ. Euangelicarum, (20) alibi que passim, pro vna eademque re vsurpat sinum Abrahamæ, animarum requiem, et regnum coelorum. Hæc in Patrum vindictis dixisse sit satis.

Ad primum tertii ordinis argumentum respondemus exponendo singula Scripturæ loca. Ergo per verba illa Matth. xi: *quum sero factum esset*, designari non mundi finem, sed vitæ terminum, Theologi et Interpretes existimant communiter. Quod si ad mundi extrema referenda sint, de Beatitudine accipienda erunt, completa quidem qua-

(19) Lib. xx. cap. 15. (20) Lib. 11. cap. 28. (21)

quatenus animæ simul et corporis glorificationem complectitur.

Alter Matthæi locus ex cap. xiv, quum non de animabus separatis, sed in corpore viuentibus loquatur, tantum arguit, electos regnum non possidere ante Iudicis aduentum, in corpore degentes, completaque Beatitudine: non ita non possidere gloriosos anima sola, et nondum consummata felicitate.

Paulus vero ad Hebræos scribens haud intelligit per repromissionem coelestem gloriam, sed solam possessionem terræ Canaan: primis quidem Patriarchis repromissam, sed datam eorum posteris: si enim repromissionis nomine gloriam coelestem intellexisset, conferendam vtrique post iudicii diem, recur de Dauide, Samuele, ceterisque habitatoribus terræ illius, dixisset, *adepti sunt repromissiones?*

In ii. deinde ad Corinthios accipit coronæ vocabulum pro perfecta Beatitudine corporis et animæ, atque solemnī publicæ adsumptione. Sic dicimus potitos regno, nondum tamen corona circumdatos: qui etsi vere principantur, non referunt tamen, spectante viuerso Senatu et plaudente populo, regium diademata.

Apocalypseos locus nihil Heterodoxos iuuat, quum sequenti capite dicatur, animas illas stare ante thronum Dei: quin et hoc ipso in capite quod oblectatur, additur: *et datae sunt illis singulae stolæ albae, et dictum est illis, vt requiescerent adhuc modicum tempus*, cet. Itaque nomine Altaris intelligenda est Christi humanitas, vt dicebamus: et quia Sanctorum animæ, nondum reasumptis corporibus, sunt infra conditionem gloriosi corporis Christi, ideo dicuntur esse subius altare. Soluuntur ex dictis quæcumque alia Scripturæ loca.

Ad secundum argumentum dicimus: in laudatis Liturgiis aliisque peti accidentalem gloriam, nempe maiorem in Ecclesia cultum, nominis exaltationem, rerum gestarum præconia, virtutumque imitationem: est enim gloria ex Augustino frequens de aliquo facta cum laude. Hanc ergo frequentem laudem, hanc gloriam Martyribus deprecamur. Sed et deprecamur quandoque Sanctis requiem, dum indiscriminatim pro omnibus vita functis oramus, quum in horum complexu sint animæ Purgatorij. Si vero Sanctis etiam precatur Ecclesia requiem (quæ orandi formula iam pene exoleuit) petit sanæ corporis gloriam, cuius resurrectionem animæ separatae ita vehementer expetunt, vt non omnino requiescant.

Tertii illatio neganda est: equidem quod attinet ad Hilarium, distom. IIII. Kkkk tin

tinguit ille aperte regnum Christi a regno Dei; illud in quo animae permanent vsque ad seculi consummationem; istud autem in quo mors perimitur omnino, quod fiet per gloriosam resurrectionem corporumque claritatem. Ceterum gloriam et visionem Dei a regno Christi nequaquam seiungit, neque Abrahæ sinum separat a suprema Hierusalem. In Commentario dein in Psalmum 130 existimauit Hilarius, quod quisquis moritur, debet Christi exemplo ad inferos descendere: at illic animas detineri, nedum Hilarius non credit, sed et aperte adfirmavit (21) »transire in coelestem Hierusalem, in terram uiuentium, in Paradisi incolatum, in regnum haereditatis.« Chrysostomi uero sententia fuit, animas non glorificari, ex hypothesi quod corpora non resurgant; non quia sine corpore anima coronari non possit; sed quia si una pars mercede frustretur aeterna, incoronata ex consequenti iacebit etiam altera.

Ad quartum dicendum: reuera decisum esse de sorte mortuorum ante iudicium generale; orare tamen Ecclesiam, quemadmodum in argumento dicitur, quia quam sciat Deo nihil esse praetertitum nec futurum, agit quasi Fideles illi actu obierint: sicut in Aduentu canit expectando aduentum Christi, licet Christus iam uenerit.

Quintum falsum absolute est: quippe non omnia bona opera exercentur per corpus, sed plura sola animi cogitatione et uoluntate. Deinde: anima causa princeps meriti est, corpus uero solum instrumentalis. Accedit, quod anima a corpore separata capax est foelicitatis; corpus uero anima expert nequaquam.

Sextum uarie solui expostulari ex uaria Theologorum sentiendi ratione erga Romanorum Pontificum infallibilitatem. Qui enim hanc sartam tectamque uolunt, argumento respondent, uel docuisse Ioannem Papam XXII tamquam priuatum Doctorem piorum animas Deum non uisuras antequam corpora reuiuiscant; hoc tamen ex cathedra, ut ipsi loquuntur, non definisse: uel neque ut priuatum Doctorem id adseruisse: nempe momenti ex ipso historico facto ductis comprobare pergunt, historice tantum conscripsisse, et recitasse illum opinionis contrariae fundamenta, eo quidem animo ut a Theologis discerentur, et quaestio in qua ueteres non conuenerant, materia discussione innotesceret.

Qui uero e contrario stant Theologi, contendunt, Ioannem reuera illius fuisse opinionis, quam et libellis ac constitutionibus con-

(21) In Psal. cxlii.

firmauit. Quin tamen inde infallibilitati quam Romanae Sedi illi ad iudicant, praedictum fuerit illatum, uel saltem uniuersali Ecclesiae, cui a Christo hocce priuilegium concessum priuatiue maior illorum pars agnoscit. Ita sese mutuo Catholici oppugnant; sed tamen argumentationem apertissime elidunt singuli. Quod unum a nobis euincendum erat, quin nostrum hac super controuersia iudicium prome-

CAPVT V.

Quid sit illa Dei uisio Beatissimis promissa, quamque ratione peragatur.

Haud uidetur a Beatissimis Deus carnis oculo, uel etiam mentis solo lumine naturali.

Uidetur autem ab intellectu Beatorum superno aliquo lumine circumfuso: quin tamen comprehendatur.

Docent priorem propositionem quoad primam eius partem Scripturae: in 1. siquidem ad Timotheum cap. 1. dicitur: *Regi saeculorum immortalis et inuisibilis*. Et cap. 6: *quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest*. Atque in 1. Ioannis cap. 4: *Deum nemo uidit unquam*. Eandem ueritatem docent Patres: scribit nempe Origenes: (1) »falso igitur nobis imponit Celsus dicens, nos sperare uoculis corporis Deum esse uisuros.« Augustinus autem sic loquitur: (2) »Deum nemo uidit unquam, uel in hac uita, sicut ipse est, uel in Angelorum uita, sicut uisibilia ista, quae corporali uisione uernantur.« Habet similia aliis in locis.

Accedit ratio ex Sancto Thoma deprompta. (3) Deus spiritus purissimus est: atqui impossibile prorsus est spiritus uideri oculo carnis: etenim impossibile est quod spiritus contineatur intra sphaeram obiecti adaequati potentiae uisuae, quod quid corporeum et materiale est, scilicet color: ergo.

Secunda quoque eiusdem propositionis pars constat ex Scripturis: nam Matth. ii. legimus: *nemo nouit Filium nisi Pater, neque*

Kkkk 2

Pa

(1) Cont. Celsum. (2) Ep. nunc cxlvii. cap. 9. (3) In 1v. dist. 49. q. 2. art. 2.

Patrem quis nouit nisi Filius, et cui uoluerit Filius reuelare. In 1. ad Corinth. cap. 2: *oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus iis qui diligunt illum.* Ad Rom. 6: *gratia Dei uita aeterna.*

Constat deinde ex Concilio Viennensi sub Clemente V, in quo damnati sunt Beguardi et Beguinae, quorum hic erat error in v. Articulo expressus: *»quaelibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata, et anima non indiget lumine gloriae ipsam eleuante ad Deum uidentem, et eo beate fruendum.* « (4)

Constat quoque ex Patribus: Origenes enim inquit: (5) *»mens nostra ipsum per se Deum, sicuti est, non potest uidere.* « Ambrosius scribit: (6) *»in potestate nostra non est Deum uidere, sed in potestate illius est adparere.* « Augustinus demum ait: (7) *»sicut non est a carne, sed supra carnem, quod eam facit uiuere; sic non est ab anima, sed supra animam, quod eam facit beate uiuere.* «

Constat denique ratione: vis naturalis et perfectio cognoscitiua alicuius debet tanta esse, quanta est eiusdem entitatis perfectio, neutriquam maior: nam debent operationes cum essentia proportionari: atqui nullus intellectus creatus ex vi suae naturae proportionem habet cum Dei entitate, ut in se est: neque ergo vis cognoscitiua intellectus creati proportionem habet cum Dei intelligibilitate.

Secundae propositionis primam partem haec probant. Primum: in Scripturis dicitur Matth. v: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.* In 1. ad Corinth. cap. 13: *»uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem . . . , Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum.* In 2. Ioannis cap. 3: *»similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est: igitur Scripturis attestantibus uideret Deus ab intellectu Beatorum.*

Secundum: definitum est in Concilio Florentino: (8) *»animas plene purgatas in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum »trinum et unum, sicuti est:» quod ipsum definierat Benedictus XII. (9)*

Ter-

(4) Refertur in Clement. *ad nostram* de Haeret. lib. 5. tit. 3.

(5) In lib. 1. Periarch. cap. 7.

(6) Comment. in Luc. cap. 1.

(7) Lib. xix. de Ciu. Dei cap. 25.

(8) In Decreto Unionis.

(9) In Extrauag. *Benedictus Deus*

Tertium: ex Patribus haec Irenaeus profert: (10) *»homines uidebunt Deum, et uiuent per uisionem, immortales facti, et pertingentes usque ad Deum. . . . Ille autem uolens uideret ab hominibus, a quibus uult, quando uult, et quemadmodum uult.* « Augustinus sic loquutus est: (11) *»si quaeris, utrum etiam sicuti est possit aliquando uideri? (nempe Deus) respondeo, filiis hoc esse promissum, de quibus dictum est, scimus quia quum adparuerit,» cet. Habent similia alii Patres.*

Quartum e ratione ducitur sub hac forma: homo potest per gratiam consequi uelimum suum finem, aeternam uitam, atque repromissam sibi perpetuam Beatitudinem: atqui uelimum finis, aeterna uita, ac repromissa Beatitudo est uisio diuinitatis in se: ergo. Ait nempe Augustinus: (12) *»praemium itaque Fidei nobis uisio ista seruat.* «

Alteri secundae propositionis pars constat ex Scripturis. In Hieremia siquidem legimus cap. 32: *»magnus consilio (Deus) et incomprehensibilis cogitatu.* Iob u. habetur: *»forsitan uestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem reperies? Ecclesiastici 35 dicitur: ecce Deus magnus uincens scientiam nostram.* Et ad Rom. 4: *»incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiae eius.* Quibus profecto in locis, ita Deus incomprehensibilis dicitur, ut nullibi adseratur, quod plane possit comprehendi: non sicut dicitur inuisibilis, quod non ubique et constanter adseritur: sed uisio ipsius saepesaeptius promittitur.

Constat deinde ex Patribus: scribit nempe Epiphanius: (13) *»quom inuisibile illud infinitum aspice, non quatenus infinitum illud est intractum: sed quantum illius quod imbecillum est, natura capere potest.* « Chrysostomus inquit contra Anomaeos: (14) *»Dei »exquisitam comprehensionem habere non potest Angelus, aut uilla »creatura.* « Et Augustinus haec profert: (15) *»si enim comprehendis, non est Deus. Sit pia confessio igoorantiae magis, quam temeraria professio scientiae. Attingere aliquantulum mentem Deum »magna Beatitudo est, comprehendere autem omnino impossibile.* «

Constat quoque ex Conciliis: nam Concilium Lateranense sub In-

(10) Lib. 4. cap. 37.

(11) Epist. cxii.

(12) Lib. xxii. de Ciu. Dei cap. 29.

(13) Haer. 70.

(14) Homil. 4.

(15) Serm. xcviij. de verb. Dom.

Innocentio III (16) ait: «firmiter credimus, et simpliciter confitemur, quod vnus solus est verus Deus, aeternus, immensus, incommutabilis, et incomprehensibilis.» Atque Synodus Basiliensis hanc damnauit propositionem Augustini de Roma; (17) «anima Christi videt Deum tam clare et intense, quantum clare et intense Deus videt se ipsum.»

Constat deum ratione: tunc enim comprehenditur obiectum, quando nihil later videntem, quando cognitio mentis cum amplitudine rei cognitae aequatur, quando percipitur quidquid in re obiecta continetur, et ab ea effici potest: nam haec est comprehensionis idea, quam tradit antiquitas, probatque S. Thomas: (18) atqui intellectus creatus et finitus non potest omnia haec percipere, quum latitudinem habeant infinitam: non ergo potest Deum comprehendere.

SCHOLION.

Constituta haec nobis fixaque sunt, et reuelatione, et ratione: ambiguum autem vel maxime quid supernum illud lumen sit, cuius beneficio Deus a Beatis videtur; quodque lumen gloriae nuncupatur. Caute siquidem Viennensis Concilii PP. quum damnarunt Beguardos et Beguinas adserentes, «quod quaelibet intellectualis creatura in se ipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriae ad Deum videndum et eo beate fruendum;» praetermiserunt quaestionem erga eiusmodi luminis naturam, ne Fidei defensionem placitis immiscerent Scholasticorum. Quum igitur Gregorii Palamae aliorumque Graecorum errorem in prima Institutionum nostrarum parte confutauerimus, hoc vnum in Tyronum commodum hic animaduertere debuimus; communioem Theologorum sententiam ferre, lumen gloriae esse qualitatem et habitum supernaturalem infusum a Deo intellectui Beatorum, quo is ad videndum intuitiue Deum eleuatur. Quam quidem esse apertissimam S. Thomae sententiam ex eo tanti Doctoris discipuli colligunt, quod scribat: (19) «lumen gloriae esse necessarium ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum, per modum quo potentia fit potentior ad operandum per modum habitus.» Hinc subinferentes, lumen illud non esse Deum ipsum, nec eius concursum simultaneum, aut extrinsecam ad-

(16) Refertur in cap. *Firmiter* de Sum. Trin.

(17) Sess. xxii.

(18) In 3. cont. Gent. cap. 56.

(19) I. Part. q. 12. art. 5. ad 1.

adscientiam, nec concursum actualem praecium, nec visionem ipsam beatificam, nec speciem impressam, nec habitum charitatis, nec tandem qualitatem per modum potentiae completae totaliter visionem elicentis. Equidem de his omnibus longissime disputare in deliciis Scholastici habent.

Asr quum illorum nemo haecenus liquido demonstrauerit, qualis sit huiusmodi actiuosa facultas, habitus, vel qualitas, quidue lumen illud sit, quo ad Deum videndum spiritualis natura fulcitur, etiam post aeternas illas suas disputationes; haud iure nos dicentes mirabuntur, nihil omnino ea de re sciri, sed nec curiose eam esse inquirendam, Paulo docente loco superius laudato, ubi dicitur, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus iis qui diligunt illum.*

CAPVT VI.

Errores varii recensentur, variisque argumentis occurritur.

Fuisse Arianorum quosdam adeo stupidos, vt senserint, Filium Dei, etiam antequam carnem sumeret, carnis oculis visibilem in se ipso esse, atque reapse ab antiquis Patriarchis pluries visum, Augustinus refert. (1) Quin et antiquiores alios Ario exitisse idipsum adserentes, ex Irenaeo colligi videtur. (2) Nulli tamen altius in eo luto haerensunt, quam Audaciani seu Antropomorphitae, qui humani corporis formam Deo tribuentes, Deum corporali obtutu visibilem, et quidem naturaliter, dicebant.

Errarunt deinde Epiphano (3) et Augustino (4) attestantibus, Aëtius et Eunomius, iv Ecclesiae seculo verrente, adserentes, se Deum perspicue naturali virtute videre, vt semetipsos aliosque homines aspiciabant. Quem errorem a Patribus disertissime confutatum recedere ausi sunt Beguardi et Beguinae seculo xiv in inferiori Germania, merito a Concilio Viennensi sub Clemente v damnati.

Armeni autem in alterum e diametro oppositum Aëtianis et Eunomianis inciderunt errorem vi Ecclesiae seculo, negantes, intellectum creatum superno suffultum lumine posse clara Dei visione frui:

(1) Lib. ii. de Trin. cap. 8.

(2) Lib. iv. cont. Haer. cap. 37.

(3) Haer. 76.

(4) Haer. 54.

Innocentio III (16) ait: «firmiter credimus, et simpliciter confitemur, quod vnus solus est verus Deus, aeternus, immensus, incommutabilis, et incomprehensibilis.» Atque Synodus Basiliensis hanc damnauit propositionem Augustini de Roma; (17) «anima Christi videt Deum tam clare et intense, quantum clare et intense Deus videt se ipsum.»

Constat deum ratione: tunc enim comprehenditur obiectum, quando nihil later videntem, quando cognitio mentis cum amplitudine rei cognitae aequatur, quando percipitur quidquid in re obiecta continetur, et ab ea effici potest: nam haec est comprehensionis idea, quam tradit antiquitas, probatque S. Thomas: (18) atqui intellectus creatus et finitus non potest omnia haec percipere, quum latitudinem habeant infinitam: non ergo potest Deum comprehendere.

SCHOLION.

Constituta haec nobis fixaque sunt, et reuelatione, et ratione: ambiguum autem vel maxime quid supernum illud lumen sit, cuius beneficio Deus a Beatis videtur; quodque lumen gloriae nuncupatur. Caute siquidem Viennensis Concilii PP. quum damnarunt Beguardos et Beguinas adserentes, «quod quaelibet intellectualis creatura in se ipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriae ad Deum videndum et eo beate fruendum;» praetermiserunt quaestionem erga eiusmodi luminis naturam, ne Fidei defensionem placitis immiscerent Scholasticorum. Quum igitur Gregorii Palamae aliorumque Graecorum errorem in prima Institutionum nostrarum parte confutauerimus, hoc vnum in Tyronum commodum hic animaduertere debuimus; communioem Theologorum sententiam ferre, lumen gloriae esse qualitatem et habitum supernaturalem infusum a Deo intellectui Beatorum, quo is ad videndum intuitiue Deum eleuatur. Quam quidem esse apertissimam S. Thomae sententiam ex eo tanti Doctoris discipuli colligunt, quod scribat: (19) «lumen gloriae esse necessarium ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum, per modum quo potentia fit potentior ad operandum per modum habitus.» Hinc subinferentes, lumen illud non esse Deum ipsum, nec eius concursum simultaneum, aut extrinsecam ad-

(16) Refertur in cap. *Firmiter* de Sum. Trin.

(17) Sess. xxii.

(18) In 3. cont. Gent. cap. 56.

(19) I. Part. q. 12. art. 5. ad 1.

adscientiam, nec concursum actualem praecium, nec visionem ipsam beatificam, nec speciem impressam, nec habitum charitatis, nec tandem qualitatem per modum potentiae completae totaliter visionem elicentis. Equidem de his omnibus longissime disputare in deliciis Scholastici habent.

Asr quum illorum nemo haecenus liquido demonstrauerit, qualis sit huiusmodi actiuosa facultas, habitus, vel qualitas, quidue lumen illud sit, quo ad Deum videndum spiritualis natura fulcitur, etiam post aeternas illas suas disputationes; haud iure nos dicentes mirabuntur, nihil omnino ea de re sciri, sed nec curiose eam esse inquirendam, Paulo docente loco superius laudato, vbi dicitur, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus iis qui diligunt illum.*

CAPVT VI.

Errores varii recensentur, variisque argumentis occurritur.

Fuisse Arianorum quosdam adeo stupidos, vt senserint, Filium Dei, etiam antequam carnem sumeret, carnis oculis visibilem in se ipso esse, atque reapse ab antiquis Patriarchis pluries visum, Augustinus refert. (1) Quin et antiquiores alios Ario exitisse idipsum adserentes, ex Irenaeo colligi videtur. (2) Nulli tamen altius in eo luto haerensunt, quam Audaciani seu Antropomorphitae, qui humani corporis formam Deo tribuentes, Deum corporali obtutu visibilem, et quidem naturaliter, dicebant.

Errarunt deinde Epiphano (3) et Augustino (4) attestantibus, Aëtius et Eunomius, iv Ecclesiae seculo verrente, adserentes, se Deum perspicue naturali virtute videre, vt semetipsos aliosque homines aspiciabant. Quem errorem a Patribus disertissime confutatum recedere ausi sunt Beguardi et Beguinae seculo xiv in inferiori Germania, merito a Concilio Viennensi sub Clemente v damnati.

Armeni autem in alterum e diametro oppositum Aëtianis et Eunomianis inciderunt errorem vi Ecclesiae seculo, negantes, intellectum creatum superno suffultum lumine posse clara Dei visione frui:

(1) Lib. ii. de Trin. cap. 8.

(2) Lib. iv. cont. Haer. cap. 37.

(3) Haer. 76.

(4) Haer. 54.

quibus accessere postea Thesalonicensis Monachi Palamitae, quorum saepe mentionem fecimus. Non ergo a Palamitis Armeni, vt falso Billuarius scribit, (5) sed ab Armenis Palamitae supinum hunc errorem hauserunt; non enim Palamitarum secta orta est ante seculum xiv, quum Armeni vi vigerent seculo.

Fuit tandem et Eunoniarum seu Armenorum error, non solum intrinsecam Dei visionem, verum etiam comprehensiuam, solis naturae viribus, seu soli creati intellectus naturali lumini tribuens.

Sunt vero quae in primi erroris subsidium ducuntur argumenta, quae sequuntur. Primum; in Scriptura legitur Iob cap. 19: *in carne mea videbo Deum Salvatorem meum Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt.* Et cap. 52: *auditu auris audi te, nunc autem oculis meis videt te.* Item, Gen. cap. 32. de se loquens Iacob dixit: *vidi Dominum facie ad faciem:* igitur ex Scripturis videti potest Deus a Beatis carnis oculo.

Secundum: Augustinus haec habet: (6) *vis itaque praepollentior oculorum erit illorum, scilicet glorificatorum, non vt videant acutius, sed vt videant et incorporalia.* Et post pauca: *fieri potest, valdeque credibile est, sic nos visuros mundana corpora coeli noui, et terrae nouae, vt Deum vbiq; praesentem per corpora, quae gestabimus, clarissima perspicuitate videbimus: non sicut nunc inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. . . . Sed sicut homines, inter quos viuentes morasque vitales exercentes viuimus, mox vt aspiciamus, non credimus viuere, sed videmus, cet.: ergo.*

Tertium: videntur exteriora obiecta ab oculo dum illum mouent localiter, et excitant neruum opticum, vt Recentioribus Philosophis placet: atqui Deus mouere potest localiter oculum, eiusque neruum opticum excitare: potest ergo ab oculo cerni.

Quartum: potest intellectus creatus obiectum increatum cernere: ergo et potest corporalis sensus spiritalia intueri.

Quintum: Baptismatis aqua gratiam causat, quae est qualitas supernaturalis, atque corporeus ignis torquet reprobatorum spiritus: igitur et eleuari poterit oculus ad videndum diuinam corporisque experientiam substantiam.

Sextum: magis distat Angelus a Deo, quam oculus corporeus^{ab}

(5) Tract. de Deo dissert. 4. art. 3. (6) Lib. xxii. de Ciuit. Dei cap. 29.

ab Angelo; sed Angelus potest Deum videre: ergo et oculus corporeus Angelum: si vero Angelum; quidni Deum?

Septimum: ex S. Thoma (7) oculus Christi videt se ipsum sub Sacramento subsistentem: atqui inter corpus Christi in Sacramento et corporeum oculum non est maior proportio, quam inter oculum corporeum et spiritum, quum Christi corpus indiuisibiliter in Eucharistia existat: ergo.

Secundum errorem haec communire videntur: quaelibet potentia naturaliter suum attingit obiectum: at Deus quum sit summe intelligibilis ac verus, creati intellectus obiectum est: ergo.

Deinde: naturaliter homo proprium finem adsequi potest; sed vltimus finis hominis est visio beatifica: ergo.

Praeterea: affulget singulis hominibus diuinum lumen indistinctum ab ipso Deo, per quod de rebus mutabilibus firmissime iudicamus: ergo ipsum Deum perspicue videmus.

Rursus: ex Augustino didicimus: (8) *solum peccatum causam esse, cur Deum non videamus:* ergo innocens creatura naturaliter Deum videret.

Errori tertio haec suffragari existimant. Primum: Sacrae Litterae aperte testantur Deum inuisibilem esse, lucemque inaccessibilem habitare. Legitur nempe 1. ad Timoth. 1: *Regi seculorum immortalis et inuisibilis.* Et cap. 6: *qui lucem habitat inaccessibilem.* Cap. etiam 9: *quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest:* atque in cap. 1. Ioannis: *Deum nemo vidit unquam:* ergo.

Secundum: ex Patribus haec habet Chrysostomus, (9) Ioannis verba nuper allata exponens: *ipsum quod est Deus, non solum Prophetae, sed nec Angeli viderunt, nec Archangeli: quod enim creabilis est naturae, qualiter videre poterit quod est increabile?* Et post pauca: *si eos percontaueris, nihil ab his de Dei substantia audies, sed tantum referentes, gloria in altissimis Deo, cet.* In Genesim insuper scribens, (10) inquit: *diuinae gloriae fulgurantem maiestatem, neque Cherubim, neque incorporeae illae virtutes videre possunt, sed auersae facies tegunt obiectis aliis.* Alia praeterea adserit, quum in laudatis locis, tum in aliis, nempe Deum visum ab Angelis fuisse solummodo post *adsumtam humanitatem*, cognitionem Angelorum, quam de Deo habent, adpellat *reuelationem*.

Tom. IIII.

LIII

rem

(7) III. Part. qu. 76. art. 7. ad 1.

(9) Hom. xiv.

(8) Lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 22.

(10) Hom. xii.

mem et indulgentiam: ei similem, qua sese Patriarchis et Prophetis manifestavit; demumque idem de Angelorum intellectu ac de carnis oculo affirmat, cuius exemplo vititur.

Deinde: sic Theodoretus loquitur: (11) »impossibilis est hominibus, immo etiam Angelis, diuinæ naturæ contuitus.« Et alibi: (12) »hic videmus, inquit, symbola dominici corporis: illic autem ipsum Deum videbimus, id enim significat facie ad faciem.« Hieronymus quoque scribit: (13) »faciem Domini secundum naturæ suæ proprietatem a nulla videri creatura: Deus ergo ex Patrum sententia inuisibilis omnimode est.

Tertium: Deus quum sit infinitus, esse non potest obiectum potentiae creatæ et finitæ; ac intellectus creaturæ rationalis creatus est, finitus, et limitatus: ergo.

Quartum: maior distantia est inter intellectum creatum et Deum, quam inter oculum et Angelum; sed carnis oculus nulla supernaturali virtute eleuari potest ad videndum, nedum Deum ut in se est, sed nec Angelum: ergo.

Quartum demum errorem his momentis fultire pergunt. Primum: in 1. ad Corinth. cap. 9. dicitur: *sic currite ut comprehendatis.* Et ad Philip. 3: *sequor autem, si quomodo comprehendam.* Deinde, in cap. 13. memoratæ ad Corinth. Epistolæ, ait Paullus: *tunc cognoscam, sicut et cognitus sum:* atqui erat ille a Deo comprehensus cognitus: ergo.

Secundum: Beati totum Deum ita vident, ut nihil eos lateat; sed videre obiectum sic, ut nihil lateat videntem, est illud comprehendere: Deum igitur illi comprehendunt.

Tertium: Beati diuinam vident Omnipotentiam, quæ omnia ea connotat, quæ a Deo produci possunt, quæque in eo nedum formaliter, sed et eminenter continentur: ergo.

Quæ tamen omnia soluere facile admodum est. Ad primum ergo primi ordinis dicendum: haud intelligi prioribus illis Iobi verbis, quod visurus sit Deum oculo carnis, sed quod in carne existens post resurrectionem, Deum visurus sit. Verbo: quod Deum visurus sit in carne, non per carnem. Quæ sequuntur verba hunc pariter habent sensum, quod existens in carne Iobis visurus sit oculis mentis Deum, et corporalibus oculis Deum hominem factum, ut Augustinus inter-

(11) In Dialogo, qui inscribitur *Immortabilis.*

(12) In cap. iv. Epist. 1. ad Corinth.

(13) In 1. Isaiaæ cap.

pretatur. (14) Eodem sensu exponenda sunt cap. 52. verba. Quæ vero ex Genesi sumta sunt, intelliguntur communiter a Patribus, vel de visione Dei sub corporali specie adparentis; vel de ipsa Dei visione per mentis oculum. Neque enim Patrum aliquis fuit, qui de carnis oculo ea acceperit.

Secundum pleniorum desiderat explicationem, quoniam de Augustini mente dubitatum diu multumque est; num scilicet oculis corporeis, saltem glorificatis, virtus insit videndi Deum. Nos itaque, quibus certum constansque est, Augustinum adseruisse inuisibilem Deum esse corporeis oculis, hoc pacto argumento occurrimus: Augustinus censeret absolute præpollentiorum illorum oculorum vim futuram, nisi oculi corporales permaneant? nego. Id censeret hypothetice, et si in resurrectione corpus euadat spirituale? Subdistinguo. Et hypothetice hanc adseueranter, atque ex propria mente ille adprobatur? nego. Explicat dumtaxat, et in suspensio relinquit? Esto. Equidem quæ præmittit verba id declarant, videlicet, »longe itaque alterius erant potentiae (scilicet oculi glorificati) si per eos videbitur incorporea natura.« In posterioribus autem verbis adseruit Augustinus, oculos glorificatos Deum visuros per accidens in aliquo eius effectu; quemadmodum oculi nostri dicuntur nunc videre alieuius vitam, quoniam vident motus corporeos et sensibiles ab illo procedere.

Tertii solutio ex ipsis Recentiorum Philosophorum principis petita, hæc est: videri certe exteriora obiecta ab oculo, dum illum excitant atque radiorum pressione imaginem corporis exterioris in retina pingunt; neutiquam vero absque istiusmodi impressione imaginis. Ast potest Deus localiter oculum mouere non efficiendo aliquam sui imaginem, non ita imaginem et speciem efficiendo et imprimendo: vnde videri ab oculo carnis non potest.

Quarti illatio non bene ducitur: nam in eo intellectus natura sua est, quod contemplari possit intelligibile: est vero intelligibile quidquid menti vniri potest eamque illuminare. Deus autem, tametsi infinitus atque increatus, vniri menti humanæ potest, immo ab ea seungi nequit; proinde et illam valet illuminare, et ab eadem cognosci, aiebat Augustinus. (15) »Deo iunctum est, quod intelligit Deum.« Intelligit autem rationalis anima Deum, cet. E contrario, natura sensus in eo est posita, quod possit per illum anima sentire corporea

(14) Lib. ii. de Ciuit. Dei cap. 29. (15) Quaest. LIV.

externa obiecta, quae quum menti per se vnita non sint, sed aliquo intervallo separata, in imagine vel specie exhibentur, ad quam sese conuertens anima aduertit in corporis adfectione, quod inferiore lumine percipere non poterat. Quae quum Deo prorsus repugnent, carnali potentia conspici nequit.

Ad quintum respondemus: neque aquam, neque ignem illa producere, nisi vt instrumentales causas, quae propria non agunt virtute, sed illius cuius instrumenta sunt, nempe diuinae Omnipotentiae ac Iustitiae. At oculus corporeus, vt visionem eliceret, illius causa princeps et vitalis necessario esse deberet, sua virtute ac vitali motu visionem operans; quod ipsius naturae omnimode repugnat.

Sexto reponimus: distare magis Angelum a Deo, quam ab Angelo corporeum oculum, singulorum inspecta entitate; non ita quatenus obiecti habent rationem: quum enim Deus ens verum et intelligibile sit, sub obiecto Angelici, et humani intellectus cadit: Angelus, quum materia sit expers, sub obiecto materialis sensus cadere non potest.

Septimum sic soluitur: satis esse vt Christi oculus videat se ipsum sub Sacramento, quod eius corpus verum sit et materiale, habens omnia sua accidentia absoluta, quantitatem nempe, qualitatem, proindeque colorem, licet non modo quantitatio in ordine ad locum: nam oritur inde ipsum inter et oculum corporeum proportio quaedam, quae nulla prorsus est inter corporeum oculum, et spiritum.

Primum secundi ordinis Theologi omnes solunt dicentes: potentiam ferri naturaliter in suum obiectum naturale, sed non in supernaturale, cuiusmodi Deus est. Verum postremum hoc obiectum non metiri tantum debemus ex superexcedente naturae ordinem sublimique substantia, sed etiam ex spontanea, liberali, et nullatenus necessaria, debitaque sui ipsius manifestatione: ita sane, vt nulla creata facultas naturaliter percipere valeat ac manifesta visione intueri quidquid suapte natura tale est, vt possit libere abscondi: qualem Deum esse nemo vnus nescit.

Secundum diluitur hac posita distinctione: visio Beatifica est vltimus hominis finis naturalis; id est necessario alliciens, necessario propositus, necessario rationem ac voluntatem praemouens, nego; est finis naturalis, scilicet pro diuino beneplacito nobis propositus, et libere sui desiderium excitans rationemque mouens, concedo.

Ad

Ad tertium dicimus: affulgere singulis hominibus diuinum illud lumen, tanquam idem exhibentem incommutabilem veritatem, quam per speculum in aenigmate referunt etiam singularum rerum rationes; non autem tanquam obiectum excitans ad claram sui contemplationem. Exigit vero visio Dei intuitiua, praeter Dei praesentiam, aliquid in se praestantius et inexplicabile, quod est liberalissimum Dei beneficium; tanto explicatu difficillime, quanto promitur ex Diuinae maiestatis thesauro.

Quarti solutio est: peccatum esse moralem causam, cur Deum non videamus, quatenus priuat nos gratia sanctificante, qua obtinetur finis supernaturalis, ad quem Creatoris beneficio ordinati fuimus; sed non est causa physica, quae nos priuat penitus intelligentia, quam misericordissimus Deus gratuita beneficiorum suorum participatione potest ad se conuerrere, et perenniter explere.

Ad primum insuper tertii ordinis generatim respondemus: allata ex Scripturis testimonia accipienda esse, vel de visione Dei corporea, vel de supernaturali per vires naturales, vel de comprehensiuia; non vero de visione intuitiua seu quidditatiua per auxilium supernaturale. Eapropter Glossa in illa maxime verba Pauli: *lucem habitat inaccessibilem*, habet: *inaccessibilis est viribus nostris, accessibilis muneribus suis*.

Ad secundum soluendum singula Patrum testimonia expendenda sunt. Et Chrysostomus quidem, si ipsius scopus attendatur, atque praemissi contextus inspiciantur, nihil aliud in Homilia 14 vult, quam narrari et explicari non posse diuinam altissimam naturam vocabulo aliquo exprimente quidquid in se Deus est. In Genesim deinde scribens de visione perfecta et exquisita loquitur; cui obiecti intelligibilitas adaequatur, id est, de visione comprehensiuia Dei. De cetero ait ille, visum fuisse ab Angelis Diuinum Verbum post adsumptam humanitatem speciali quodam modo comprehensum et circumscriptum, non in sempiterna substantia, sed in forma serui, et in similitudinem hominum. Adpellat insuper cognitionem Angelorum, *reuelationem*, cet., vt ostendat contra Anomaeos visionem Dei non pertinere ad naturalem vim intelligentiae, sed esse gratiae beneficium ipsa Fide et prophetici spiritus illustratione praestantius. Comparat tandem mentis oculum carnis oculo, non quod puter inesse eandem vim sensibus ac menti, sed vt doceat, Deum immensum

at-

atque infinitum nulla posse finita intelligentia comprehendī, sicut non potest vlla sensibili specie repraesentari.

Theodoretus deinde impossibile iudicat diuinæ naturæ contuitum per carnis oculos, et existimabant Eurychiani, aduersus quos suos Dialogos conscripsit; vel etiam contuitum exquisitum, plenum, ac comprehensiuum, qualem Anomæi iactabant: non ita contuitum modulo nostræ rationis attemperatum.

Postremo: Hieronymus scribit vnicæ non videti Diuinitatis naturam secundum sui proprietatem, scilicet plene, atque tam exquisita cognitione, quæ illius æquare possit infinitatem. Hanc autem apertissimam indigitatam viam, si ingressus Vasquesius fuisset, vti ingreditur nobilissimi Theologi, haud in suspicionem duxisset tantos viros, eosque in deteriorem partem traxisset.

Ad tertium dicendum: Deum quam sit infinitus, non posse esse obiectum creatæ et finitæ potentiae, operantis quidem virtute naturali sibi indita propriaque; bene vero in actum prodeuntis intrinseca Dei Omnipotentia eiusque virtute illam præmouente et eleuante.

Quantum sic solummodo est: causa cur corporeus oculus nequeat Angelum aut Deum in se videre, petenda non est a potentiae visivæ finitate, seu limitatione, sed a modo quo attingit obiectum; at spiritalia in se ipsis videntur, dummodo menti sint præsentia. Ad di potest responsio in Schola vtitissima: nempe, inter oculum et Deum nullam esse proportionem, neque *entitatis*, neque *habitudoinis*.

Argumentum præterea primum aduersum posteriorem secundæ propositionis partem nullius est ponderis: sumitur siquidem ibi comprehensio vt opponitur insequutioni; proindeque nihil est aliud, quam adsequutio et obtentio rei quæ desideratur; tametsi non ex integro capiatur: Sic ex. gr. dicitur quis latronem comprehendere dum capit, etsi non totum, sed partem teneat: atque hoc sensu Fidei dogma est comprehendī a Beatis Deum. Neque in Apostoli verbis omnimoda instituitur paritas, sed aliqua tantum, in eo sita, quod sicut Deus cognoscebat Apostolum immediate in se sine medio, ita Apostolus cognoscebat Deum immediate in se, nec amplius cognoscebat per speculum in ænigmate.

Ad secundum dicimus primo: comprehensionem requirere æqualitatem, et commensurationem cognitionis cum obiecto; nempe, quod

quod istud cognoscat secundum omnes perfectionis suæ gradus: vnde quæcumque visio eiusmodi non est, comprehensiuæ non est. Deinde dicimus: haud satis ad comprehensionem esse, quod nihil Beatos lateat eorum, quæ in Deo sunt formaliter, sed vterius exigi, vt nihil eosdem lateat illorum, quæ eminenter in Deo sunt: quod certe non conceditur Beatis Deum videntibus.

Tertium eandem habet solutionem: scilicet videre Beatos diuinam Omnipotentiam in se; hoc est, diuinitatem eiusque vim effectricem creaturarum; non ita diuinam Omnipotentiam secundum id quod eminenter præcontinet; nimirum quascumque creaturarum perfectiones; nisi sub communi quadam ac generali perceptione, quam efficit idea Omnipotentia; neuiquam vero sub peculiari ac distincta perceptione, quæ proficiscitur ab idea exhibente in particulari perfectionem singularum creaturarum, quas ipsa connotat Omnipotentia.

SCHOLION.

Aduersus primam posterioris adseritionis partem hoc etiam argumentum proponi posset: si ex aliquibus Scripturæ Sacrae locis colligeretur posse Deum intuitiue videri, ex his maxime vbi dicitur, Deum fuisse *facie ad faciem* visum: at ex his nihil pro eiusmodi intuitiua Dei visione apte duci posse illud probat, quod Exod. 33. de Mose dicitur: *loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem*; nec tamen constans omnino sit, quod Moses Deum vt in se est viderit: ergo. Idem fit argumentum ex locis, vbi de Paulo scriptura verba facit.

Sed facilis est responsio ex eo, quod in obiectis locis, vt ex adiunctis liquet, Scriptura loquatur non de visione Dei intuitiua, sed de cognitione quadam Dei eminenti per quasdam figuras, siue sensibiles, siue imaginarias, aliquid diuinum repræsentantes. De Mose enim dicitur ibidem quod petierit a Deo: *ostende mihi faciem tuam*: quo intelligitur, eum tunc non visisse. Ast in locis vbi de visione Beatis promissa sermo est, nihil tale reperitur; sed e contrario ex adiunctis probatur, intelligenda ea esse de visione Dei intuitiua.

Et hæc quidem responsione prætermissam volumus quaestionem illam adiaphoram; num scilicet Moses, Paulus, alique pauci eximiae sanctitatis viri, in hac etiam mortali vita degentes, Deum intuitiue viderint. Nouimus sane rem vel maxime anibiguam esse, et in vtramque partem ex equo disputabilem, siue varia Scripturarum loca per-

pendantur, siue Patrum diuersa testimonia; vt apposite pleneque Bertijs demonstrauit (16) quem consulere quis facile poterit.

CAPVT VII.

De Beatificae Visionis perpetuitate et inaequalitate.

Perfecta Beatitudo perpetua ab intrinseco est ac inamissibilis.

Inaequalis vero, et ob meritum, et ob luminis gloriae inaequalitatem.

Prima propositio duo exhibet, perfectam scilicet Beatitudinem esse inamissibilem, quod Fides docet; et hanc ei perpetuitatem competere ab intrinseco, quia adsequutio plena finis ultimi est, quia Dei visio est. Ac Dogma quidem ex Scripturis probatur sic: Sapientiae cap. 5. legimus: *Iusti autem in perpetuum uiuent.* Matth. etiam 25: *et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.* Et in Psalmo 83: *Beati qui habitant in domo tua Domine; in saecula saeculorum laudabunt te.*

Probatum praeterea haec ipsa veritas ex Fidei Symbolo, in quo nos credere profiteamur *vitam aeternam*; atque ex Concilii Lateranensis sub Innocentio III. definitione, (1) ceterisque omnibus Synodis, quum Generalibus, tum Prouincialibus; quarum vox vna est in Fidei confessione, Beatitudinem aeternam et inamissibilem esse.

Opinio autem Scholae ferens inamissibilem Beatorum visionem ab intrinseco esse, Augustinum et Thomam nacta est Patronos. Haec siquidem primus scribit: (2) »quid enim illa Beatitudine falsus atque fallacius, vbi nos futuros miseros, aut in tanta veritatis luce nesciamus, aut in summa felicitatis arce timeamus? Si enim venturam ibi calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, vbi venturam Beatitudinem nouimus. Si enim nos illic clades imminens non latebit, beatus tempora transigit anima misera, quibus transactis in miseriam resoluetur. Atque ita spes nostrae infelicitatis est felix, et felicitatis infelix: vnde fit, vt quia hic ma-

»la

(16) De Theolog. Discip. lib. 3. cap. 5.

(1) In cap. Firmiter de Sum. Trin.

(2) Lib. xxii. de Ciuit. Dei cap. 20.

»la praesentia patimur, ibi metuimus imminetia, verius semper miseri, quam Beati aliquando esse possimus. Quibus quidem statuit Augustinus, longissime a Beatis abesse timorem amittendae visionis Dei, Beatorumque non fore qui sic timeret.

Angelicus autem Doctor has offert rationes. (3) Prima: vera et perfecta Beatitudo, quum sit perfectum et sufficiens bonum, oportet quod hominis desiderium quietet, atque omne malum ab eo excludat: at homo naturaliter desiderat retinere bonum quod habet, et securitatem habere de illius possessione, ne timore aut dolore illius futurae amissionis affligatur: ergo requiritur ad veram et perfectam Beatitudinem quod amitti haec non possit.

Secunda ratio sic valet proponi: visio beata non potest a Beatis amitti, nec voluntate propria, nec ex parte Dei illam subtrahentis, nec tandem alterius cuiuslibet causae vi aut actione. Etenim quum ea visio coniungat actu animam fonti totius boni, nequit voluntas in ea inuenire insufficientiam, vel incommodum, aut aliam mali rationem, qua ad cessandum ab ea moueatur. Insuper, licet Deus illam visionem annihilare possit, quia tamen subtractio visionis iudicialiter collatae maxima poena est, non potest a Deo iusto iudice prouenire: igitur nullo modo amitti illa potest.

Secunda quoque propositio praecipuum Fidei caput firmat; deinde Scholae opinionem tradit: videlicet gloriae seu visionis beatificae inaequalitatem, causamque eiusmodi inaequalitatis. Primum itaque docent Scripturae: nam in Euangelio Ioannis cap. 14. legitur: *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Et in 1. ad Corinthios 3: *vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Item in cap. 15: *qui parce seminatur, parce et metet.* Leguntur similia passim.

Docent eandem veritatem Patres. Sic nempe Chrysostomus loquitur: (4) »tametsi in regno coelesti sint omnes, non omnes tamen iisdem potiri praemiis significatur illa similitudine stellarum; vt nec in gehenna peccatores omnes eadem tormenta patiuntur. Augustinus sic scribit: (5) »multae mansiones diuersae Tom. III.

Mmm

»sas

(3) In Prim. Sec. q. v. art. 4.

(4) Rom. xli. in 1. ad Corinth.

(5) Tract. 66. in Ioan.

»sas meritorum in vna vita aeterna significant dignitates.« Habent similia alii Patres. Accedit Conciliorum auctoritas: Concilium enim Florentinum (6) definit: »Beatos intueri Deum sicuti» est, pro meritorum tamen diuersitate alium ab alio perfectius.« Et Tridentinum (7) anathematizat eos qui dixerint, homines iustificatos non mereri per bona opera augmentum gloriae.

Suffragatur etiam ratio multiplex. Prima est: ordo, qui est in Ecclesia visibili, etiam seruatur in coelesti Hierusalem; quippe militans Ecclesia imaginem refert triumphantis; haec enim, quae per Fidem ambulat, plurimas mansiones habet, in eaque alium tenent gradum Pontifices, alium Sacerdotes, alium Leuitae, ceterique ex plebe alium: in illa quae sursum est, Ecclesia sunt Archangeli, Angeli, Throni, Dominationes, Potestates, Cherubim, Seraphim, variaeque Sanctorum classes: atqui in Ecclesia visibili diuersitas nominum denotat diuersitatem graduum, munerum, ac dignitatum: ergo.

Secunda ratio: coelestis gloria est merces, redditatque vni-
cuique secundum proprium laborem: ergo consentaneum maxime est, vt plus mercedis recipiat, qui plus impenderit laboris.

Tertia: consilium euangelicum est Matthaei xx. expressum, vt qui vult maior esse, sit omnium minimus: at consilio isto frustra exercitamentum humilitatis suaderetur, nisi in coelis vnus esset alio maior: ergo.

Quod autem adinet ad Scholae opinionem erga huius inaequalitatis causam, has habet probationes. Prima: habetur ex dictis mercedem consequi meritum, virtutesque suam petere remunerationem: igitur meritum est gloriae inaequalitatis causa, quam moralem adpellant. Hinc rectissime Augustinus scribit: (8) »meritorum diuersitate fulgebunt, alius magis, alius minus.«

Secunda: Beati vident Deum facie ad faciem, eique adhaerent firmissime; non vt intellectionis nativae, sed facultate luminis gloriae ipsos diuinitus illuminantis ac inflammantis: atqui quoruscumque causa secunda operatur, virtute quidem non sibi naturaliter indita, sed supernaturali, ab hac tantummodo exortur inaequalitas, ac maior minorue operationis excellentia: igitur

(6) Sess. vltima.

(7) Sess. vi. cap. 16. Can. 32.

(8) Serm. lxx. de verb. Domini.

tur visio Beatorum, non ab eorundem intellectu, sed a luminis gloriae diuersitate, vt a causa, quam physicam vocant, suam habet inaequalitatem.

Tertia: si beatificae visionis inaequalitas quoquo modo proveniret ex maiori vel minori intellectus creati perspicacia, vt aliis Theologis placet, sequeretur inde, quod stantibus paribus meritis, vnus alio perfectius Deum videret, ille nempe qui perspicaciori intellectu esset praeditus: atqui falsum consequens istud est, vt pote contra rationem mercedis iustitiae: ergo. Sequeretur quoque aliquem gloriae gradum, non gratiae, sed naturae respondere, atque hominem per naturalia se discernere in spiritualibus: actiuitas siquidem et perspicacia maior intellectus creati, quum ordinis naturalis sit, naturae beneficium est, non gratiae: at hoc aduersatur Scripturae dicenti: *gratia Dei vita aeterna*: et: *quis ergo te discernit?* cetera: ergo.

CAPVT VIII.

Haeticorum errores refert: Scholae item opiniones in contrarium: omnium argumentis occurrit.

Duplex hic haeticorum error nobis obuersatur: primus quidem illeque antiquus, adseuerans, perfectam Beatitudinem, quae post hanc vitam expectatur, inamissibilem et perpetuam non esse. Tribuit errorem hunc Sanctus Thomas, Origeni, (1) qui quorundam Platoniorum errorem sequens, posuit, quod post vltimam Beatitudinem homo potest fieri miser. Ast Origenem sensisse, damnatorum poenas quandoque finem habituras Augustinus (2) et Hieronymus (3) testantur: sensisse autem Sanctorum Beatitudinem esse finiendam, non testantur. Alius error est Iouiniani, qui Stoico infectus contagio, quemadmodum nullam in meritis discrepantiam, ita nullam agnouit retributionis inaequalitatem: quem sane errorem strenuissime debellauit Hieronymus duobus editis libris. Verum adoptarunt denuo illum Lutherus Nouatoresque reliqui, qui putant homines iustificari per solam Christi sanctitatem singulis imputatam; cuius proinde intuius

Mmm 2

nul-

(1) Lib. 1. Periarch. cap. 5.

(3) Epist. 38. ad Pammach.

(2) In lib. de Haeres. cap. 43.

nullo nostro merito, danda nobis aequalis gloria sit ex imputationis Christi iustitiae aequalitate.

Conueniant Scholae omnes catholicae in dupliscis istius erroris refutatione execrationeque; dissident tamen in eo, quod Scotus velit, perpetuitatem, et inamissibilitatem Beatitudinis ab extrinseco solum esse, scilicet ex Dei beneplacito eam perpetuante. Quod praeterea velit beatificae visionis inaequalitatem, nedum in luminis gloriae inaequalitatem, sed etiam in diuersitatem vis intellectivae refundi, velut in causam physicam: ita certe, ut si Angelus et homo aequali lumine perfundantur, clarius Deum videbit Angelus quam homo, ob maiorem Angelici intellectus perspicuitatem. Quibus vero momentis, et Haeretici suos errores, et Scotistae suas opiniones comminre conentur, expendamus.

Argumenta itaque ab Haeticis aduersus primam adserionem adduci solita, nullus roboris quum sint, lubentissime missa facimus cum nostris Theologis. Quae vero Scoti discipuli aduersus perpetuitatis beatificae visionis naturam obiecerant, haec in specie sunt. Primum: visio, quae modo in Beatis est, et quam fuisse in Paulo terram nostram incolente, nonnulli tenent; gratia item et charitas, quae est in Beatis, et quae in nobis viatoribus, eiusdem sunt speciei intrinsece: at visio Paulli non perpetua, sed temporaria adstruitur, gratia pariter et charitas quotidie in nobis destruantur: ergo et Beatorum visio destrui ex suis intrinsecis poterit.

Secundum: perpetua duratio haud potest beatificae visioni competere ex aliquo praedicato essentiali, vel necessario conexo: non quidem ex duratione ipsa, quoniam quum nihil aliud illa sit, quam continuata existentia, haecque praedicatum contingens sit, ipsa quoque duratio perpetua erit contingens: sed neque ex subiecto competere illi valet; quia nec visio ex principis naturalibus subiecti emanat; nec quod mutabile est, immutabilitatem potest conferre: postremo perpetuitatem ab ipso lumine gloriae non habet, quippe potius lumen perpetuum est, quia visio est perpetua, nempe vita aeterna: est insuper lumen visionis extrinsecum principium: non ergo inamissibilis visio est.

Tertium: securitas non amittendi Beatitudinem non est intrinseca ipsi; etenim potest quis visionem habere, quin eiusdem

vi.

videat continuationem, aut securus reddatur de illius continuatione: potest insuper visio illa a Deo agente supernaturali corrumpi; quod sat esse debet ut amissibilis dicatur: potest tandem et ex sua natura corrumpi, quum sit proprietaria gratiae, quae non est natura sua incorruptibilis: ergo.

Quartum: Beatorum animae desiderant vniui suis corporibus; nec tamen vniuntur: ergo falsum est, quod Beatus nolit ea carere, quia in ea habet totum quod desiderare potest.

Quintum: esto beatifica visio ex principis intrinsecis et in se sit incorruptibilis, non est tamen incorruptibilis ut in tali subiecto, scilicet in Beato: non enim debita illi est, nec cum eo necessariam connexionem habet: ergo.

Aduersus Dogma secundo loco firmatum, sic argumentantur Haeretici: Operarii, quorum mentio fit Matth. xx, acceperunt singuli sub vesperam denarium; ita ut qui pondus dici et aestus portauerant, aduersus Patrem familias murmurauerint, quod pares sibi fecisset eos, qui nouissimi vna hora laborarunt: atqui haec parabola diuersitatem designat meritum, et retributionis aequalitatem: ergo diuersis operibus eadem rependitur merces ac retributio.

Deinde: damnati eadem poena damni adficiuntur, quae est priuatio; ideoque non suscipit magis et minus: ergo electi eadem coronantur gloria.

Rursus: gloriae inaequalitas parere posset invidentiam atque amplioris felicitatis desiderium: at haec Beatitudinis statui repugnant: ergo.

Acedit, quod Beati omnes satiabuntur; sed si non essent aequales in visione Dei, qui minus viderent, et essent minus beati, non satiarentur; nam adpeterent maiorem visionem et Beatitudinem: ergo.

Ad haec: videtur Deus a Beatis sicuti est; atqui Deus vno modo ac indiuisibili est: ergo vno ac indiuisibili modo videtur ab omnibus.

Haec tandem contra Scholae nostrae opinionem obijciunt subtilis Scholae Discipuli. Primum: cum aequali gratia vnus altero perfectius Deum diligit: ergo cum aequali lumine vnus alio perfectius Deum videt.

Secundum: si duae causae ad aliquem effectum concurrant,

et

et vna sit efficacior, est etiam effectus perfectior: atque intellectus, et lumen gloriae duae causae sunt in eandem visionem influentes: si ergo efficacior sit intellectus, erit etiam visio viuidior.

Tertium: vegetior oculus cum eadem lumine videt perspicacius: ergo perfectior intellectus cum eodem lumine spiritali lucidius percipiet.

Quartum: non proprio Marte, sed diuino adsistente spiritu scribere Marcus et Paullus, prophetarunt Amos et Isaias: at quia Paullus erat naturalibus scientiis imbutus, et Isaias Hebraicarum et Chaldaicarum litterarum cultu atque defectu, Scriptura Paulli antecellit libros Marci, et Isaias vaticinium reliquorum prophetias: igitur etsi Beati videant diuinitatem superno lumine gloriae, quo magis tamen vi naturali intellectrice pollent, Deum perfectius contemplantur.

Quintum: si tota virtus proxima videndi Deum est lumen gloriae, atque intellectus solum vt eleuatus concurret, erit iste purum beatificae visionis instrumentum: ergo.

Quae tamen omnia soluere facillimum existimamus. Ac primum quidem primae classis hoc pacto. In eorum Theologorum sensu, qui Deum a Paulo visum propugnant, fuit etiam visio illa eiusdem speciei et rationis ac est Beatorum visio; proindeque postulare vtramlibet ex sua natura perpetuitatem. Atramen, quod Paulli visio non durauerit, non ex ipsius visionis natura fuit, sed ex Deo supra eiusdem naturam operante; scilicet eam non permanentem, sed transeuntem voluit communicare.

Quod autem de aliis donis supernaturalibus additum argumentum est, sub distinctione exponi debet: sunt enim illorum donorum quaedam in Patria non remanentia, quoniam merae dispositiones viae sunt, vti fides, spes, prophetia, alia: quae propterea perpetuitatem ex natura sua non dicunt. Quaedam vero sunt, quae in hac via habent esse inchoatum imperfectumque; tendunt tamen ad esse consummatum ac perfectum in altera vita; cuiusmodi sunt gratia, charitas, Spiritus Sancti dona, atque virtutes morales infusae; quae licet perpetuitatem exigant, eam tamen non habent, nisi dum fuerint consummatae et in termino. At Dei visio quum sit terminus viae, non respicit subiectum vt mutabile, sed illud summo bono coniungens, totam eius mutabilitatem figit: vnde ex natura sua perpetuitatem habet.

Ad

Ad secundum dicendum: perpetuitatem conuenire visioni ab intrinseco, non tamen sine respectu ad causas extrinsecas, per quas existit et conseruatur; quia autem eas ex natura sua petit, ideo respectus ille ad tales causas intrinsecus dicitur. Hinc ad primam instantiam dicimus, quod licet duratio et existentia rei contingens sit omni creaturae: ordo tamen ad causas naturales, vt existentia illa semel data non destruat, intrinsecus est.

Ad secundam instantiam respondemus: habere etiam perpetuitatem ex ordine ad subiectum; non quia ab ipso naturaliter emanet visio, sed quia perpetuum quum sit, nequit ex illius defectu visio cessare: et licet natura sit mutabile et capax oppositorum; sic tamen per visionem adaequatur, vt non sit in eo inclinatio ad oppositum.

Ad tertiam demum instantiam reponimus: visionem perpetuitatem sumere a lumine gloriae; efficienter quidem, quoniam continuo in eam influit; formaliter vero a diuina essentia, quae quum sit summum ac beatificum bonum, confert ei perpetuitatem, sine qua stare beatitudo non potest.

Tertium argumentum sic solutum esto: qui post hanc vitam beatifica visione fruuntur permanentem, esto sine expressa ipsius durationis cognitione, sciunt certe eam esse ex natura sua perpetuam: habent itaque securitatem in radice, quia habent beatitudinem, cui sciunt adnexam esse naturaliter inamissibilitatem. Deinde: etsi Deus sua absoluta potentia vtens, visionem possit annihilare, vtens tamen potentia sua ordinaria, seu secundum naturam agens, etiam in ordine superno, tenetur concursum suum ad conseruandam visionem praestare; quod quum Beati sciunt, securi sunt de Beatitudinis perennitate. Postremo: Beatifica visio proprietate gratiae est, non pro statu viae sumtas, sed gratiae vt in termino et consummatae, quo in statu nedom exigit, sed et habet inamissibilitatem.

Ad quartum respondet S. Thomas: (4) «quod desiderium animae separatae totaliter quiescit ex parte adpetibilis, quia habet id quod suo adpetitui sufficit; sed non totaliter quiescit ex parte adpetentis, quia illud bonum non possidet secundum omnem modum, quo possidere vellet: et ideo corpore resumpto Beati-

(4) Prim. Sec. qu. 4. art. 5. ad 5.

virtute crescit, non intensiue, « cer. Quibus retractat ea; quae alibi scripserat. (5)

Quinti solutio est: beatificam visionem non esse debitam tali subiecto vt ipsi primo conferatur; conferretur siquidem gratuita Dei voluntate: esse tamen debitam, vt semel collata conseruetur: quum enim incorruptibilis sit ex suis principiis intrinsecis, nec possit assignari causa, a qua expelli a subiecto valeat, petit ex se inamissibiliter inesse.

Primum insuper argumentum aduersus Dogma de gloriae inaequalitate propositum, triplicem habet solutionem. Prima est: designari per parabolam illam aequalitatem retributionis, quantum spectat ad vitam aeternam, in qua eadem est in aeternitate mensura; non ita designari quantum adinet ad gaudii intensionem et perennis gloriae splendorem: tradunt hanc doctrinam Hieronymus (6) et Augustinus. (7)

Secunda solutio est: singulos illos operarios aequales in merito esse: nam siue de Sanctis veteris et noui Testamenti, siue de diuersis iustorum generibus parabolam accipiamus, fieri potest, vt plures qui nouissime ad Fidem venerunt, ad meritum antiquorum pertingant, immo et ampliozem etiam referant mercedem; vt loquitur Nazianzenus. (8)

Tertia responsio est: non esse parabolas comparationesque adeo stricte anxieque persequendas, quum non omnia semper in his cum re quam significant, congruant; quod de praesenti parabola maxime adserendum est: nisi dicamus esse in regno coelorum murmura et quaerimonias, vti in operariis fuisse legimus. Ast hoc quam impium ac insanum foret, nemo vnus nescit.

Ad secundum argumentum respondemus: non habere quidem poenam dampni magis et minus ratione sui; habere autem ratione adiuncti, nempe inimicitiae Dei, et ex consequenti cruciari, quo plus minusque impii contristantur, percipientes priuati se diuiniae essentiae contemplatione. Consulendus hac super doctrina Abulensis. (9)

Tertium sic soluitur: arceri quamlongissime inuidiam a charitate, quae non aemulatur, et qua beatae mentes sic vniuntur, vt non

(5) In iv. dist. 49. q. 1. art. 4.

q. 1.

(6) Lib. 11. cont. Iouin.

(7) Serm. 59. de verb. Dom. cap. 9.

(8) Orat. xl.

(9) Q. 640. in cap. 25. Matth.

non minus de propria, quam de aliena felicitate laerentur. Expelli quoque desiderium a summa ac perfecta satietate, quam explet Beatorum quisque in torrente voluptatis pro modulo sitis suae.

Quarto reponimus: visionis inaequalitatem nequiquam efficere vt non satientur hi, qui minus videbunt: nam cognoscent illi merita sua, cognoscentque non esse senectipos maioris visionis capaces; proindeque sua sorte contenti erunt, nec maiorem desiderabunt: vt enim scribit S. Thomas: (10) «nulli beato deest aliquid bonum desiderandum, quum habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, vt Augustinus dicit Epist. 56. et 13. de Trin. cap. 7: sed dicitur aliquis alio beator ex diuersa eiusdem boni participatione, « cer.

Quintum sic soluit Doctor Angelicus: (11) «quum dicitur vnde debimus eum sicuti est, hoc aduerbium *sicuti* determinat modum visionis ex parte rei visae, vt sensus sit: videbimus eum ita esse, sicuti est; quia ipsum esse eius videbimus, quod est eius essentia. Non autem determinat modum visionis ex parte videntis, vt sit sensus: quod ita erit perfectus modus videndi, sicut est in Deo perfectus modus essendi. « Scribit similia in Sententiaris. (12)

Postremae classis argumenta soluenda tandem sunt. Ac primi quidem vera est propositio antecedens, sic accepta, vt dilectionis perfectio pendeat a gratia, non a viribus naturalibus. Habet vti que humana voluntas, vt gratiae resistere possit, illamque otiosam reddere; quum Dei munera liberum non tollant arbitrium: verum si hoc arbitrium liberum bona exerceat opera, tota meriti perfectio a gratia est; nec excellentia operis potest vnquam motionem ac vim auxilii superexcedere; ceterum datur et in hoc infirmitatis statu inaequalitas gratiae; atque qui intensius operatur, trahitur praemoueturque absdubio maiori diuinorum auxiliorum efficacia. Accedit; lumen gloriae humano non subesse arbitrio, sed necessario Beatorum mentes rapere: vnde nequeunt Beati Deum videre, nisi ad luminis illius mensuram.

Ad secundum dicimus: veram quoque esse propositionem maiorem syllogismi, si de duabus sumatur causis eiusdem ordinis, vti sunt duo equi eandem trahentes rhedam non ita de causis ordinis differentibus. Tom. III. Nnnn next

(10) Prim. Secund. qu. 5. art. 2.

ad 3.

(11) Q. 12. art. 6. ad 1.

(12) In iv. dist. 49. q. 2. art. 4. ad 4.

uersi, vt sunt arbitrium et gratia, intellectus et lumen gloriae: maximeque si vna earum alterius virtute agat.

Tertium hoc etiam habet latissimum discrimen: quod nempe oculus corporeus et lumen sunt eiusdem ordinis; mens vero et lumen gloriae diuersi. Habet et hoc aliud: quod lux corporalis supponit oculi potentiam expeditam completamque; lumen vero spirituale non eam inuenit in intellectu, sed efficit.

Quartum hac distinctione soluitur: Paullus et Isaiae scripta ceterorum sacrorum Scriptorum libros praecellere stili venustate, atque orationis ornatu; non ita veritatis oraculo, et arcanorum intelligentia; quae aequae sane in omnibus fuisse; nec in aliquo excessisse fatebimur, nisi ad mensuram raptus sublimioris, aut validioris diuinitatis adflatus. Quod si cum pluribus Theologis velis verborum quoque splendorem ac stilum effici Spiritus Sancti adflatu, repugnare non audebimus, dummodo ita factum adseratur, vt Spiritus Sanctus Prophetarum Scriptorumque aliorum indoli sese attemperauerit, eosque congrua quadam motione ad prophetandum et scribendum impulerit.

Ad quintum neganda est illatio: non enim sat est ad instrumenti veri rationem, vt eleuetur aliquid ad operandum, sed requiritur vterius vt eleuetur ad operandum extra latitudinem sui obiecti adaequati; quemadmodum in Baptismatis aqua contingere intelligimus. Intellectus autem creatus, tametsi non nisi eleuatus agat in beatificam Dei visionem; per lumen scilicet gloriae; agit tamen intra sphaeram essentialem sui obiecti adaequati: quum Deus intra illam sit, solamque improportionem dicat, quam lumen gloriae de medio aufert.

APPENDIX.

Consequuntur autem beatificam visionem dotes quaedam, quum animae, tum corporis; quae sunt ex S. Thoma (13) »perpetuus animae et corporis ornatu a Deo collatus, vitae sufficiens, et in aeterna Beatitudine iugiter perseuerans.« Tres communiter pro anima designantur; scilicet *visio*, *comprehensio*, seu, vt vocant, *tentio*, et *delectatio*. Quae licet operationem sonent, non tamen accipiuntur hic pro operationibus videndi Deum, ipsum tenendi, et de eo delectandi, quum in his operationibus sita sit ipsa Beatitudo, et coniunctio animae cum Deo; sed accipitur pro habitibus animam

(13) In Supp. III. Part. qu. 95. art. 1.

ornantibus, atque disponentibus ad perfectam illam conjunctionem. Sunt vero habitus illi lumen gloriae et charitatis habitus, non vt sunt principia elicitiua operationum, sed vt animam eleuant ad statum altiore et perfectiore statu viae, cuius imperfectionem excludunt.

Ab anima praeterea beata emanant in corpus sibi vnium pleneque subiectum dotes quatuor; nempe *impassibilitas*, *subtilitas*, *agilitas*, et *claritas*; quas his verbis expressit Paullus in 1. ad Cor. cap. 15: *seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptiones; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale*. Itaque *impassibilitas* excludit a corpore Beatorum passionem corruptionis; *subtilitas* reddit corpus gloriosum alterius corporis penetratum; adeo vt pro libito possit deponere vel retinere suae quantitatis modum repletium loci, et aliorum corporum exclusium; quemadmodum corpus Christi gloriosum ad Discipulos ianuam clausis intravit, et Sepulchrum Coelosque penetravit. *Agilitas* insuper reddit corpus beatum celerissime mobile, secundum illud Isaiae cap. 40: *assument pennas vt aquilae, volabunt, et non deficient*. Ac denique *claritas* illud efficit luminosum ac diaphanum, simile cristallo. Quae omnia plenissime in Sancto Thoma sunt exposita. (14)

Praeter has tamen dotes conceduntur et Beatis aureolae; scilicet accidentale praemium de excellentiori victoria. Tres autem designantur: *Martyrum* nempe, *Virginum*, et *Doctorum*, ob triplicem praeeccellentem specialemque victoriam, quam de Mundo, de Carne, de Demonio reportant: nam victoriae communi per charitatem obtentae respondet essentiale praemium. Hinc *Martyr*, cui aureola competit, is est, qui vel mortem, vel plagas mortificas passus est in Fidei testimonium, vel alterius virtutis; *Virgo*, cui debita aureola est, alterutrius sexus persona indicatur, carnis integritatem constantissime seruans, omnis voluntariae libidinis expertem; *Doctor* tandem cui aureola debetur, est non solum ille, qui laurea doctorali insignitus est, sed quicumque, siue vir, siue mulier, salutarem Fidei et morum docet doctrinam, siue scripto, siue verbo, siue priuatim, siue publice, secundum illud Daniel. 12: *qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates*.

Iam

(14) Vbi supra.

Iam vero nostris Institutionibus absolutis, quemadmodum in ipso illarum limine vos adloquuti sumus, Tyrone dilectissimi, ut de scribendi motuo, scopo ac ratione certiores redderemus; ita et in earundem exitu ad vos iterum animum orationemque conuertimus; enixe praeptimis exorantes, ut si quid in labore nostro vobis utile experti fueritis, Deo Opt. Max. Scientiarum Domino acceptum referatis; quod autem in eodem saepissime peccatum fuit, nobis indulgentes tribuatis. Nos enim non vae adeo sumus arrogant, ut ne vereamur ex his, quae tam multa diximus, quaedam ut falsa reprehendi forsitan posse: alia, vera licet, pro rei tamen ipsius . . . dignitate tractari potuisse . . . accuratius . . .

At concedendum non nihil occupationibus, erratisque nostris conueniendum, ut vestra humanitate studia nostra subleuata recreentur. Quae videlicet omnia vestris obsequiis addiximus: ut verbis Cl. Melchioris Cani et hic vramur. (15) De cetero vos monitos volumus, non esse solam hominum existimationem et cumulatam honoribus famam sapientiae mercedem; nec Studiorum praemium in imperitorum iudicio, sed in ipsa Sapientia situm esse. Quod sane monitum si vestrae semper obuersetur menti, haud perturbamini conuictis et maledictis; sed Sapientum exemplo, animo praesenti atque acri calumniantibus et invidentibus resistetis. Ut enim loquitur praestantissimus Iureconsultus Ioannes Vincentius Grauius: (16) quisquis . . . pro rebus maximis, qualis gloria litterarum est, inuidiam subit, hunc optimum sane putes inuisse consilium. Aciem enim inuidiae dies obrundit, et vestigia liuoris acuum obliterat; laudem vero doctrinae posteritas alit, atque adeo ipsa conseruat et tuetur aeternitas. VALETE.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

(15) In Relect. de Sacrament. Part. v.

(16) In Dialog. de Lingua Latina ad Emmanuelem Martinum.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UAN

SIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO

OCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS